¶ Constitutionem.] Debetis scire ꝙ lib. 6. eo. tit. est vnū capitulum nuncupatum, vt circa. ꝙ multū erat ab initio in se dubiū: sed Bonifacius illud capitulū suo tempore declarauit in quantum potuit: & illud declarauit p quattuor capitula: ideo si sciatis istud capitulū, vos bene scietis quattuor vel quinque alia. Capitulum, vt circa. lib. 6. fuit declaratum à Bonifacio per c. is qui circa. per c. qui contra. per c. procurator. & per c. constitutio. lib. 6. Et illa quattuor capitula hic nominata sunt declaratiua illius decre. vt circa. ita ꝙ tēpore Bonifacij nulla dubia noua emerserunt super illa decre. vt circa. quæ non declarasset: sed eo mortuo dicta decre. seu cap. vt circa. aliqualiter adhuc fuit dubiū, & reperta sunt dubia: quare videns Clemens Papa ꝙ Bonifacius tantū laborauerat ad declarandū illam decretalē, q̄ adhuc post ipsum Bonifaciū remanserat dubia: ipse Clemēs voluit illā de dubijs nouiter emersis declarare per istā constōnē seu Clementinam hic positam. Et vt bene intelligatis istam Clementinam, vos oportet scire q̄ dicit cap. sæpe nominatum vt circa. & scire dubia, quæ emerserunt tēpore Bonifacij, & ēt declarationes dubiorum, aliàs istā Clementinam profunde non intelligetis: quare non admiremini si aliqualiter sit prolixa, quia dū eā intelligetis, verbis breuioribus bene & subtilius eam redigetis. Capitulū vt circa. ista dicit quæ sequuntur: Illi qui opponunt ꝯ electionem alicuius, qui fuit electus ad aliquam dignitatem, vel qui se opponunt ꝯ postulationem alicuius: quia aliquis fuit postulatus qui eligi non potuit; vel illi qui se opponunt ꝯ prouisionē alicuius, cui sit prouisum de aliquo beneficio, tales se opponentes ꝯ electionē, postulationē, vel prouisionem, antequā recipiantur in oppositionibus suis, ipsi debent exprimere in libello seu instrumento publico omnia ea, quæ intendunt opponere ꝯ personas eligētium, quia dicit personas eligentes non posse eligere, quia sunt excōicatæ vel suspensæ, secundum ꝙ dicitur in c. cū inter ꝯ. de consue vel secundum c. cū dilectus. vel quia sciēter elegerunt indignum, secundum c. cum in cunctis. Vel opponit ꝯ eligentes: quia dicit ꝙ sunt infames, q̄bus sunt actus legitimi interdicti, & eligere est actus legitimus. ff. de reg. iu. l. actus. Vel forsan oponit ꝯ psonam electi, dicendo & exprimendo electum esse illegitimum: ergo incapacem, vel dicendo excōicatum, vel dicendo infamem. Vel forsan opponit ꝯ formā electionis, dicendo electionem non esse factam secundū formam decretalis, quia pp. Vel opponit ꝯ formā postulationis; quia dicit ꝙ non est concors; vel saltem à duabus partibus celebrata, & hoc qū vnus eligitur & alius postulatur, vt ꝯ. c. scriptū, in antiq. Et omnia ista debet exprimere opponens in instrumento publico: & debent iurare opponentes, ꝙ credūt ea q̄ opponūt ꝯ electionē, postulationem, vel prouisionē esse vera, & se posse probare. Si autem talia non exprimerēt opponentes, ipsi vel eorum adhærentes nō audiantur, nisi aliqua de nouo emergant vel perueniant, seu superueniat facultas probandi Et opponentes debebūt iurare corporaliter, id est, sacrosanctis Euangelijs tactis, aliàs non satisfacient isti constitutioni: & ꝯ non probantes ea quæ objjciunt in personam vel in formā. intelligitur pœna statuta in c. statuimus. ꝯ. eo. & sic habemus ea quæ dicuntur in c. vt circa. Nunc videamus qualiter illud c. vt circa. fuit declaratū per c. is qui. & certe sic intelligitur, quia ille qui objjcit ꝯ formā electionis, vel qui objjcit seu opponit ꝯ personam & præstat iuramentum corporale, ꝯ. recitatū, ꝙ credit esse vera, & credit se posse probare ea quæ opponit, nō est adhuc audiendus, quamuis talia exprimat: & nō satisfacit constitutioni vt circa. nisi determinate & nō disiuncte iurauerit se credere ea quæ opponit, esse vera dicendo, Ego scio ꝙ ille, quem vos elegistis, est illegitimus & excōmunicatus; quare electio vestra est nulla: & non satisfaceret constitutioni q̄ diceret opponens, credo vel scio, vel credo ꝙ talis electus est illegitimus vel excōicatus. Item illa decretalis, vt circa. dicit ꝙ qū ego appello ꝯ aliquā psonā nominatā: puta ꝯ Petrū ne eligat ad dignitatē aliquā: debeo obseruare formam illius decret. vt circa. quæ forma declaratur per illud c. qui cōtra. videlicet. ꝙ ego debeo inscribere in instrumento authentico & publico, ea q̄ volo ꝯ eum objjcere, sic ac si esset iamq; electus. qd̄ nō fuerat dictū formaliter in illa decretali, vt circa. sed fuerat dictum virtualiter & intellectiue, vt declarat illa decre. qui contra. lib. 6. Si autem appellās vel opponēs non sic faciat: non valet eius appellatio interposita, nec etiam appellans audietur super expressis in appellatione sua. Et sic habemus capitulum, vt circa, declaratū per duo c. scilicet per c. is qui. & per c. qui ꝯ. & p hoc possumus intelligere illa duo c. & illa scire. Item c. procurator. declarat illud c. vt circa quia illud c. vt circa. dicit ꝙ appellantes ab electione, postulatione, vel prouisione, debent exprimere ea quæ volunt objjcere ꝯ aliquem in instrumento publico & authentico & fuit declaratum per c. qui contra. Sed quæro an ille qui se vult opponere vel appellare ab electione, postulatione, vel prouisione in personā vel in formā, an ipse possit constituere procuratorem ad appellandum ꝯ postulationem, prouisionē, vel electionem. Et si possit cōstituere, quæro qualiter debet constituere, & qū sit idoneus procurator? Respōdet Papa in illo c. procurator. Procurator non reputetē decætero idoneus ad appellandum ꝯ electionem, postulationem, aut prouisionem: quam si id est, nisi omnia sint specialiter expressa, quæ vult obicere in formam vel in personam in pcuratorio eius & nisi habeat speciale mandatū corporaliter iurandi in anima eorum, quorum ipse extitit pcurator: & iurabit in animas dn̄orum suorū, ꝙ ipsi credunt expressa in procuratorio ꝙ sibi miserunt vera esse. Et per hoc habes c. vt circa. declaratum in hoc ꝙ loquitur de constitutione pcuratoris p c. procurator. lib. 6. & per consequens habes illud. c. procurator. declaratū. Restat finaliter c. vt circa. declarare per c. cōstitutio. lib. 6. e. tit. & postea accipiemus nostrā Clemētinam, & facillime eam intelligemus: Nos videmus q̄ formam debent habere appellantes ab electionibus, postulationibus & prouisionibus. Sed quæro, mihi vr̄ ꝙ vidi vnam ca. de appellationibus, nuncupatum. vt debitus honor. quod dat formam qualiter debemus appellare. Itē vidi c. cordi. lib. 6 eo tit. quod c. dat formam appellandi. Et vidi cap. 1. ꝯ. eo. quod dat etiā formam appellationis: ergo mihi vr̄ ꝙ istud c. vt circa. sit superfluum. Dicit Papa: Amice non turberis p p diuersitatē multorū capitulorū: quia capitula quæ allegas ꝯ istud c. vt circa. intelliguntur qū cōtingit appellari in iudicio: Illud vero c. vt circa. intelligitur qū appellatē extra iudicium: ideo dicit c. illud, cōstitutio. in textu formaliter: Cōstō felicis recordationis pdecessoris

ris nostri Gregorij Papæ edita, id est, facta & cōpilata in concilio Lugdunensi: exprimēs, id est, declarās formā, secundum quā debeat appellari ab his, qui se opponunt electionibus, postulationibus, ac prouisionibus: talis constitō non vendicat sibi locum. i. non habet locū, nec intelligitur nisi cū. i. qñ solū appellat̃ extra iudiciū. Quando vero contingit appellari in hmōi negotijs. s. qñ appellatur ꝯ electionem, postulationē, vel prouisionem: quia qñ contingit appellari in hmōi negotijs, & in iudicio, opportet iura anteriora abseruari scilicet c. vt debitus. de app. & c. condi. lib. 6. cū talia iura ꝑ illā constitutionē, vt circa. non fuerint immutata. Et hæc sufficiant pro ꝓsumptione. ¶ Or accedimus ad casum nostræ Clementinæ, quæ etiam tendit ad declarationē dicti c. vt circa. de dubijs emergētibus post obitum Bonifacij. Et dicit ꝙ illud cap. vt circa nō hēt locum qñ ea, quę opponuntur, directe respiciunt ius ecclesiæ, vel ius personæ opponentis, sed tm̄ hēt locū vbi crimen vel defectus opponunt̃ ꝑ quemlibet cōpetitorem appellantē, vel oppositorē in formā vel personas. i. ꝯ formā electionis, vel contra ꝑsonas electas. Et sum in versi. [Cęterum.] Et pone ꝙ appellans qñ interponit appellationē suā ꝯ electū, vel ꝯ formā electionis, ꝙ ipse omittit debitā specificationē circūstātiarum vel defectus: Quæro si postea in prosecutione negotij velit specificare circunstantias criminis vel defectus, an sit audiendus? Respondet ꝙ nō, ꝗuis asserat dictas circunstantias, de nouo ad se peruenisse. Sed antequam procedā ad declarationē versiculi se quentis, volo declarare aliqua verba supra posita. Et quæro qd hoc est dictū, quod dicit hæc decretalis, vt circa. non hēt locum qñ ea quæ opponuntur, respiciunt directe ius ecclesiæ vel ius opponentis? Ad hoc respondeo, ꝙ qñ capitulum eligit aliquem ad aliquā dignitatē, & non aduocauit epm̄ vt veniat ad electionē, & eps se opponit tali electioni, dicendo ꝙ iure ecclesię est, ꝙ eps vocetur ad electionem talis dignitatis. Vel sic, ꝙ ecclesia habet ius ꝙ eligatur aliquis de gremio ipsius, & si aliquis non existens de gremio fuerit electus, ille qui se opponit tali electioni, dicendo ꝙ electus non est de gremio ecclesiæ, talis opponit ea q̃ respiciunt ius ecclesiæ, & in tali oppositioni non seruatur forma illius decre. vt circa. vel sicut dicit glo. in verbo ecclesiæ. ꝙ si ecclesia vel pręlatus nomine ipsi⁹ se opponit, puta dicēdo hoc esse de iure ecclesiæ, ꝙ alius abbas alicuius monasterij habeat vocē in c. vel alius hēat vocē in electione, tūc illud respicit ius ecclesiæ, vt s̃. e. in anti. c. scriptū. & c. in cōstitutis. & c. Cumana. & de cā possessionis, cū ecclesia. iō pro hoc videas glo. istius Clemētinæ. Similiter illa verba, q̃ respiciunt ius opponentis, hoc volunt dicere, puta ꝗa aliquis qñ videt ꝙ volunt canonici aliquē eligere ad aliq̃ dignitatē, cuius dignitatis collatio ad ipsum ꝑtinet, tunc talis se opponit, dicendo: non potestis eligere. ꝗa ego solus habeo ius eligendi; & si cōtingat vos eligere, tali electioni faciēdę me oppono, vel fortassis opponit se electioni iā factæ de Petro, ꝗa cū ipse esset de electorib. ipse fuit cōtēptus & neglectus: vel forte aliqs opponit ea q̃ respiciunt ius suū, dicēdo, Ego fui legitime electus, quare nō ꝓcedatis ad aliā electionē aliàs electioni me oppono His & similib. casib. nō ē necesse obseruare cōstōnē, vt circa. Itē in hoc q̇d̃ dicit, ꝙ opponēs crimina nō dēt dimittere, ꝗn dicat circūstātias criminis ꝯ ꝑsonā, ꝯ q̃ opponit, nec dēt omittere specificationē cicūstātiarū: Quęro, qd hoc est dictū? Rñdeo quòd si opponens ꝯ ꝑsonā dicens eā homicidam: & nil aliud dicat, talis non dicit nisi crimen, & non dicit circunstantias. Item si opponens dicat ille, quem vos vultis eligere: vel ille, quem iam elegistis, est periurus, non satis dicit: sed debet dicere, talis est homicida, & talē interfecit in tali loco, in ꝑsentia taliū. Item si dicat eū esse periurū, debet dicere, talis est periurus, quia in tali cā tulit testimoniū, & iurauit ea quę dicebat esse vera, postea fuit ꝓbatū ꝯrium, & fuit reprobatus tāquā periurus in tali foro corā tali iudice, in ꝑsentia taliū, vt patet ꝑ acta grapharij illius curiæ Et sum in versi. [Sane.] Et pone ꝙ aliquis cuius intererat, puta canonicus illius ecclesiæ, vel patronus, appellauit ab electione, postulatione, vel ꝓuisione: ꝗa opponit crimina vel defectus ꝯ electū, & nō seruauit formā decretalis, vt circa ꝗa illa q̃ vult opponere ꝯ electū, nō expressit ī suo libello. vel si illa expressit, nō iurauit corporaliter sacros. Euāgelijs tactis: vel eꝯ si iurauit corporaliter, non expressit ea q̃ vult obijcere in libello vel instrumento authentico: tñ nō obstante ꝙ non obseruauit formā dictæ cōstōnis, ipse semper prosequitur suam appellationē, ꝗa quo ad aliqua bene obseruauit formā constōnis, vt circa. quo ad alia nō obseruauit, & sic quo ad illa quæ obseruauit constitutionē, vt circa pōt prosequi appellationē suā Et dum prosequeretur suam appellationē, venit ꝗdā alius, qui non appellabat ab electione, nec appellabat ꝯ ꝑsonam electam, qui voluit admitti. i. recipi in eadem causa principaliter: quia dicebat habere commune interesse, sicut ille qui appellauerat, sic talis eligeretur, quia homicida vel illegitimus, quare volebat admitti eandem causam, sicut ille qui appellauerat: quamuis ipse nō appellaret, & volebat admitti in cā contra electum. non tamquam adhærens cū appellante, sed volebat admitti vt principalis: quæritur, an talis bene dicat? Dicit quòd non dēt admitti pro interesse cōi, ēt prosequendo eosdem articulos, quos prosequebatur appellans: tamen poterit assistere appellanti, ne ipse colludat. i. ne ipse fraudem cōmittat cum illa contra quem appellauit. Sed quæro vltra, Pater sancte, ego pono ꝙ ille superueniens hēt aliquod interesse particulare, si talis eligatur, vult admitti ad causam, an possit? Dicit ꝙ sic: nam prosecutionem proprij interesse nō denegamus Et sum in versi. [Insuꝑ] & pone ꝙ ille appellās ab electione, postulatione, vel prouisione, videns ꝙ melius prosequeret̃ si ageret ꝑ viam simplicis quærelę illud quod intendit, quam taceret ꝑ suam appellationem: Quid fecit, certe ipse, ꝗ appellauerat hoc fecit: quia ipse egit contra eum: contra quem appellauerat: & deserebat suam appellationē. Vel forsan econtra: quia appellatus egit contra eū quid facit ille qui appellauit, & deseruit appellationē & egit ꝑ viā simplicis querelæ: ipse vult vti suis obiectionibus tam expressis quam non expressis in ipsa appellatione sua, quam interposuerat: an possit? Respondetur quòd ipse dēt repelli ab obiectionib. expressis in appellatione sua, & alijs nō expressis, si nō seruauit formā. dictæ constitutionis, vt circa. puta quia nō iurauit, & ille qui non iurauit corporaliter, nō audit̃ nisi super obiectionibus expressis, præterquā in casibus in constitutione præmissa exceptis, videlicet quando ille qui appellauit, non seruauit formam cōstōnis, vt circa auditur super nouiter emergentibus, vel ad suā notitiam de nouo peruenientibus, vel super illis, ꝗbus superuenit probandi facultas: quia in istis casib. ipse non excludetur, si agat ꝑ viā simplicis querelæ quamuis non obseruauerit formam constitutionis, vt circa. quando interposuit appellationem: quam deserit. Et sum ibi: [Etiamsi appellationem suam nō prosequatur.] Et minor de eo quod dicitis: quod appellans volens deserere. i. dimittere appellationem suā & agere per viam simplicis querelę, ꝑ non poterit se iuuare de obiectionibus suis expressis, nisi obseruauerit formam dictæ constōnis, & dicitis maxime de non expressis, nisi obseruauerit formā illius cōstitutionis q̃ forma tenet, q̇d̃ iuret corporaliter: quia si non iurauerit, nō audit̃ nisi suꝑ expressis. Sed pono casum: q̇d̃ ipse appellans non vult illā appellationē suā proseq. immo vult illi appellationi renuntiare: vel nō vult illā appellationē exhibere. i. monstrare seu ostendere, immo asserit se nolle vti tali appellatione: & ꝗ̃ is faciat fidē corā iudice, quòd si ipse monstraret suā appellationem, quòd ipse pararet arma contra se: ꝗa per ipsum

ipsum est quęsitum ius aduersario: puta quia expressit aliqua in appellatione contra electum, quæ nō posset probare; & sic reus posset absolui; tamen his non obstātibus non poterit agere per viam simplicis querelæ, sic ꝙ possit opponere ea quæ obiecit in appellatione. Itē dicit vltra, ꝙ quāuis omissio illus constitutionis repellat appellantem ꝯ formam electionis, vel ꝯ personas eligentium, vel ꝯ psonā electi ab obiectionibus ꝑpositis vel proponendis, & quamuis illū repellat à probatione faciēda: tñ omissio formæ illius cōstitutionis nō infirmat, nec inualidat probationem iam factam per confessionē aduersarij: hoc dicit. Totum istud c. est satis obscurum, sed pro Deo pensetis ad casum, & ad aliquas glo. Ordinetis. Nos Clemēs decernimus constitutionē seu decretalē, vt circa. editam. i. factam seu compilatam in concilio Lugdunensi. i. dum concilium Lugdunense celebrabatur, locum non habere: qñ ea. i. qñ illa q̃ opponunt̄ s. ab appellante, ab electione, postulatione, seu prouisione, respiciunt directe ius personæ opponentis sicut declaraui; vel quando respiciunt ius ecclesiæ, vt ēt dixi in casu vel præsuppositione. Sed decernimus illā constitutionē, vt circa. lib. 6. tantum habere locū, vbi crimina vel defectus opponuntur per competitorē id est, illum qui appellat, & petit eligi appellando, ne alius eligatur: vel appellando ab electione iā facta vt ipsa cassetur, vel per oppositorem vel quemlibet aliū appellantē in formā vel in personā, Et dic. vbi crimina opponuntur, scilicet ꝯ personā electā, vel defectus ꝯ formā electionis. Cæterū, pro sed: sed cū ꝑdictus appellans circa crimina vel defectus omittit. i. dimittit debitam specificationem causarū, sicut declaraui. s. postmodum in prosecutione negotij, hoc est in prosecutione oppositionis vel appellatione, non est audiēdus super his. s. quibus omisit debitā specificationem cārū: ēt. i. quamuis asserat. i. affirmet per iuramentum huiusmodi circunstantias vel probationes peruenisse ad se de nouo: Sane pro sed, vel pro certe, si quis cuius interest, puta canonicus eiusdem ecclesię duxerit appellandū de electione, postulatione vel prouisione, opponendo crimina vel defectus: omissa, id est dimissa, & non seruata forma dictæ cōstitutionis, vt circa. eo. scilicet appellante postmodū huiusmodi appellationē prosequente: alius. s. nouus superueniens nō appellans, non debet admitti in eadē causa principaliter pro cōi interesse prosequens eosdem articulos contra appellatū: quos articulos appellans, suppleo prosequit: licet, id est, quāuis possit assistere appellāti ne colludat: propter hoc tñ quod dicitus, sed ei scilicet nouiter venienti nō denegamus prosecutionē proprij interesse. Insuper si appellans ab electione, postulatione vel prouisione, agat causam per viam simplicis querelę, vel defendat eā. s. causam appellato agente. repellit̄ ab obiectionibus expressis in appellatione sua: & repellitur in alijs, id est, ab alijs obiectionibus, s. non expressis, nisi constiterit ipsum seruasse formam prædictam, vt circa. Et dic prędictam formā: scilicet iurando: quia aliàs non audiretur. & si seruauerit prędictā formam, scilicet iurando: quia aliàs non auditur sup non expressis, præterquam in casibus exceptis in constitutione præmissa: quia in illis non tenetur seruare formā illius constitutionis. Etiam si nō prosequatur appellationem suam, nec illam exhibeat. i. ostendat & asserat, id est. affirmet se nolle vti illa, dū tñ fides fiat ab eo, scilicet ab appellante: qa per ipsam appellationē quæsitum est ius aduersario suo repellendi eundē appellantē per ipsam appellationē: licet. i. quamuis omissio formæ illius constitutionis repellat appellantē ab obiectionibus propositis vel proponēdis, & eorū probationibus, faciendo in formā electionis, vel in ꝑsonas eligentiū; vel in personam electi, tamen illa omissio formæ constitutionis, vt circa. non infirmat probationem factam per confessionem aduersarij, vel aliàs factam legitime.

† Hic no. Car. ꝙ lex aut capitulū allegādū est ꝑ suū principiū Font.

tionē a, Vt circa b †, editā in cōcilio Lugdunē. locū decernimus non habere, quādo quæ opponunt̄ directe c respiciūt ius ecclesię d, vel opponētis e ꝑso

[Glossa prima dicit quid approbet vel declarat: & summat.]

a ¶ Cōstitutionem.] Licet Bonifacius aliqua declarauerit, de quibus suo tempore dubitabatur circa decret. vt circa. vt s. eo. is qui. & c. qui contra. & cap. procurator. & cap. constitutio. lib. 6. post eum tamen noua dubia emerserunt: quæ Clemens hac sua cōstitutione declarat, quæ breuiter summari non potest. Sed hoc dicit: decretalis, vt circa. locum nō habet, cum appellans ius sum, vel ecclesiæ directe prosequitur: sed cum in formam vel personas opponit crimina, vel defectus: quorum circunstantias si non specificat super illis, non auditur, etiā si iure illas didicisset de nouo: nec etiam in eadem causa super illis auditur alius non appellans & prosequens commune non proprium interesse; potest tamen assistere appellanti. Appellans. qui non seruat formam, etiam si appellationi renuntiat, per viam querelæ non prosequitur obiecta, nec etiam alia, nisi in casibus exceptis. Omissio formæ licet appellantē à probatione repellat: non tamen infirmat probationem super his legitime factam aduersarij confessione vel aliter. Aliquas opiniones determinat, de quibus dicā ꝑ partes. Et principaliter approbat quod obscure not. Archidiaconus in decreta. vt circa. dicens ibi, quòd electus non tenebatur seruare illam constitutionem: sed satis erat quòd in sua appellatione seruaret antiqua iura. Ioan. And.

1 Exceptiones, q̃ opponunt in causis beneficialibus inter dū cōcernunt ius ecclesiæ vt hic exēplificat gl. cū qua ꝯcor. Gul. Pau. & Ge. interdum exēptiones cōcernunt ius opponentis, & exēplifica vt in gl. seq. interdū cōcernūt formā, interdū ꝑsonā, contra q̃ crimina oponūtur, Circa istos obiectus in formam vel ꝑsonā q̃rit d. gl. sa. de dubitabili q̃stione, q̃ vide. Ber.

b ¶ Vt circa.] s. eo. lib. 6. & ita restringas hanc declarationem ad illam decre. nam. decr. 1. & decret. cupientes. eod. tit. & lib. non contingit hæc declaratio: Nam illæ locum habent etiam si non appelletur propter crimina vel defectus, sed propter interesse proprium appellantis: nec mireris; nam illæ arctāt ad veniendum vel mittendum intra certa tempora. decre. vt circa. ad exprimendum & iurandum.

c ¶ Directe] semper enim secundario vel indirecte contingit ecclesiam.

[Glo. seq. dupliciter exponit vel restringit, exprimens quare.]

d ¶ Ecclesiæ] posset coniungi & non coniungi verbū opponentis, quod sequitur, & hoc intendit, ꝙ si ecclesia vel prælatus ipsius nomine se opponit, puta dicendo hoc esse de iure ecclesiæ: illius ꝙ vocē habeat in electione. s. eod. scriptum, & c. cōstitutis. & c. Cumana de causa pos. cum ecclesia. vel ꝙ de ipsius gremio debeat eligi, vel ꝙ ad eam spectat prouisio. de consue. cū dilectus, de rest. in inte. c. 2. de verb. sig. abbate. nō erit locus formæ decre. vt circa. Idem si loquitur de ecclesia ad quam facta est electio, postulatio vel prouisio, vt quia dicuntur facta prædicta contra priuilegia ipsius ecclesiæ. de electio. considerauimus. vel opponitur de numero 2 supra de rescrip. constitutus.

[Glo. seq. declarat, quærit, arguit negatiue, & contrarium soluit.]

e ¶ Opponentis.] vt quia dicit beneficium ad se spectare, vel sibi debitum, vel quòd in se habet prouide. re forte iure ad ipsum solum deuoluto, vel quod fuit contemptus, vel quia est canonice electus: his & similibus casibus in appellatione non est necesse seruare constitutionem, vt circa. Percepi dubitatum in curia in hoc casu: Scripserat Papa mihi prouideri de beneficio in certa diœcesi, quod non excedat valore quinquaginta florenorum, vel si de loco sim oriundus: pro Titio scripsit simpliciter secundo, quòd sibi prouideretur in eadem diœcesi de vacanti. vel primo vacaturo: dost hoc vacante beneficio in diœcesi, facio mihi per meum executorem illud conferri: Titius etiā facit

2 Quia recept' est ꝑ rescriptū Apostolicū cōtra numerū, nō facta mētione de numero. Imol. Fō.

cit sibi idem beneficiū per suos executores conferri, & appellat à prouisione mihi facta, & processibus executorū meorū, dicēs ꝙ beneficiū excedat summā taxatā, vel ꝙ nō sum de diœcesi oriūdus, dubitabat an decr. vt circa in appellatione seruari debuerit? Vr nō, ꝑ hoc principiū, quasi appellatio fundet̄ super iure appellantis non super defectibus vel criminibus. Contrariū vr̄, quia vtroque casu opponitur cōtra formā prouisionis, & non solū cōtra electionem, circa quā statutæ sunt formæ concilij; quia propter. eod. tit. sed ēt ꝯ prouisionē cadit obiectus in formaā, vt patet in littera ipsius decr. vt circa. Item secundus obiectus satis est in ꝑsonā, vt defectiua dicatur ex loco originis, quo ad illud beneficium, & licet illud procedat à rescripto, satis tamen conuenit iuri communi. facit qđ nor. de rescr. si proponēte. in gl. fin.

† Nota differētiā inter cōpetitorē & oppositorem. & qs sit cōpetitor, dic vt in glos. eius dē. oppositor āt est qñ elect⁹ est vnicus vt lit. pē. c. 1. & 2. lib. 6 Zabarel.

ne: sed [a] tantū vbi per cōpetitorem [b] † vel oppositorem quemlibet appellantē [c] in formam aut personas [d] defectus [e] vel crimina opponuntur [f]. ¶ Cęterum cum circa crimina vel defectus, debitam circumstantiarum [g] specificationem prædictus omittit appellans, non est postmodum in prosecutione negotij super his [h] audiēdus, etiam si circumstātias huiusmodi, vel ꝓbationes earum per iuramētum asserat ad se peruenisse de nouo [i].

probare, ex quo nunc dico me nouiter circunstantias vel probationes ꝑcepisse, ergo merito hic aliud q̄ ibi Et sic no. qđ dicere soleo, de cōfir. vti. vel inuti. bonę. quod interdum expedientius est in totum veritatem tacere, quàm non perfecte dicere. Ioan. And.

¶ Sane [k] si quis cuius interest [l] ab electione, postulatione, uel prouisione [m] duxerit appellandū, opponendo crimina vel defectus, forma [n] dictę cōstitutionis omissa [o], eodem [p] postmodum appellationem huiusmodi prosequente [q], alius superueniēs nō appellās [r], contra appellatū in eadē causa [s] principaliter admitti non debet, pro interesse communi [t] eosdem articulos [u] prosequendo, licet appellanti possit assistere, ne collu-

K Sane.] determinat aliqualiter not. per Compost. s̄. eo. c. 1. li. 6. in glo. vnde merito. ver. sed ad qđ admittetur.

l ¶ Interest.] de hoc interesse notatur in decret. vt circa.

m ¶ Prouisione.] facta vel facienda. quod dic vt supra. eod. qui contra certam. lib. 6.

n ¶ Forma.] specificationis, de qua ꝑmisit.

o ¶ Omissa.] in quibusdam.

p ¶ Eodem.] scilicet appellāte, & idem in adhærente, per decre. vt circa ver. alioquin.

q ¶ Prosequēte.] quo ad illa, quibus seruauit cōstitutionem. vel in quibus constitutio non arctabat, vt supra. 1. respōso. Certum est enim, quod si aliqua sufficienter expressit, aliqua non, quo ad expressa tenet appellatio, dummodo in alijs constitutionem seruauerit.

1 De hoc dicto vi. de Alexādrū in additione ad Bart. in l. ait p̄tor. in principio. additione. ff. de iudi. & Deciū. cōsil. 37.

a ¶ Sed repete, decernimus locum habere tantum, & cæteri.

b ¶ Competitorem.] eiusdem dignitatis, vel beneficij cuiuscūque, & coniunge appellantem. quod sequitur.

c ¶ Appellantem.] nō dicit ad sedē Apostolicā. vel ad nos. vt s̄. prox. quod facit pro opinione, quā tenui in decre. vt circa. in glo. ad Papā. tamen certum est ꝙ solum in extraiudicialibus appellationibus hoc locum habet. supra eod. constitutio. lib. 6.

d ¶ Personas.] eligentium vel electi, prouidentium vel prouisi, postulātium vel postulati: ideo vtitur plurali, ad hoc infra §. fin. & quæ possunt in his opponi, notaui in decre. vt circa.

e ¶ Defectus.] respicit fromā & personas: sed quod sequitur, crimina, respicit personas.

f ¶ Opponuntur.] satis notabant hæc verba istius constitutionis, ibi dum dicebatur, se opponunt proponendo aliqua, &c. vtilissimum tamen fuit hoc declarari.

g ¶ Circunstantiarū.] approbat hęc littera quod not. in decre. vt circa. in glo. quid ergo. & in decre. procurator. eo tit. lib. 6. scilicet ꝙ nō sufficiat opponere periurium vel homicidium, nisi fiat illorum expressio, sic & alibi debent exprimi circunstantiæ. de cler. ægro. c. vnico. lib. 6.

h ¶ Super his.] scilicet, super quibus omisit debitā specificationem: ac si dicatur, ꝙ si quædam plene specificauit, quædam non, & legitime iurauit, super specificatis audietur, super alijs non, etiam si vult iurare quòd circumstantias seu probationes ipsarum de nouo percepit, vt sequitur.

[Glossa sequens obiicit, soluit, & notat.]

i ¶ De nouo.] videbatur contrarium per decre. vt circa. vbi super nō oppositis auditur appellans cum iuramento, ꝙ illa de nouo peruenerint ad ipsius notitiā: ergo idem videbatur de circunstantijs, nō sufficiēter expressis. Sed contrariū hic determinatur. quia vbi nō oppono quod ignoro vel quod scio, sed non credo me posse probare, hic nullū vitium est: iustum est ergo vt postmodum admittat cum iuramento, vt ibi: sed vbi oppono & circumstantias non exprimo, hic vitiū est, quia non debite oppono. Item quia non videtur iuramentum posse defendi, quo iuraui me credere posse

r ¶ Non appellans.] nec etiam adhærens, vt sit forti⁹ dubium. Sed littera sequens quæ dicit ꝙ potest assistere, videtur contraria: sed illud propter interesse.

[Glossa sequens arguit à contrario, determinat, & quæstionem soluit.]

s ¶ Eadem causa.] ergo in alia poterit, hoc verum per viam actionis, etsi non fuit de adhærentibus, vt dicā ꝯ prox. §. Et si dicas, quid proficit hæc appellatio? Dic ꝙ multū: quia succumbet appellans in instantia, & punietur in expensis & pœnis. decret. 1. supra eo. li. 6. & fiet executio ꝯ ipsum. Itē forsan ille tertius postea nō aget, vel agēs ex aliquo capite forsā repellet̄. Io. An.

t ¶ Communi.] scilicet quando, & in his persequitur ius vel interesse ecclesiæ, vel cōmune sui & appellantis, vt cum dicitur, criminosus is qui est electus, vel prouisus, vel defectuosus, vel electio, vel prouisio facta per eū qui nō potuit propter crimina vel defectus, vel facta ꝓuisio ꝑ litteras subreptitias, vel his similia.

[Glossa sequens ostendit in quo ampliat, obijcit. iustificat, & obiectioni respondet.]

u ¶ Articulos.] scilicet nō specificatos, & hoc voluit versi. alioquin. in decret. vt circa. quo ad appellantem & adhærentes: sed ista latius loquitur. Et licet in prima facie videretur iniquum, quod vnus prosequi nō possit id à quo repellitur alter propter ineptitudinem propositionis, vel defectum proponentis. facit 2. q. 1. prohibentur. 10. q. vlt. libellorum. in fi. supra de accusa. veniens. ff. de accus. l. hi tamen. in fi. & l. 4. in fin. vbi not. de accusatore repulso propter ineptitudinē libelli. & bene facit ff. de adul. si maritus 2. in fi. & de libe. hom exhib. l. 3. §. hoc interdictum. Item licet graue videatur, ꝙ negligētia vel culpa vnius male exprimentis, noceat ecclesiæ & omnibus alijs habentibus æquale interesse. de regul. iur. delictum. & regula, nō dēt aliquis. lib 6. Tamē fateri oportet hoc æquū, quia aliàs inutilis fuisset quo ad hoc & derisoria prouisio decret. vt circa. si appellans posset submittere pædagogū, qui sibi assistens in eadem cā, vt dicit textus, clare formaret & exprimeret per eum male formata, & insuffi-

dat [a] :non tamen ei propter hoc proſecutioné [b] proprij intereſſe denegamus. ¶ Inſuper [c] ſi appellans [d] ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, per viam querelæ [e] ſimplicis cauſam agat [f], vel eam appellato agente defendat, repellitur [g] ab obiectibus in appellatione † ſua expreſſis [h] & alijs [i], niſi conſtiterit ipſum formam ſeruaſſe prædictam, præterquàm [k] in caſibus in conſtitutione præmiſſa exceptis: etiam ſi appellationem ſuam nõ proſequatur, nec exhibeat, & illa ſe aſſerat nolle [l] vti; dum tamen de ipſa [m] coram iudice [n] fiat fides [o]: quia per ipſam ius repellẽdi eundem aduerſario eſt quæſitum [p]. ¶ Illius vero conſtitutionis formæ [q] omiſſio, licet appellantẽ ab obiectibus

inſufficienter expreſſa. Ad contra.reſpondetur, ꝙ loquntur in alia cauſa vel inſtantia. Item imputet ſibi qui à principio non appellauit. Item quia via nullitatis illi non deficit.de appel.concertationi.lib.6.& proſecutio proprij intereſſe, vt ſequitur.

a ¶ Ne colludat. ſ.ſuper expreſſis, in quib. fuit forma ſeruata, & eſt ſi de procura. ca.2. in fi.lib. 6. Et ꝙ proſit ſic adeſſe, ibi not. in vlt glo. & ff. de inoff. teſt.ſi ſuſpecta.

[Gl. ſeq duas lecturas ponit, & notat.

b ¶ Proſecutionẽ proprij.] ſi dicat ꝑꝑ q̄d ẽt fuit appellatũ, planum eſt ẽt ſi non fuerit forma ſeruata, vt in 1.rñ. Vel intelligitur de proſecutione, quam facit per querelam. Et nota ꝙ etiã publica vel popularis actio habet ẽt q̄nque priuatum intereſſe.ff.de ſepul.vio.l.3.§. ſi adeptus.de procu licet in popularibus, in prin.cum ſuis concor.

]Glo.ſeq duo euidentialia proſequitur.

c ¶ Inſuper.] ad huius §.intellectum, & præcedẽtis & ſequentis, ſcire debes quod Compoſt.not.ſup.eo.c.1. li.6.in glo.qualiter vtraq;. ꝙ lapſis temporib.illius decre.1.pars appellans, q̄ intra tempora illius decret. nõ fuit appellationem proſecuta, põt electionem vel prouiſionem impugnare per modum querelæ ex eiſdem cauſis, ex quib. appellauit, vel ex alijs: quia tꝑe illius conſtõnis non ſtatuitur, vt poſt illud ſuper illis vel alijs non audiatur appellans, ſicut dicitur in iudicialibus appellationib. de appel.cum ſit Romana, & ſicut dr̄ in decre.cupientes, & vide quod ibi not.in §.ſi vero.in gl.intra idem.ſed ſtatuitur ad hoc, vt poſt illud tp̄s, ꝓcedi poſſit partis abſentia nõ obſtante. Item ſcias ꝙ forma decre.vt circa, quo ad illa obiecta in quib. requiritur ipſa forma, duplex eſt: vna, ꝙ in appellatione omnia, & ſingula exprimantur in inſtrumento publico ſeu litteris, &c. Secũda, ꝙ ſuper obiectis debito modo iuretur. Si prima forma ſeruetur, ſed ſcd̄a non: quia non iuratur, vel non debito modo, non auditur appellans, ẽt ſuper expreſſis.ſup.eo tit.is qui.lib.6. Si vero ſeruetur forma ſecũda: quia debito modo iurař, ſed non prima, quia nõ debito modo exprimitur; tunc aut nihil exprimitur, aut aliquid exprimitur debito modo, aliquid non: primo caſu non auditur appellãs, niſi in caſibus exceptis in decre. vt circa. in §. niſi, in fi. Scd̄o caſu auditur ſuper expreſſis. Item in prædictis caſib. exceptis, ſed ſuper obiectis non ſpecificatis nõ, ẽt ſi velit iurare ꝙ circunſtãtias de nouo percepit, vt ſup.2. reſpon. hæc vero quo ad illa obiecta, in quibus forma requiritur, & arctat cõſtõ. Si vero ꝑꝑ aliqua appellat, in quibus arctat conſtitutio, & propter aliqua in quibus non arctat, vt ſup.1. rñſo: tunc licet neutra forma ſeruetur, auditur appellans, illa proſequẽs, quę conſtitutio non reſpicit: his viſis proſequor litteram.

d ¶ Appellans.] vel adhærens: quia de vtroq; loquitur decre.vt circa.ver.alioquin. Alter ergo qui nec appellans eſſet, nec adhærens, bene admitteretur, cum eſſet in eo ratio poſita in fine huius §.

[Glo.ſeq.quærit & ſoluit.]

e ¶ Querelæ ſimplicis.] Nunquid ergo reprobatur opinio Compoſtel.de qua dixi in principio huius partis? Dic quod non: ipſe enim non fuit locutus de pęna decret. vt circa, quam etiam non vidit, ſed de pęna decretal.primę, quę hoc ſolum habet, ꝙ poſt tempus ibi ſtatutũ proceditur in partis abſentia. Sed decretalis, vt circa, imponit pęnam non ſeruanti formam in iurando, quod non auditur, etiam ſuper expreſſis: nõ ſeruanti in exprimendo ꝙ non põt obijcere nõ expreſſa. ſimpliciter ergo in pęnam ab obijciẽdo repulſus, nec per viam querelę poſſit obijcere, & hoc vult iſte §. ſed punitur ſolum in proceſſu fiendo in eius abſentia, & per appellationem ꝓ ſequi poteſt obiecta in eo ſtatu, in quo cauſam inuenit: ergo & ꝑ querelam, & ſic verum ſit dictum Compoſt. cũ ergo diuerſæ ſint culpæ, non mirum ſi diuerſæ ſint pęnæ. & ſimi. quod not.ſup.eo. Cumana.in vlt.glo.

f ¶ Agat.] facit de appel. concertationi.li. 6.& quod not.poſt Inno. & Hoſtien. de appel.dilecto.

g ¶ Repellitur.] inſtante appellato, vt dicam in fine huius partis.

h ¶ Expreſſis.] ſi intelligas ſingulariter & clare, tunc exponas quod ſequitur, formam ſeruaſſe prædictã, ſ. in iurando: cum n. non iurans non audiatur, etiam ſuper expreſſis per viam appellationis, ergo nec per viã querelæ.de reg.iur.cum quid.lib.6.

i ¶ Alijs.] non expreſſis.

K ¶ Præterquam.] excipit à verbo, alijs, & eſt ſenſus, appellans, qui formam non ſeruauit in exprimendo, auditur ſuper nouiter emergentibus, vel ad notitiam peruenientibus, vel ſuper quibus ſuperuenit probãti facultas: illis ergo caſibus non excludetur etiam per viam querelæ.

l ¶ Nolle vti.] videns.n.appellans quod formam non ſeruauerat de conſilio aduocati celat appellationem; vel dicit ꝙ illa non vult vti, vt cauſam per viam querelæ pręſequi poſſit. Et facit hæc littera ad quęſtionẽ, an inuito impetrante, is contra quem impetratum eſt, poſſit vti reſcripto.de qua ſatis ſcripſi per Inn. & Hoſt. de reſti. ſpol.ex conqueſtione.Ioan. And.

m ¶ De ipſa.] appellatione, in qua non fuit forma ſeruata, vel illorum expreſſio facta.

n ¶ Iudice.] coram quo per viam querelæ ſimpliciter agitur cauſa.

[Glo.ſeq.ſoluit dubium, tripliciter diſſimilitudinẽ exprimens.]

o ¶ Fides.] plena. Nec ſufficeret illa ſemiplena, de qua not.Compoſtel.in c.1.ſup.eo lib.6.in glo.quid ſi Papa. vbi dicit per vnum teſtem, & litteras quas procurator abſentis de cuius procuratorio conſtat, vult impetrare ſuper appellatione probari appellatum. Illud enim locum habet quo ad proceſſum in partis abſentia faciendum, & quo ad probationem deuolutionis: ſed hic loquitur de pęna repulſionis, vt ſtatim ſequitur. Item illud coram iudice appellationis, hoc coram iudice querelæ. Item ibidem de probatione appellationis, hic neceſſe eſt probare formam appellationis. Vides autẽ per hoc quomodo expedit appellatio, quod ſibi in forma publica appellatio intimetur, ſupra eod. cap.proxi.

p ¶ Quæſitum.] optimè concor.ſup.eo ab eo.lib.6. & cum hoc reſpiciat fauorem appellati, eo patiẽte bene procederet hæc obiectio. ad hoc inf.§.proxi. non ſic in caſu illius decr.ab eo. vt ibi not.in vlt.glo.

q ¶ Formæ.] ſi intelligas de forma iuramẽti, planum eſt: ſi de forma expreſſionis, idem; cum diſtinctione, quam ſcripſi ſup.§.proxi.in prin.hoc dico quo ad repulſionem, de qua ſequitur.

† Eſt hic ſingularis limit. ad c.examinata.d̄ iudi. ad hoc q̄d ꝑ ineptitudinem inſtãtiæ ex calumnia p̄ſumpta, non ſolũ excludit̄ qs ab inſtãtia, ſed à meritis cauſę: ita ꝙ omiſſa inſtantia non põt qs deducere in alia rite inchoata id q̄d in prima ĩepte deduxit. Imo.Fõt.

a ¶ Legitime.] si ergo inuito appellato fieret probatio num exceptio super articulis, super quibus recipi non debeat, hoc sibi nō nocet. cōsueuerūt articuli admitti, saluo iure impertinentium, & nō admittendorum: de quo scripsi de off. deleg. cum contingat. super gl. pen. de testi. ex parte.

b ¶ Non infirmat.] bene concor. de accu. c. 1. & 2. lib. 6. & facit quod no. sup. eo. si forte, lib. 6. in 5. glo.

in formam electionis, vel personas eligentium, vel electi propositis vel proponendis, & eorum facienda probatione repellat †: probationem tamen factā super his per aduersarij confessionē †, vel aliàs legitime [a] non infirmat [b].

¶ Idem.

¶ Sine speciali licentia Papæ nullus prouidere potest ecclesiæ cathedrali clero carenti & populo Christiano. Religiosus per prælatum licentiari nō debet, vt tali prouisioni consentiat, consentiens etiam si fuerit consecratus priori prælato subiacet, nec in episcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promouetur: quæ contra fient irrita decernit. Ioan. And.

CAP. V.

IN ple-

† Nota hic confessionē in iudicio nullo factā valere. idē dixit In no. c. si. de rest. spo. Pan. Fon.

† In quacūq; parte litis opponatur simmolā, sed Fran. dicit hāc exceptionē dilato riam, & ideo quia ī istis spiritua lib. nō contestatur lis, dicit sæpe opponendam ante quam procedat ad illa, quæ aliàs fiūt post litē cōtest. per gl. & quæ ibi dixi ca. 1. sup. eo. tit. li. 6. Fonta.

IN plerisque.] CASVS. ¶ Pater sanctissime, video multas ecclesias cathedrales pauperrimas, & priuatas auxilio, facultatū seu diuitiarū, quæ nō habent clerū nec populū, & video aliqn istas ecclesias vacare plato, & hi ad quos spectat eorū prouisio, frequenter assumunt religiosos mendicantes ad honorem Pontificatus vel prælaturæ, qui religiosi assumpti, nō possunt prodesse aliquo mō ipsi ecclesiæ, nec possunt præesse, vt decet & conuenit; immo obnubilant & obscurāt serenitatem seu claritatē Pōtificalis dignitatis instabilitate vagationis, & opprobriosæ mēdicitatis: Ego quæro pater sancte, an isti tales puidentes ecclesiis de talib. personis pauperrimis bn faciāt? Et rndet Papa, q decętero nullum religiosum vel mendicantē eligant ad dignitatem ecclesiæ cathedralis, q̄ careat clerico & subditis Christianis. Itē dicit Papa, q talis religiosus nunq̄ petat licentiam à suo superiori: vt talem dignitatē adipiscatur, nec ipse superior forsan prouincialis vnq̄ valeat dare licentiā tali religioso mendicāti: immo dicit, si religiosus petierit licētiā ad adipiscendā. i. ad capiendam talem dignitatem, & passus fuerit eligi in epm, vel permiserit se cōsecrari, q ipse nullo mō recipiatur in epm, sed patietur talis religiosus pro ambitione tali, q ipse erit redactus. i. positus ad suū monasteriū, vt in illo viuat seu degat humiliter, & q in illa religione seu monasterio suo nunq̄ assumat, nec ascēdat ad aliq̄ dignitatē. Et si aliquid cōtra p̄missa fuerit attentatū, oīa decernimus vana, non obstante. i. non cōtriante quacunq; cōsuetudine. Or pater sanctissime, video vestram cōnōnem nobilem, in qua non vultis pauperem cum paupere nubi, quia nō vultis q ecclesia cathedralis priuata subsidio facultatū, habeat prælatum religiosum & pauperem: Sed quęro, an similiter intelligatis in alijs ecclesijs tā cathedralibus, q̄ non habentibus diuitias & bonos redditus, an in talib. prohibeatis ne religiosi mendicantes eligantur? Et rndet q nō: immo vult Papa Clemens, q in talib. ius cōe seruet, nec vult in illis ius cōe coarctari. i. restringi vel ampliari. hoc dicit. Ideo vide textum: Improuida superiorum prouisio assumit multos, præsertim religiosos, frequenter. i. sæpe: ad honorem pontificatus. i. in epos in plerisque ecclesijs nedum priuatis: subsidio, i. auxilio: facultatum. i. diuitiarum, sed etiam carentibus clero & populo Christiano: quod referimus. i. recitamus & narramus: dolentes. i. cum dolore: qui scilicet religiosi assumpti: nec sunt valentes, id est potentes prodesse: prout expediret, id est, prout conueniens esset ipsi ecclesiæ, nec valentes præesse: vt. i. sicut deceret Et quia religiosi electi ad ecclesias cathedrales carentes populo & clero, obnubilant serenitatem i. deturpant & obscurant nobilitatē pōtificalis dignitatis instabilitate vagationis & mēdicitatis opprobriosæ: Et sic ista instabilitate vagationis, q ater totam suam vitam stant vagando & discurrendo per diœceses quærēdo vicariatus ab episcopis habētibus latas diœceses, & vt ipsi sint episcopi portatiui, sicut videmus in multis ciuitatibus, in quibus non residēt episcopi, & isti episcopi non residentes dant vicariatū suum cuidam religioso episcopo, qui vulgariter appellatur episcopus portatiuus, qui cōfert ordines episcopi. Vel dic instabilitate vagationis, quia isti vadūt ad curias principum, & quærunt habere pensionem, & multoties principes eos habent tamquam familiares, & tamquā capellanos, & dic mendicitatis opprobriosæ, quia opprobriosum. i. turpe est episcopis mendicare. Et sequitur in textu. Nos igitur volentes prouidere contra temeritatem. i. contra fatuitatem tam facientium, id est, eligentium tales religiosos, quàm frequentius recipientium huiusmodi prouisiones, quia etiam punit religiosos patientes se eligi, & sibi prouideri de talibus dignitatibus: statuimus de consilio nostrorum fratrum, scilicet Cardinalium, vt nullus decætero. i. a modo vel deinceps: præpol ens. i. clarens quantacunque dignitate, prouideat de pastore ecclesia cathedrali sibi: qualitercunque. i. quomodocunque subiectæ, quæ cathedralis ecclesia careat clero, populo vel subditis Christianis, nisi fulciatur super hoc speciali auctoritate sedis Apostolicę. i. nisi hoc, scilicet quod eligat religiosum ad talem dignitatem, impetret à sede Apostolica quod talem religiosum eligat: vel nisi ipse religiosus impetret à sede Apostolica, quod eligat: quæ pro &: & nullus religiosus vnquam licentietur à prælato forsan prouinciali, quod consentiat tali prouisioni, s. quod eligatur: quod. i. quia: quia si licentiatus cōsenserit huiusmodi prouisioni, & fecerit se aut permiserit se in episcopum consecrari, nullatenus. i. nullo modo recipiatur in episcopali honore, sed in pœnam tantæ ambitionis. i. pro pœna huius quod ambiuit talem honorem, ipse degat, i. dest viuat cum paupertate: quæ pro &: & iaceat semper prostratus & humilis sub prælato i subditus suo prælato suæ religionis aut monasterij, ita quod eidem religioso passo de se fieri talem electionem nullus sit accessus in religione sua, aut extra religionē suā; cuiuslibet i cuiusuis honoris, vel administrationis: enim pro quia, vel pro certe, nos Clemens decernimus irritum esse & inane. i. vanum & nullius effectus quicquid contingit attentari vel fieri, suppleo contra præmissa vel cōtra aliquid præmissorum. i. antedictorum in ista constitutione. non obstante. i. non contrariante quacunque consuetudine. Sane i. certe, & recte decernimus præmissa esse specialiter prouidenda, circa præfatas ecclesias. i. circa ecclesias cathedrales carentes clero & populo Christiano: quod. i. quia: quia nec. i. non intendimus circa prouisionem quarumlibet aliarum ecclesiarum non carentium clero & populo coarctare limites iuris cōmunis, nec intēdimus ampliare vltra. Et sic cōcludit q ista constitutio habet locum solum in ecclesijs cathedralibus carētibus clero & populo, & nō habet locum in alijs ecclesijs habentibus populum, immo in ipsis omnimodo vult seruare ius commune. Not. primo quod ecclesiæ (maxime cathedrales) debent habere facultates: & facultates dicuntur earum præsidium, ibi, præsidio facultatum: nam sine temporalibus spiritualia diu esse non possunt. i. q. 3. si quis

si quis obiecerit.de vi.& hon.cle.vt quisque.& c.quoniam.Not.secundo quod in episcopis opprobriosa est mendicitas. pro hoc glo.in verbo.opprobrio , ad hoc de renun.ad supplicationem.Zabar.

[Prima glossa summat,& diuidit.]

a ¶In plerisq; Casus. Sine speciali licentia Papæ nullus prouidere potest ecclesiæ cathedrali , clero carēti &populo Christiano. Religiosus per prælatum licentiari nō debet, vt tali prouisioni consentiat : cōsentiēs etiam si fuerit consecratus, priori prælato subiacet,nec in epūm recipitur , nec ad aliquem honorem promouetur: quæ contra fiēt,irrita decernit.Et sunt tres partes.In prima, cōstitutionis causa.in secunda , constitutio. In tertia,protestatio. Secunda pars, q̄ summaui quattuor facit.Primo ꝓhibet ꝓuisionē fieri. Scd'o licētiā dari. Tertio punit cōsentiētē. Quarto decernit.partes patē.Et summe fuit honestū qđ hic dicitur.

risque a ecclesijs nedum (quod dolentes b referri mus) præsidio c facultatum priuatis, sed & clero carētibus & populo d Christiano e, multos frequēter & religiosos f prę sertim improuida superiorum g prouisio ad Pōtificatus assumit honorē: qui nec (vt expediret) prodesse , nec præesse(vt deceret h) valētes,instabilitate vagationis i & mēdicitatis opprobrio k serenitatē l Pontificalis obnubilāt m dignitatis.¶ Volentes igitur contra temeritatē tā facientiū , quàm vt frequentius recipientiū prouisiones huiusmodi prouidere : de consilio 10 fratrū nostrorū,statuim^9, vt nullus de cætero quantacūq; n dignitate præpollens(nisi speciali o super hoc auctoritate sedis Apostolicę fulciatur)de pastore p prouideat cathedrali q ecclesiæ sibi quali- 20 tercunq; r subiectæ , quæ clero careat & subditis Christianis s : Nullusque religiosus à suo vnquam quod prouisioni tali consentiat , licentiatur prælato t . Quòd si licentiatus u etiam huiusmo- 30 di prouisioni cōsenserit, & in episcopum x se fece

b ¶ Dolentes.] concord. supra de celebra. Miss.dolentes.supra de statu mona recolentes. infra eod.tit.attēdentes.& de censi..ad nostram.in princ.

c ¶ Pręsidio.] idest,subsidio,sine quo spiritalia diu esse non possunt.1.q.3.si quis obiecerit.

[Glossa sequens quærit, arguit negatiue & affirmatiue,& declarationem ponit,dicens primum plus placere.]

d ¶ Et populo.] certum est ꝙ clerus & populus 1 sunt diuersa.de priuileg.ex parte.de sent.excom.si sñia li. 6.Quid si habet alterum tantū? hic & ī. eo. c. ponitur copula,per quod videtur ꝙ carere debeat vtroque. Habens aūt alterū,non caret vtroque, & sic nō vr̄ arctare constitutio. vide simile habēs codicem,nō includitur sub carentibus Decreto & Codice:& habens panē nō includitur sub carentibus pane & vino:& habēs argentū,nō includitur sub carētibus auro & argēto , ita nō includit ecclesia habēs clerū vel populum, sub carētibus clero & populo:aliàs non esset diuersum dicere,clero & populo:& dicere clero vel populo: & esset hoc incidere in improprietatem locutionis sumendo copulatiuam pro disiunctiua,quæ improprietates excusandæ sunt non sequendæ,vt not.de verbo.signifi.ꝑterea.pro hoc facit,qa foret absurdū, ꝙ illi clero vel populo,quē habet ecclesia,subtraheret eps , & hoc multum vrget.Contra,carere est nō habere, sed si dixisset si nō habeat, vel nisi habeat clerū & populum:propter copulam requiritur quòd habeat vtrūque, ergo si habet alterum tantum,arctat constitutio,& idem in prędictis exemplis dicatur:si non habeat , vel nisi habeat Decretum & Codicem : requiritur ꝙ habeat vtrumque.Idem cum dicitur , si non habeat panem & vinū, argentum & aurum,& in similibus:vt cū dicitur,nullus eligatur,nisi habeat,vel si non habeat ætatē , sciētiam,& mores, singula 2 requirunī,vt s̄. eod.cū in cūctis.Idē si dicatur,si careat scientia,moribus, & ætate. facit de æta.& qualit.eam te.Pro vtraque parte posset induci.ff.de rebus dub.si is q ducēta.§.vtrum.Egeret declaratione,sed primum plus placet.

1 An populus cōpræhēdat clerū, vide Baldū in l. 1. §. huius stu dij. ff. de inst. & iure.& Felynū in c. Ecclesia sanctæ Marię.extra de cōstitu.

2 Vide Deciū cōsil. 177. col.2.

[Glossa sequens primo ponit dictum,& pro solutione contrarij remittit.secundo soluit dubium.]

e ¶ Christiano.] talia loca quæ sunt in potestate hostium nō 3 desinunt esse sacra.Ad l.cum loca.ff.de reli.& sumpti.fu.responde vt not. 7. q.1 pastoralis.in fi. Non putes tamen quòd sit necessarium quòd locus sit captus ab hostib. satis enim est , quòd clero careat & subditis Christianis : ꝑ verba huius decret. licet non sit in hostiū potestate.

3 Faciūt notata p Innocē. tiū in ca. penul. & vlt. extra de sepul.

f ¶ Religiosos.] qui laborante ad hoc etiā interdum importune & per corruptelas , vt dicere possit cum psalmista : Laqueus cōtritus est , &c. psal. 123. Nisi quia dominus erat. Vidi iam religiosum consecratum ad titulum, qui non erat in rerum natura,nec fuerat : quod patere posset per prouincialē [id est , per librum in quo scriptæ sunt prouinciæ.]

g ¶ Superiorum.] ad quos spectat quouis iure prouisio : Et maxime quattuor principales patriarchæ,& quidam archiepiscopi, qui sub eis sunt,consueuerant hoc facere.

h ¶ Deceret.] 8.q.1.qui episcopum.

f ¶ Constituere.] repete sine licentia prælati.& intellige in his casibus, quibus sine licentia prælati personaliter esse in iudicio non posset: aliàs in illis casibus, quibus quod per se pōt, per aliū poterit, de reg. iur po test.lib.6.ff.eo tit.l.filius.in princ.immo melius est quod per alium, de syndi.c.vnico. puta, cū ipsum superiorē denuntiat vel accusat, vt in pd.decret. de accu.ex parte, & c.olim Item ad cām electionis monasterij sui de cōse.cū dilectus, de rescri.cū dilecta.de re iud.ad probandū, vel suæ propriæ, cui de superioris licētia cōsensit: ergo procuratorem dare poterit quasi licētia etiam ad hoc habuerit, ex quo licentiam habuit consentiendi, de offic.deleg. præterea, & c.suspicionis.

Religiosus quandoq; sine prælati licētia pōt esse in iudicio.

[Glossa sequens obijcit & soluit.]

g ¶ Substituere.] repete, sine superioris licētia. Per verbū, ita, quod pcedit, videbatur contra, quasi iste esset pica vel organum cōstituentis, & per ipsum, quasi per fistulam vel lapidem canalem deueniret potestas de constituēte ad substitutū.arg.1.q.1 si iustus.Sed negari nō pōt, quin in eo quod vult actum substitutionis suscipere & substituere, frangatur abdicatio voluntatis, & obediētia quam promisit: & hęc est ratio huius iuris.12.q.1. non dicatis, de ele.si religiosus.li.6. nec sine eius actu recipit officium substitutus. Et facit quod not.de ele.c. penult.lib.6.vt in gl.& vide quod dicam in vlt.glo.

h ¶ Expresse.] forsan expressa persona: sed de hoc nō curo, satis est.n.quod habeat mandatum substituēdi etiam incertum.sup.eod.cap.1.2.responso.

[Glo.seq.no.ad quæstionem. opi.ponit, & distinguit.]

† al. procuratoris.

sus [a] procurator, etsi per aliū [b] religiosū sui vel alterius monasterij fuerit cōstitutus, sicut non potest sine sui superioris licentia [c] procurationis † officiū suscipere [d], nisi pro suo in eadē lite consorte [e]: Ita non potest aliū procuratorē cōstituere [f] seu substituere [g], etiā si per constituentē hoc sibi expresse [h] fuerit commissum [i].

¶ Idem.

¶ Per obitum rectoris ecclesiæ reuocatur procurator ab eo pro ecclesia constitutus, etiam quo ad iam excepta.

CAP. IIII.

PRocuratorē [k] à prelato rectore [l], vel alio quolibet, pro ecclesia [m] † sua vel beneficio constitutum, per mortem

i ¶ Cōmissum.] No.ad qōnem de illo qui cōstituit procuratorē inhabilem, cui dedit mādatū substituēdi, an substituere possit? Et videbatur quibusdā, vt Petro de Bel.C.eo.quod quis.iur.quod sic per regulā, qui per aliū, de reg. iur. lib. 6. quasi videatur a dño constitutus. ff. quod cuiusq; vni.l.item eorū.§.si decuriones. ff.de condi. insti.l.institutio talis, vbi licet hæres nō instituatur in codicillis, pōt tñ instituí in testamento nominādus in codicilo, ad hoc facit ff.de serui. rust. præd. cum esset.§.1.vbi seruitus concessa ab eo qui habuit ab alio potestatem concedendi, non ab ipso: sed à primo dño videretur esse concessa. ad hoc bene facit de offic. de leg.iudex.lib.6.vbi de legatus inhabilis sub delegat.Tu distinguas inhabilitatis speciē, aut.n.penitus & ipso iure īhabilis est, quo casu nec substituet, ad hoc præd.decr.iudex.in fi.Aut est inhabilis ad officiū per defectum auctoritatis, qua intercedente habilis esset, & eo casu necesse sit illius auctoritatem inuenire, vt substituere possit, vt hic. Aut est inhabilis per exceptionem, qua non opposita habilis esset, & eo casu substitueret.argumen.præd.decr.iudex.in princ.& per hoc soluitur quæstio de excōicato, an substituat, quam dixi de proba.post cessionem.

Procurator inhabilis habens mādatū substituēdi, an substituere possit.

ADDITIO. Huic est similis qstio de incapace instituto, & rogato restituere capaci, vtrum possit cogi adire, & restituere, de qua plene in l. eā quę.C.de fideicom.Item & illa vtrum nepos filij spurij possit institui ab auo: per medium. n. filium spurium deuenitur ad nepotem, vtrum ergo radix infecta inficiat totum, de qua per Bart.in l.Gallus.ff.de libe.& posth. Petrus.

† Nota quod beneficiatus pōt dicere bñficium esse suū. facit ca. si tibi absenti. de pben. lib.6.

PRocuratorem. 1] Notabilis est casus contra quē prima facie quilibet responderet. Primo, ponit dictum. Scdo, illud ampliat & declarat: ibi, (Etiam) Imola.

¶ Prǽsupponēdū est illud quod dr insti.mādati, §.itē & l. mādatū.C.mādat.vbi dr, quod re integra morte mādātis expirat mādatū.Et dr res integra vsq; ad litis cōtestōnē, sed in mādato iurisdōnis res dr integra vsq; ad citationem, & extra iudicium dr res integra antequam mandans, vel mādatarius fecerit aliqua prǽparatoria.

1 Ista Cle. an habeat locum in ciuiliter mortuo, vide Guid. Papę decision.571. Font.

CASVS.Cū essem litigaturus contra te: quia occupabas decimas meæ ecclesiæ, cōstitui procuratorē: lite cōtestata sū mortu': vtrū per mortē meā sit reuocata ptās mei procuratoris, & vtrū sit necesse quod plātus mihi succedēs constituat nouum procuratorem? Et dicit quod sic.h.d. H.R.

Nota casum in quo reuocatur mādatū per obitum constituentis, etiam re non integra. Zabarella.

[Glossa prima dicit quid approbet, vel reprobet.]

K ¶ Procuratorem.] Se summat reprobans quod not. Inno.de foro comp dilecti. & approbat in parte quod ibi not.Host.de hoc in Specu. de syndi.§.1.ver.quid si aliqua, & hoc eo.tit §.2.ver.sed nunquid procurator. per Ancha.eod.tit.si duo, lib.6.

l ¶ Rectore.] de ecclesiastico loquitur, quod patet per verba sequētia, tñ et de rectore ciuitatis loquebātur Inn.& Sp.

[Glossa sequens dicit quid de causa propria, & explanat opinionem Innoc.]

m ¶ Pro ecclesia.] Innuit quòd secus si pro cā propria, mandatum.n.tunc finiretur morte re integra: re nō integra, non.ff.eod.si defunctus.insti.man.§. item si adhuc.ff.man.l.inter cās.C. man.l.mādatū, & ibi not. & in prædi.§.item si.Quando dicatur res integra, dic quod in iudicijs, ante litem contestatam, in negotijs, antequam

Mandatū an finiatur per mortē mādātis.

t equam fecerit præparamenta. Hoc autem ꝙ pro ecclesia constitutus erat: mouebat Inno. qui dicebat, ꝙ cũ ecclesia non moriatur. 12.q.2.c.liberti. de rescri. si gratiose. lib. 6 & procurator pro ea sit datus ab eo q̃ poterit, scilicet p̃lato etiã sine cõsensu capituli. de rescrip. edoceri. nihil est ꝙ prohibeat illum agere causam sibi commissam, etiam si res sit integra, per præd. decret. dilecti. & per decre. petitio. supra eod. titu. & per l. annua. ff. de annu. legat. de procuratore constituto ad negotia, quã uis generaliter fatebatur, quòd post mortẽ constituentis non debebat incipere noua negotia. ff. de nego. gest. nam & Seruius. §. si viuo. sed Hostien. aliter, vt statim dicam.

Ecclesia nõ moritur.

1 Procurator, si est cõstitut' à collegio ĩ causis in quibus pōt, oĩbus de collegio mortuis & alijs subrogatis, durat eius officiũ vt determinat Dynus in cõpromisso facto ad collegiũ vbi sunt decẽ ex q̃b. v. vel vij. postea mortui sunt: tenet. n. ꝙ nõ extinguatᷣ compromissũ quia vnũ & idẽ collegiũ remanet, & censeᷣ ẽt alijs subrogatis, vt l. ppo. nebat. ff. de iud. & ita notat Bar. in l. q̃d in reũ. §. & si nauẽ. ff. de leg. 1. Petrus.

constituentis reuocari a censemus: Etiam quo ad negotia b iam incepta, & causas in quibus per ipsum lis fuerit ante mortẽ huiusmodi contestata c.

TITVLVS XI.

De restitutione in integrum.

¶ Clemens v. in cõcilio Vieñ.

[Glo. seq. primo ponit opi Host. & ipsius motiua, q̃ ostendit partim reprobatam: secundo opi. Archid.]

a ¶ Reuocari censemus.] dicebat Hostiensis ꝙ procurator iudiciorum non agit p̃lato mortuo 1 donec sit ecclesiæ de p̃lato ꝓuisum: Ratio ẽm eum est: quia tũc cum vacat sedes, nihil debet innouari, ne se. vac. ca. 1. & vlt. quod loquitur de lit. contest. cum tractet de receptione testium, & mirabatur Host. quomodo dubitatur de hoc. nec valet secundum eum si dicas, ꝙ in p̃dictis c. loquitur de p̃lato conuento, non de agente: nã si nõ permittiᷣ tunc defendere q̃d fauorabilius est, multominus agere. alleg. ff. eo. seruum quoq;. §. publice. & l. Pomponius. in fi. & C. eo. alienam. etsi Hostiensis per hæc verba intellexit ꝙ p̃dictus ꝓcurator substituto p̃lato ex primo ꝓcuratorio litem cõsequi possit: hoc reprobratur ꝑ hanc litteram, quæ dicit, reuocari censemus: non dicit impediri vel suspendi. Archi. tractans hanc materiam satis exquisite in prædi. decre. si duo. dicit procuratorem cõstitutum à prælato, & capitulo in causa cõi vel principaliter capituli, durare post mortem p̃lati; in causa vero discreta prælati secus: & sic opiniones prædictas voluit concordare. Et an hãc opinionem hæc decre. reuocare intendat, nõ video ꝙ exprimi fuisset expediens. pro ea tñ facit quod scripsi post Inno. de consue. cũ dilectus. super 1. glo. & quod not. de resti. in integ. c. 2. vbi dicit ꝙ mortuo abbate cõuentus ꝑ syndicum agere potest, & conueniri de iuribus q̃ pertinent ad conuentum, vel simul ad vtrosq;, secus in his quæ segregatim pertinent ad abbatem. ne sede vac. c. vlt. Posset tñ dici hanc opinionem Archid. veram, ꝙ durat procuratoriũ primis duobus casibus, non tamen procedat procurator vacante ecclesia: in causis, quæ illa vacante tractari nõ possunt: instituto tamẽ prælato procedet ex veteri procuratorio. In tertio vero casu locum habet hæc decre.

b ¶ Negotia.] credo ꝙ intendit per hoc designare procuratorem negotiorum, & per verba sequentia procuratorem iudiciorum.

[Glo. seq. dat simile, & notat ad duas quæstiones.]

c ¶ Contestata.] quantumcunque ergo sit dominus instantiæ, mors reuocat, sicut & viuens ex certis causis reuocare posset inuitum. de quibus s̃. eo. c. 2 lib. 6. Et facit hæc decre. ad id quod not. post Hostien. de offic. vica. c. penult. ꝙ mortuo eo cui dedi vicarium, expirat illius officium 2: & ita seruamus. allegat de offic. vica. Romana. lib. 6. per q̃ probatur, ꝙ si non esset mortuus, sed excõicatus, suspenditur, sed non reuocatur officium vices gerentis, & sic diceremus in procuratore prælati agentis. Facit ẽt ad questionẽ not. in Spec. de arbi. §. finitur. versi. quid si prælatus. scilicet ꝙ mortuo prælato, qui compromisit de rebus ecclesię, finiaᷣ compromissum: ibi videas.

2 Per istã gl. Panor. in c. extirpandæ. § quia vero. tradidit regulã, ꝙ vicarius, domino suo mortuo, iurisdictione vel officio suspẽso, nõ administrat Font.

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

[Visum est supra de procuratoribus: verum quia Ecclesia aliquando litigat ꝑ procuratorem, & per negligentiam procuratoris sui aliquãdo læditur, & tũc debet restitui: ideo occasione à procuratoribus sumpta, ponit titulum generalem, de in integr. restit.

¶ *Ecclesia probans se læsam per lapsum temporis, ad illud tempus tantum restituitur, & infra quadriennium à tempore læsionis.*

A C. VNI. B ecclesia d †

A B ecclesia.] Ponit primũ dictũ: Secundo illud terminat & declarat; ibi, [Sed non fiet.

† De intellectu hui' Clemẽt. Matthæus de Afflictis, decisione 175.

CASVS. Ecclesia aliqua litigat ꝑ procuratorẽ contra Titium, & procurator ecclesiæ petijt terminũ ad producendũ testes, acta, litteras, & quęcunq; alia munimẽta sub pœna exclusionis: procurator iste fuit negligens ad producendũ suos testes & munimenta: quęritur vtrũ aduersus istum lapsum t̃pis ecclesia habeat releuamentũ: hoc est, vtrũ hoc lapsu nõ obstante possit producere suos testes, &c. Dicit ꝙ sic. Sed quęritur ad quantum t̃ps ecclesia restituitur: puta quia forte ecclesia habuit tres mẽses, & fuit impedita ꝑ duos mẽses, vtrum restituetur ad tres menses? Dicit ꝙ nõ, sed solũ restitueᷣ ad t̃ps, in quo fuit læsa. Sed q̃riᷣ intra quod t̃ps possit repetere istam restitutionẽ? Dicit ꝙ intra quadriennium. Not. ꝙ causa restitutionis in integrum debet inchoari & finiri. intra quadriẽniũ à t̃pe læsionis: & sic officium nobile quod imploraᷣ ad impetrandam restitutionem in integrum, non perpetuaᷣ ꝑ litis contestationem; secus est de actione. l. fi. C. de p̃scrip. xxx. xl annorum. & C. quando libe. prin. dat. l. 1. & 2. Not. ꝙ ecclesia petit restitutionẽ intra quadriẽnium, licet t̃ps sit minus quadriennio. Et sic confunditur opinio aliquorum legistarum, dicentium, ꝙ solũ quis debet restitui intra illud t̃ps ad quod fuit læsus. vt si aliquis in præsentia mea inceperit vsucapere rẽ meã ꝑ biennium, & in primo anno fui absens cã reipublicæ, durante illo anno vsucapit, volo restitui: Dicunt isti ꝙ nõ possum restitui nisi intra annum. Not. ꝙ officium rescindens est officium nobile, quod imploratur, vt iudex tollat impedimentum quod obstat, puta tollat vsucapionem vel præscriptionẽ: quo impedimento sublato, restituor ad actionẽ, quã prius habebam: & ista actio dicitur actio rescissoria, & ipsam debeo intentare post restitutionẽ infra t̃ps quo fui læsus. Not secũdũ gl. ꝙ ista restitutio intelligitur de lapsu tẽporis iudicialis. Hoc idẽ tenet glo. in c. auditis. in antiq. tamen maior pars doctorum tenet cõtrarium, & dicunt ꝙ istud c. loquitur indistincte, siue ecclesia sit læsa in iudicio, siue extra. Not. ꝙ ad hoc vt audiaᷣ ecclesia petens se restitui, sufficit ꝙ affirmet se læsam, vt hic in verbo, affirmat. & glo. in hoc verbo. Not. ꝙ ecclesia læsa restituitur in integrum, & est hæc restitutio in pristinum statum restauratio. C. de reputa. q̃ fiũt in iudi. l. 1. ff de mino. l. quod si. § restitutio, Zabarel.

[Prima glossa summat & dicit quid determinat.]

d ¶ Ab ecclesia.] Casus: Ecclesia ꝓbans se læsam ꝑ lapsum t̃pis, ad illud t̃ps tm̃ restituiᷣ: & infra quadriẽniũ à t̃pe læsionis determinat. not. ff. ex quib. cau. ma. sed & si per prætorem. §. quotiẽs. & l. nec non. §. si q̃s sæpius. C. de temp. in integ. resti. l. fi. de resti. min. l. q̃d tẽpore. & quod not. Guli. in Spec. 2. parte eo. tit. §. intra quod. in prin. & §. 2. versi. sed cum dixerim.

* Ecclesia.]

Prælatus sine mandato pōt noīe ecclesiæ restitutionē petere

* ¶ Ecclesia.] cuius nomine hanc restitutionem petet prælatus, etiam sine speciali mandato, secundū Inno. qui hoc not. s̄. eod. suscitata. & Guli. in Spec. eo. ti. §. 2. versi. prælatus autem. Si vero ꝑ lapsum temporis non læderet ecclesia, sed solū personæ ipsius ecclesiæ, vt quia lapsum est tempus quo prælatus debuit prouidere, vel canonici debuerunt eligere, tunc non competit restitutio, vt scripsi s̄. eo. c. fi. in 6. oppo. & not. in prædi. §. 2. ver. vt autem.

aduersus a lapsum temporis b, in quo c se læsam d, affirmat e, in integrum restitutio peti f potest: & causa restitutionis huiusmodi finiri g debet intra quadriennium h cōtinuum i à tempore k læsionis, etiā si minus l quadrien-

1 De dictione, aduersus, vide Cald. in cap. super spoliatione, de ord. cog. Ruinum cōs. 76. li. 2. & cōs. 3. lib. 3.

a ¶ Aduersus 1.] vsitatum est hoc verbum in iure, & maxime in hac materia, patet C. si aduer. rem iu. & in rub. seq. s̄. eod. c. 2. lib. 6. & ponitur pro contra.

b ¶ Lapsum temporis.] pone exemplum s̄. c. 2. & c. auditis. & c. coram. quia intra tempus statutum probationes non produxit, vel non obtulit intra tempus statutū pretium emptori, cum posset. eo. tit. cōstitutus. vel pone in decennio appellationis interponendæ. eo. tit. c. fi. Quid de biennio prosequendæ appellationis, an ecclesia intra illud tempus non prosequens iuste impedita indigeat restitutione, vel ipso iure seruetur illæsa? not. ꝑ Inn. & Hostien. de appel. ex rōne. De pscriptione vero xl. annorum contra ecclesiam nil immutatur per hanc cōstōnē: sed dic vt not. s̄. auditis. loquitur enim hic de illo tēporis lapsu, contra quod restitutio competit, sed contra illud non competit, vt ibi.

c ¶ In quo.] scilicet lapsu temporis.

d ¶ Læsam.] enormiter. quod dic vt not. s̄. eo. c. 1. & patet de reb. eccle. non alie. c. penul. Nunquid autem ex eo ꝙ non posuit declinatorias intra terminū ad id datum sit læsa, & restitutio cōpetat? satis scripsi post Inn. & Host. s̄. eo. coram.

e ¶ Affirmat.] in fine dicit, probabit: & ibi dicam.

Officium iudicis nō semꝑ ꝑpetuat ꝑ litis cōtestationem.

f ¶ Peti potest.] de hoc non dubitabatur, nā maior læsus ex tpe quo abfuit causa reipu. vel alia iusta cā restituitur, ff. ex quib. cau. ma. l. 1. cum similibus.

g ¶ Finiri.] hoc est quod dicimus non ꝑpetuari hoc casu iudicis officiū ꝑ contestationē. de hoc. s̄. de offi. iud. c. 2. si tamen non staret ꝑ ecclesiam, sed ꝑ iudicē vel aduersarium, non imputatur ecclesiæ. C. de tēpo. in integ. resti. l. petendæ. in fi. vnde si ꝑ appellationem aduersarij fuerit protelata, non imputatur ecclesiæ, sicut nec minori. ff. de min. intra vtile. & facit de re. iu. imputari. lib. 6. & facit eo. tit. c. 1. lib. 6 & vide qd̄ scripsi. s̄. eod. tum ex litteris. super gl 2. Sed quid si post finitum quadrienniū detur restitutio? glo in l. fi. C de temp. in integ resti. dicit ꝙ tenet, quia contra ius litigatoris, quod puto eum intellexisse, si non appelletur C. quando prouo. nō est neces. l. 2. s̄. de re iud. cū inter vos. quidam contra 2 dicentes, ꝙ quia huiusmodi cōstitutiones contra ius commune cōceduntur sunt restringendæ. ff. de actio. & oblig. in honorarijs. §. sed cū rescissa. de reg. iu., quæ à iure lib. 6. Item qua ratione nō tenet ipso iure sententia lata post tēpus accusationis ff. de excu. tut. scire oportet. § consequens. eadem rōne nec hic. & facit quod not. C. de iud. properandū. post princ. & hoc placuit Dyno, ꝑ quo facit s̄. de app. si appellationem.

Restitutio post quadrienniū data, an teneat

2 Et bene Panor. ne sciens gl. ītā alibi: ꝑ q̄ dicit sñiam s̄ ius litigatoris priuilegiati aduersus ius cōe esse nullā ipso iure sic limitatur c. inter vos. d̄ re iudic. Fonta.

h ¶ Quadriennium.] olim dabatur annus vtilis, qui vario modo computabatur ex diuersitate locorū, quę hodie sublata est, & loco illius datur quadrienniū. C. de temp in integ. resti l. fi.

[Glo. seq. instruit de tempore continuo & vtili.]

i ¶ Continuum.] habemus in iure tempus continuū & vtile: continuum est quod continue currit, diebus feriatis & nō feriatis: in pręsentia & in absentia, siue sit copia iudicis siue non. C. de pręscr. long temp. l. fi. Tēpus vero vtile non currit diebus feriatis, diebus absentię, & diebus quibus nō est agendi copia. Et istud est multiplex, quia quoddā est cōtinue vtile, quoddā vtile quo ad sui principium tantū, quo ad progressum nō; quandoq, continuum vno respectu, vt veniant dies feriati, & non alio, quia non currit iuste impedito. de hoc scripsi de concess. præb. c. 2. & c. quia diuersitatē. in fi. & forte hoc intendit hæc littera, ꝙ cōtinuū sit in principio: ꝑ litteram quæ sequitur.

Restitutio q̄n pe

[Glo. seq. ponit differentiam: secundo notat pro opi. Inno.]

k ¶ A tempore læsionis.] in hoc differt ecclesia à minore & à maiore, quia minori currit in princ. xxvj. anni ætatis suæ: scilicet cū factus est maior. C. de temp. in integ. resti. l. fi. maiori lęso tpe absentiæ currit post reuersionē. ff. ex quib. cau. maio. ab hostibus § fi. in ecclesia non sic, vt patet hic, & s̄. e. c. 1. & 2. lib. 6. Et not. ꝙ hæc littera facit ꝓ eo ꝙ not. Inno s̄. eo. coram vbi dicit, ꝙ si ecclesia nō probauit in peręptorio, a fine termini incipit currere quadriēnium petendæ restitutionis, & nō à die sententiæ: qđ patet, quia finito termino completa fuit læsio ex qua daretur restitutio, etiā si nulla sequeretur sententia, s̄. e. ti. c. 2. & 3. vnde dicit ꝙ caute facit læsus in omissione probationum, & sententia, si petit restitui contra sententiam, & ad probationes omissas. Alij secūdū eum, ꝙ quadriennium computatur à tempore sententiæ, & satis est contra sententiam restitutionem petere. ad hoc, ff. de mino. l. 1. §. 1. sed prius dictum plus placet Innocentio.

[Glo. seq. ponit tres opin. & tertiam hic approbatā coadiuuat, & contrarijs respondet.]

3 Hanc glossam suo more declarat hic Ioannes Imol. vt videto.

l ¶ Si minus.] Hic erant 3 opiniones legistarum, de quibus in 1. glo. Dicebant enim, aut est læsio in cōtractu vel sententia, aut in tempore. Primo casu fatenť late indistincte verum, ꝙ datur integrum quadrienniū. s̄. eod c. 1. lib. 6. s̄. eo cōstitutus. C. de temp in integ. resti. l. fin. secundo casu subdistingunt, aut læsio est tanti temporis quantum est quadrienniū; & tunc intra quadrienniū in integ dať restitutio, aut lęsio est minoris temporis; & tunc dicunt ꝙ non datur integrum quadriennium, sed solum tantum tempus ad restitutionē petendam, quantū fuit tempus læsionis. & hoc placuit Bul. & Azo. & Accur. quos sequiť Dynus in §. rursus. insti. de act. Iac. Bal. contra, quem sequi videť Odofredus distinguens tempus intra quod, & tempus ad qđ fit restitutio, dicens ꝙ dummodo non reperiať negligens intra tantum tempus quātum erat tempus læsionis, habebit integrum quadriēniū, aliàs si intra illud tempus reperiatur negligens, nō restituitur postea ēt intra quadrienniū, quia tempus negligentiæ computatur cum tempore læsionis vel absentiæ. & sic intelligit. ff. quæ in frau. cred. ait prætor. §. si cōditionalis. q̄ primi allegant pro se. Alij in hoc vltimo dicto discordant, dicentes ꝙ tēpus intra quod, semper est vniforme, & semꝑ habet quattuor annos, vt hic, & in cōcord. tempus vero ad quod, non datur amplius quàm fuerit tempus læsionis, & sic loquitur ff. ex quib. cau. maio. sed. & si per pętorem. §. si feriæ. & l. necnon §. si quis sæpius. ff. de mino. l. fi. nam in lucro foret is q restituitur si amplius haberet de tēpore quàm fuerit tps læsionis: quod esse non dēt. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. in princ. & l. videlicet. & hoc placuit Petro de Bel. & hoc approbatur, & merito: esset enim mirabilis rigor dicere ꝙ læsus in die debeat obtinuisse restitutionem intra diē, quod vult prima opinio, vel saltē necessario separasse, quod vult secunda. Item concludit prima opinio quadriennium non dari contra vsucapionē, q̄ finitur triennio. insti. de vsucap. in prin. cum tamen loco anni vtilis, qui dabatur olim. C. de rest. mili. si q. d. & l. seq. deť hodie quadriēniū. C de tem. in integ rest. l. fi. quod pscriptioni & vsucapioni est cōmune. Restat ergo rńdere ad contraria q̄ inducit glo. in §. quotiens,

tiens,primo ipse §.quotiens: & ead.l.§. si feriæ.determinēt solū tempus ad quod,puta vt læsus in die restituatur ad diem,& sic concordant,sed nō determinant tp̄s intra quod. Eodem modo responderi potest ad l. necnon.§ si quis sæpius.eo tit.vt.s.loquatur de tempore ad quod. vel si vis intelligere de tēpore intra qđ loquitur de anno vtili:cuius loco datur hodie quadriēnium: sicut si hodie diceremus læsum in quadriennio restitui intra quadriennium.Lex vlti.ff.de mino. facit pro:qa ibi tempus intra qđ præcedit tempus ad quod,& dantur ibi hæc duo tp̄a diuersis.Ibi n.ex tempore in integrum restōnis concessæ minori, qui nouauerat, restituitur creditori tempus quod sibi supererat de temporali actione nouationis tempore. Per eūdem modum responderi potest ad l.si debitrix.§.fi.ff.ad Velle.si diceretur quod ibi restitutio fiat per iudicis officium. Vel dic verius,vt ibi not. s quod sine temporis interuallo ipso iure per l.restituitur prima actio.& per eundem modū rn̄de ad §.si conditionalis, superius alleg. ad l.cum post. ff.qn̄ act.de pec. rn̄de vt ibi not.nec ibi de restōne loquit̄.Ad rōnem q̃ dicebāt primi, ꝙ aliàs erit deterior conditio illius, qui vsucepit tēpore minoris ætatis,vel absentiæ causa republicæ,quā si non vsucepisset:cōpleta. n. ætate vel cessante causa vsucepisset per triennium, & tu das quadriennium:Respōdeo ꝙ non est deterior,quia cessante vsucapione ille posset vendicare quod modo non potest: immo s̄m quosdam est prius necessariū iudiciū rescindendę,qđ est dicere, ꝙ prius rescindatur impedimētum vsucapionis, & postea rescissoriū datur.i.pristina actio, q̄ datur vsucapione rescissa;tamen seruatur quod simul vtrūque intentatur,qđ fieri pōt.vt no.Guli.in Spe.4 parte eo.ti.ver.sed nūquid in eodē.Nec est melior cōditio eius contra quē vsucapitur in absentia,q̃ in pręsentia, qa vendicando intra trienniū perpetuaret sibi actionē ꝑ contestationē,sed officiū non perpetuatur per cōtestationē,vt sup.dixi. æque igitur datur tempus longius.

Margin: Iudicium rescis.dēs & rescissorium simul intētati vis. sunt.

...driennio a tēpus læsionis existat.Sed non fiet restitutio nisi ad tantū tēpus, 10 quātum se læsa fore probabit b.

FINIS LIBRI PRIMI.

[Glo.seq.obijcit,& remittit.]

20 a ¶ Quadriennio.] Sed contra,temporalis pręscriptio non currit minori,sed ipso iure seruatur illęsus.C.in quib.cau.l.fi.ergo nec ecclesiæ.Solue vt dixi sup.eod. constitutus.super glo.consuetudo.&c.fi.in 6.oppo.

b ¶ Probabit.] Licet ergo ex affirmatione minoris vel ecclesię examinētur causę restōnis in integrū, vt sup. non tn̄ conceditur restitutio nisi lęsione probata, vt 30 hic,de quo vide in Spec.eo.tit.§.2.ver. illud quoque.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS. DE IVDICIIS.

Margin: Cōtinuatio.

[Visum est de pręparatorijs iudiciorum & iudicib. nunc videndum est de iudicijs, quę per magistratus exercentur,& redduntur,quare ponitur rubrica,de iudicijs.

DVDUM.] ¶ Primo, ponit constitutionē Bonifacij: secūdo, illam restringit, ibi: (Quia vero:) Tertio, protestat̄, ibi (porro.)

¶ Præsupponendum est qđ habetur in constitutione Bonifacij octaui, quę incipiebat.rem non nouam. videlicet, quòd citandus citabatur in audientia contradictoriarū, vel in aula palatij Papę,& postea affigebatur schedula in valuis.i. in portis ecclesię principalis, vbi erat Papa, & hoc fiebat si per ipsum steterat quo minus posset citari, vel si ad eū nō patebat tutus accessus:Et condita seu facta fuit hæc Clemētina ꝑꝑ opiniones, qa aliqui exponebāt, ꝑsertim.i.maxime;alij exponebant.i.tantum. Secundo,pręsupponendum est, ꝙ auditor seu audientiator audientiarum dat litteras simplices iustitię,& non tenet suum auditorium cū alijs in palatio Papę.sed exercet in tertio pōte eundo versus sanctum Michaelem.

CASVS.Inter Titium & me pendebat lis coram Papa, & erat articulus,qui non poterat expediri nisi citato Titio,quia erat sn̄ia ferenda,vel testes producendi:q̄ritur qualiter sit citandus?Dicit ꝙ s̄m constitutionē Bonifacij sufficit ꝙ citetur in ordinario contradicto- 40 riarum,vel in palatio Papę,dum tn̄ non citetur in diebus solemnibus, sed citetur extra dies solemnes,& post affigatur citatio in valuis ecclesię principalis, vbi est Papa cum collegio:Tamen illa erat nimis rigorosa pluribus,ideo hic mitigat̄, quia illa constitutio Bonifacij solum hēt locum contra eos, q impediūt quominus possint citari, vel qn̄ ad eos tutus non patet accessus,& tūc valet modo prędicto,videlicet ꝙ citet̄ vt tactum est:tn̄ si Papa decerneret ex certa sciētia eum citandum ex constitutione Bonifacij,quamuis per eum non stat quominus citetur,vel si ad eū bn̄ sit tutus accessus, & dicat quod ipse vult vt executio talis citationis valeat, tunc valebit perinde ac si esset facta in personā. Not. ꝙ quis est citandus personaliter si possit apprehendi,aliàs citādus est de intimatione.s̄.de ele. in c. cām.videlicet ꝙ citatio est affigenda in valuis ecclesię vel alterius loci,ita ꝙ verisimile sit ꝙ executio citationis deueniat ad ei⁹ notitiā. Not.casū ī quo dicat̄ qs vltra duas dietas,vt hic ī gl.in ver.vn̄cūq; & idē Lau. & Zē.Not. ꝙ cessante cā legis,cessat lex.ꝓbat̄ hoc in eo ꝙ excusat constōnem Bonifacij ꝑꝑ malitiam temporis,Zab.

LIBER II.

TITVLVS I.

De iudicijs.

¶ Clemens v.in concilio Viennen.

¶ *Constitutio Bonifacij, quæ habet, quòd citationes etiam extra dies solemnes publice factæ de mandato Papæ, in audientia litterarum Apostolicarum, vel Papali palatio affixæ ianuis maioris ecclesiæ loci in quo Papa cum curia sua degit,arctent citatum ac si ad eum personaliter de-* 50 *uenissent, restringitur ad eos, qui impediūt ne ad eos possit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute nō potest adiri.Ioan.And.*

60 CAP. I.

DV-

[Prima

[Prima glo. summat, & diuidit: & ponit tempus constitutionis.]

a ¶ Dudum.] Casus. Cōstitutio Bonifacij, quæ habet, quòd citationes etiam extra dies solemnes publicæ factæ de mādato Papæ in audientia litterarum Apostolicarū, vel Papali palatio, affixæ ianuis maioris Ecclesiæ loci, in quo Papa cum curia sua degit, arctent citatum ac si ad eum personaliter deuenissent, restringitur ad eos, qui impediūt, ne ad eos possit citatio puenire, vel quorum domicilium tute non potest adiri. Et primo ponit constitutionē Bonifacij: secūdo illā restringit: tertio ptestat, ibi: [Porro.] Et cōstitutio ista pcessit conciliū, vt in proœmio dixi, & patet infra c. proximo.

† Modus citandi p edictū in forma huius Cle. locū habet in solo Papa, vt notat hic Zaba. eum vide to.

Dudum [a] † Bonifacius Papa octauus prædecessor noster constituit [b], vt citationes [c] auctoritate Apostolica de personis quibuscunq; [d], ac etiam vndecunq; [e] ad instar edictorū in albo [f] prætoris propositorum, etiam extra dies solemnes [g], in quib. Romani Pontifices processus consueuerunt facere generales [h], ipso Papa [i] specialiter [k] & ex certa scientia [l] id mandāte [m] factæ, in Apostolicarū audiētia publica litterarum [n]: vel in Papali palatio [o] publice postmodum maioris [p] ecclesię loci, in quo Romanus 10 Pontifex cum sua curia residebit, ianuis affigendæ, sic valeant atque arctent citatos post lapsum terminum †, quem (considerata distātia locorū [q]) citationibus ipsis apponi conuenit competen- 20 tem, ac si ad eos personaliter [r] deuenissent.

¶ Quia vero statutum ipsum rationabiliter [s] editum propter malitiam tēporis tunc instantis nonnullis nimis rigorosum 30 videtur: Nos rigorem ipsum māsuetudine

[Glo secunda tempus exprimit.]

b ¶ Constituit.] in sua Extrauaga. quæ emanauit post Sextū, quæ incipit, rem non nouam.

[Glo. seq. soluit obiectionem intitulationis.]

c ¶ Citationes.] Licet (qa de citatione hic tractatur) cōpetēter poni potuisset sub ti. de dilationib. maxime cū prima 1 citatio videat ante iudicialis, iuxta not. p Inn. & Hostien. de proba. qm̄, vt ibi scripsi super versi. citationes, quia tn̄ et per primam firmatur iudicium, & perpetuatur, & præuenitur iurisdictio. de foro cōp. proposuisti. de offic. delega gratum, cum concor. ideo in isto titulo congrue ponitur, vt sciatur super tali citatione posse firmari iudicium, facit instit. de pœna teme. liti. §. fin. & quòd not. ff de in ius vo. super rub. & est huic si eo. tit. cap. 1. & 2. lib. 6.

1 Vide Marianū Soc. trac. q̄ citatione. ar. 31.

d ¶ Quibuscunque.] exprimit ipsa constitutio cuiuscunq; sint statutus, dignitatis vel præeminentiæ ecclesiasticæ vel mundanæ, etiam si imperiali 2 vel regali præfulgeant dignitate: tolli etiam omnes indulgentias, vt ibi patet.

2 Not. hic p verba gñalia, cōprehendi etiā illustres. Fōt.

e ¶ Vndecunque.] etiam vltra duas dietas, & extra puinciam: est. n. Papa vicarius illius, cuius est terra & plenitudo orbis terrarum, &c. de dec. tua 2. 9. q. 3. cuncta per mundum. Ioan. And.

f ¶ Albo.] erat locus 3 dealbatus vbi scribebanť edicta, de quo in auth. de liti. §. omnē. coll. 5. ff de iurisd. omn. iud. si quis id. ff. de albo scri. l. 1. & 2. de hoc vide in Spec. de do. & contu. §. restat. in prin. & de cita. § sequiť. ver. & not. secūdum Vber. vbi etiam not. qui iudices citare poterant per hæc edicta, & qui non.

3 Quid sit album prætorū vide per recentiores lexicographos.

[Gl. seq. exprimit tres dies, & sequens quinq; crimina, in quibus & contra quæ fieri solent processus.]

g ¶ Solemnes.] Solent 4 esse dies Iouis septimanę sanctæ, dies Ascensionis, & festum dedicationis Basilicarum Petri & Pauli. quòd fertur esse de mense Nouembris in octaua beati Martini.

4 Vide Io. And. & alios in c. vt cōmissi j. de hę. lib. 6.

h ¶ Generales.] ꝯ hæreticos credentes, &c. vt scripsi de hære. excōicamus. § sane. super 1. glo. portantes Satracenis merces prohibitas, vt scripsi de Iudæ. ꝙ olim. super glo. 2. & piratas, de hoc de rapt. excōicatione, exigentes vel imponētes noua pedagia. de censi. innouamus, falsarios litterarum papalium, de crim. fal. ad fal. ad falsariorum, & his similes 5.

5 Tale s

i ¶ Papa.] in inferioribus etiam locum non habet saluo eo quod dicitur. infra tit. 1. quamuis.

k ¶ Specialiter.] non sufficeret ergo generale manqatum de citando talem, nisi Papa specialiter exprimat citationem fieri per hanc formam.

Glo. seq. probat per q̄ scientiā excludi ignorātiam & errorem, & dicit quare.]

l ¶ Ex certa scientia.] idem verbum de offic. delega. pastoralis. §. præterea, & vide quod ibi nota. ignorātia opponitur scientiæ, de ordi. ab episc. c. 1. de sen. excō. pro illorum, sicut error opponitur consensui. ff. de iurisd. om. iud. si per errorem, & canon dicit, ꝙ ppriū erroris est approbare falsum pro vero. 38. dist. quamuis, & alibi ꝙ errare est aliud pro alio putare. 22. q. 2. in quibus. cadit tn̄ error in ignorantia, vt præ. dic. c. quamuis. quare littera ista vr̄ excludere mandatum qđ Papa faceret per ignorantiam vel errorem, ac si intendat ꝙ requiritur certa scientia, per quā intendat tollere ius cōe, quod debeat citatio fieri personaliter vel ad domum, vt lit. non contesta. qm̄. § porro de eo, qui mit. in pos. c. fi. cū suis cōcor. inf. tit. 1. c. 1. & requirēdi sunt amici. ff. ex quib. cau. maiores. itē ait § vlt. & le. seq. sup quo vide qđ no de do. & cōt. cām.

sunt ol casus, cōtinent in pcel. su bulla, singulis anni Romę dic cęna Dñi legi solēnite solet.

† al. termini.

Error op ponit cō sensui, & falsum vero ap probat.

40 m ¶ Mandante.] constitutio, rem non nouam, dicit iubente, per quod videtur hæc paria, & facit ad not. 14. q. 1. c. fi. 18. q. 2. dudum.

[Gl. seq. ponit duas vel quattuor æquiparationes.]

n ¶ Litterarum.] de simplici iustitia, de cri. fal. c. pen. & ibi manere solet contradictarum auditor. Alij auditores in palatio, de quo sequitur, & propter hoc decr. ne Romani. §. sane. sup. eo. lib. de elec. dicit causarum & litterarum audientia.

o ¶ Palatio.] constitutio illa dicit, aula: cui verbo cō- 50 cordat inf. de bap præsenti.

p ¶ Maioris.] non dicit cathedralis sicut sup. eadē cōpil. de ele. cām. §. 1. & inf. tit. 1. quamuis rō, quia curia posset esse in castro, villa, vel oppido 6 vbi non esset ecclesia cathedralis, & cōcor. ꝯ de sen. exc. ex frequentib. vbi ęquiparat cathedralē & matricē ecclesiā loci.

q ¶ Locorum.] conditionibus personarum & negotij. de appel. cum sit Romana.

6 Not. et gl. vbi eē Papa, ibi est Roma na curia.

r ¶ Personaliter.] ergo sicut personalis citatio consti- 60 tuit quem verum cōtumacem, non tn̄ manifestum. de sen. excom. venerabilibus § secus. li. 6. sic & ista. Circa talium appellationē vide quod dicam inf. de dolo & contu. si ante. Et hoc intendit, ꝙ ille processus, q fieri possit ꝯ personaliter citatum, fieri poterit ꝯ istum, & econuerso s. in eo qui fieri non posset contra illum nec contra istum, super quo vide quod scripsi de eo qui mit. in pos c. fi. & in quæstione. quam disputaui de receptione testium facta contra citatum ad domum, in mercu. sub tit. de testib. Item id qđ ad excusationē cōtumaciæ posset docere personaliter citatus, poterit & iste 7, & quod ille non posset, nec iste: facit de appel. lat. sæpe. versi. quicquid autem.

facit c. iūsta gl. in verbo sede. de priui. lib. 6. Font.

7 No. Imola. ꝙ præsumptio de notitia citationis, nō est iuris & de iure. Fon.

s ¶ Rationabiliter.] concor. sup. de rescrip. statutū, de conces. præben. c. 2. lib. 6.

a ¶ Tem-

a ¶ Temperantes.] 45.dist.disciplina.& c.sunt namq; [Glo.seq.alleg.duas concord.& dupliciter iustificat hanc restrictionem.
b ¶ Restringimus.] simile de electio.statutum.de hæ re.statutum 2.lib.6.& ſ.c.proxi. Et constitutio Bonifacij dicebat, ꝙ in his ꝑsertim casibus locum habebat illa citationis forma,& accipiendo illud præsertim, ꝓ tantum, habebamus mentem huius constitutionis, quæ fuit æquissima: nam graue est dicere, ꝙ dicatur vere cōtumax ex tali citatione,quæ facile poterit nō venire in eius notitiā, sicut dicitur de voce prçconis: quæ quandoq; paucis innotescit: in Auth. de lit. §. omnē colla.C. quomodo & quando iud. Authen. qui semel.
c ¶ Vel per alios.] simile s̄ ead.compi.de renun. ca.vnico.& de offi. deleg. statuimus. lib.6.
d ¶ Peruenire.] vt lit. non cōtest. quoniam. §. porro. & ibi de hoc
e ¶ Vel quorum.] alternatiua demōstrat, ꝙ sufficit alterum istorum.

temperantes a, idem statutum & præfatum modū citandi restringimus b ad illos tātum, & in illis locum volumus sibi vendicare,qui faciunt,impediunt, vel procurant per se vel per alios c quoquo modo, ne ad eos possit citatio peruenire d, vel quorum e domicilia siue loca non possunt f tute g libereve adiri. ¶ Porro, et quod circa citationes absentium tā diebus solemnibus quā alijs,Ecclesia † Romana diuersis ex causis interdū, facere consueuit h,per præsentē cōstōnē seu moderationem in nullo volumus derogari.

† In quodam manuscripto ita ecclesia Romana diuersis ex causis processus interdum.&c.

¶ Idem.

¶ *In causis etiam pendētibus beneficialibus,decimarū, matrimonialib. & vsurarū,& ipsas tangentibus, procedi potest simpliciter & de plano, absq; iudiciorum strepitu & figura.Ioan.And.*

f ¶ Nō possunt.]hoc æstimabit Papa spāliter,& ex certa scientia citationis modum committens,vt supra.
g ¶ Tute.] dicit constitutio Bonifacij, cum(vt scriptū est)æstimare debeamus,an eo ire liceat vbi est citatio facienda.
h ¶ Consueuit.] de quo videre potes in Spec.de citatio.c.vlt.per totum.Ioan.And.

Dispendiosam.] ¶ Primo ponit constitutionis causam.Secundo ibi,[Statuimus.] constitutionem. Tertio,ipsius extensionem:ibi,[Volentes.].

CASVS. Inter aliquos est controuersia & contentio de aliquo beneficio: quia aliquis clericus intēdit ius in illo beneficio,vel forte est quæstio de aliqua dignitate,vel super aliqua electione,postulatione,vel prouisione vel de aliquo matrimonio, vel super repetitione vsurarū,vel sup illis causis in textu numeratis, q̃ritur vtrū iudex cognoscens de istis causis, debeat procedere secūdū ordinē iudiciariū ad longum: puta ꝙ detur libellus in scriptis,ꝙ lis cōtestetur ꝙ fiant ꝓductiones testium,dilationes, & concludatur,ꝙ renūtietur,vel vtrū possit procedere summarie ordine iudiciario non seruato?Respondet Romanus Pontifex, ꝙ in his causis in textu positis iudex potest ꝓcedere summarie & de plano si velit, vel etiā si pōt obseruare ordinem iudiciarium. hoc dicit. Et dicit ꝙ de his verbis,[Summarie & de plano,habemus in Cle. sæpe. de verb. sign.quç facta fuit ad exponendū ista verba, summarie,de plano.& dic [Dispendiosam,] id est,dānosam. Ordina sic: Nos Clemēs cupientes restringere in casibus scriptis,scilicet in textu, dispendiosam prorogationē,id est, damnosam prolongationem litium, q̃ interdum,idest,aliquotiens experientia causarum, i.sic prolōgaturū docet ꝓuenire ex obseruatione subtili iudiciarij ordinis,&c. ¶ Et sic colligo,notabile,ꝙ qnq; subtilitas reprobatur, vt in gl. ¶ Item not.dispēdium esse si prorogantur lites. C.de iud.l.properandū de do.& contu.c.finem. Not.finaliter differentiā inter illa verba,simpliciter & c.plano, sine strepitu iudicij & figura.de hoc in glo.in verbo, figura. Zabarel.

Ordina
rio littera.

CAP. II.

Dispendiosam i † prorogationem litium (quā interdū k ex subtili l ordinis iudiciarij obseruatione cārū docet experientia m prouenire) restringere n in subscriptis o casibus cupiētes p: Statuimus,vt in causis sup electionibus q, postulationibus,vel prouisionibus r,aut s sup dignitati-

† Nota dispendiū esse si lites prorogent.c.cū finem. de dolo & cōtu.l.ꝓperādum C.de iud. Zabarel.

[Prima glo.summat,diuidit, & exponit principiū.]
i ¶ Dispendiosam.] Casus.In causis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & vsurarum, & ipsas tāgentibus,procedi pōt simpliciter & d̄ plano absq; iudiciorum strepitu & figura. Et primo ponit cōstitutionis causam, scd̄o ibi, [Statuimus,] cōstitutionē: tertio ipsius extensionem, ibi: [Volentes.]Et hoc est ius omnino nouum corrigens quædam iura, vt ſ. patebit. & dic [Dispendiosam,] id est,damnosam.de cōstitu.cap.2.ſ. titu.pro xi.cap 1. §.eisdem.& concor. huic prin. de rescrip .c. dispendia. lib.6.
K ¶ Interdum 1.] innuit quòd nō semper, alias esset dare quòd omnia iura per quæ datur ordo iudiciorum, essent dispendiosa: quod esset absurdum.

t Vide gl. 2.q.1.in summa. Font.

l ¶ Subtili.] subtilitas quandoque reprobatur, quandoq; commendatur 2 à iure.de hoc s̄.eo.ti.dilecti.in glo.1.& & ibi scripsi.
m ¶ Experientia.] concord.de elect.quàm sit.in prin. lib.6.
[Glo. seq.obijcit & soluit, & quæstioni de eius iuris causa speciali respondet.]
n ¶ Restringere.] non videtur hoc verbum cōuenire pro eo quod non restringit, sed subtilitatem taxat iudiciarij ordinis in his casibus.Sed dic quòd restringit dispendiosam prorogationē, de qua ꝑmisit,& hæc est constitutionis causa generalis,sed causa causæ,id est quare plus in his quàm in alijs,potest dici de arbitrarijs,de quibus non cogimur reddere rationem,vt dixi de rescrip.si quando.ita etenim potuisset auctor adiūgere causas primitiarum,oblationum,mortuorum,testamentorum, legatorum,maxime ad pias causas, & ijs similes,in quibus vrget eadem ratio.Mouit autem forsan auctorem, ꝙ protelatio causarum beneficialiū & matrimonialium est periculosa,vt lit . nō contesta. quoniam & idem periculum pōderauit in debentibus vsuras vel decimas.& hæc faciunt ad infra dicenda.
o ¶ Subscriptis.] in alijs ergo secus,in quibus nō esset id expresse statutum vel à principe specialiter commissum, & vide quod not. de verborum signifi.sæpe. in principio.
p ¶ Cupientes.] hic incipe constructum.
q ¶ Electionibus.] olim nō tenebat processus in causis electionum partibus præsentibus lite non contest. s̄.de elect.dudum 2 ,quæ in hoc corrigitur.& cōcord. illi iuri de dolo & contu.cum qui.lib.6. [& de eo qui mit.in pos c.cum qui.]
r ¶ Prouisionibus.] factis vel faciendis. s̄. de elect.vt circa &c.qui contra certam.lib.6.
s ¶ Aut.] repete in causis.

Ratio de arbitrarijs nōredditur.

a ¶ Cano-

a ¶ Canonicatibus.] concor.de elect.c.1.lib.6.

[Glo.seq.quærit,arguit negatiue, contrariũ soluit secundo soluit tria dubia:primum,de causa monachationis per tres rationes:secundum,de causa proprietatis ecclesiæ per rationem,& quattuor similia:tertium de causa priuationis, in quo distinguit.]

bus,personatibus,officijs canonicatibus a, vel pbẽdis,seu quibusuis beneficijs b ecclesiasticis c, aut super decimis d (ad quarũ etiã præstationem e possunt, qui tenentur f ad eas,præmoniti g censura ecclesiastica coerceri h) nec non super matrimonijs i vel vsuris k, & eas quoquo modo tan-

b ¶ Beneficij.] nunquid in causis super hospitalibus,eleemosynarijs, vel leprosarijs habebit hoc locum? Videtur ꝙ non. j̃. de præb. ꝑ litteras. Tu dic contra ꝑ verbum officij,quod præmisit. ad hoc j̃.de relig.do.quia contingit.vbi rectores vocantur,& tutoribus & curatoribus similantur 1. Eadem ratione cum monachat* sit officium, puto idem in causa monachationis: & si dicatur monachus eligi, postulari, vel prouideri,hoc est planum ꝑ litteram superiorẽ. & facit qđ dixi post Inno.& Host.de elect.officij.Aliqua tamen iura dicũt monachũ fieri,creari,recipi, ordinari.de regul. c.1.& vlt.lib.6.de elect.indẽnitatibus. §.si vero.16.q.vlt.c.vlt.tñ negari non potest, quin canonicatus regulares in verbis superioribus includantur, quo iure monachatus excluderentur,non video.Item prorogatio dispendiosa non minus in regularibus, quàm in sæcularibus est,causa ergo non deficit 3.Tamen ꝑ litteram istam,beneficij, dico ꝙ si de ecclesia agatur vt de proprietate,non est locus constitutioni cum illa q̃stio beneficialis non sit,nec hic dicatur de causis ecclesiarũ. similis differentia quo ad missionem, vt lit.nõ cõtest. c.2.de do.& contu.c.2.de eo qui mit.in pos.c.1.& eo.tit.cũ qui.lib.6.& quo ad permutationẽ. de rer. ꝑmu. ad quæstiones.& c.cum olim.& c.cum vniuersorum.& quo ad p̃scriptionẽ. de iure patr. cura. de reg.iur. c.2.lib.6.& quo ad transactionem, vt not.de transa.sup eo. si vero agatur ad remotionem beneficij, & negatur fœdus coniugij spiritualis vel titulus,puto decre.locũ habere:secus si non negatur titulus,sed ꝑ ꝑ crimẽ. petitur remoueri.facit quod dixi post Inno. & Hosti. vt lit.non contest.quoniam.§.porro,super 2.glo.

1 Idẽ Lãfran. hic.

2 Not.hic Imo.ꝙ ad monachatũ q̃s põt eligi. si. gl. c.indẽnitatibus §.si vero. de* elect. li.6. Fon.

3 Hic notat Imol. exorbitãtia extẽdi ex idẽtitate rõnis. si. gl. in cle. auditor. de rescrip. Font.

c ¶ Ecclesiasticis.] in secularibus ergo nil est mutatũ quamuis in ecclesiastico foro tractentur.

[Glossa sequens primo soluit dubiũ de decima singulari:secundo quærit de Papali, & soluit per tres rationes:tertio quærit de iure percipiendi,& soluit tollens duo obstantia.]

d ¶ Decimis.] intelligo communibus. & qđ iure diuino debentur,quod probat sequẽs littera. ergo si debeantur ex pacto,pollicitatione,vel voto,no erit locus huic constitutioni. & facit quod not.s̃.de deci.tua 2 in fi.1.glo.Quid de decima Papali, de qua j̃.de deci.si beneficiorum si inter illũ cui Papa cõcessit & clericum sit quæstio,erit ne locus huic constitutioni? puto ꝙ nõ fuerit hoc de mẽte,nec sꝑ est illa decima, sed qñq; vicesima,vel alia quota.de vot.c.fi. Et ista cõstitutio iura corrigens & exorbitans non est ampliãda vel habilitanda.de reg.iur.quæ à iure.lib.6.Sed qd si non est q̃õ cum debitore decimæ, sed inter duas ecclesias super iure percipiendi? tunc puto locũ esse constitutioni per hanc litteram, & litteram quæ sequitur,& eas quoquo modo,&c.Nec obstat littera q̃ sequitur,q̃ nõ est determinatio huius casus, vel restrictio, sed interpositio:quod probatur ex eo quod dicit,'ad quarũ etiam,&c.Non obstat quod dixi super versicu. beneficijs: quin causa super proprietate decimarum sit decimalis.

Decimę Papalis q̃stio an debeat tractari de plano.

e ¶ Præstationem.] integram,& sine deductione seminis,vel sumptuum quo ad prædiales.de deci.cum sint homines.& c.non est.& c.tua 2.quo ad personales dic vt eo.tit pastoralis.

4 Vide B. Tho. 2.2. q 87. art. 1. & seq.

f ¶ Tenentur.] Quilibet 4 autem laicus tenetur q̃ se- nõ ostendit immunem.s̃.de deci.à nobis. De clericis dic vt eo.tit.nouũ.De religiosis dic vt s̃. e.ti. ex parte. & contra quoscunque ex his agatur,locum habet cõstitutio:& contra religiosos asserentes saltem decimã integram in præcepto non esse, emanauit constitutio j̃. de pœnis. cupientes.

[Glossa seq. alleg. tres concord.& ponit quorundam obseruantiam.]

g ¶ Præmoniti.] s̃.de decim. peruenit. j̃ de sent. excom. sacro. & c.constitutionẽ.lib.6. Multi seruant, & videtur expediens ecclesijs ꝙ faciãt monitionem generalem fulminantem excommunicationis sententiã in non soluentibus decimas fructuũ prædiorum,quæ habent in parochia, & postea non soluentes,petit ecclesia denũtiari.facit de iureiur. ad nostram 2.& coaptant eam præcedenti culpæ, moræ,vel offensæ,vt satisfiat decre.Romana. § caueant.de senten excom.lib.6.

h ¶ Coerceri.] appellatione remota,de deci.tua.2.in fi. quod intellige vt ibi scripsi, & contra pertinaces 5 inuocari põt brachiũ sæculare.de homici.postulasti.

5 Lanfr. dicit q alias non vocabit sæculare brachiũ. Font.

[Glo.seq primo distinguit an de fœdere matrimonij agatur,an de adulterio: primum multipliciter exẽplificans & ostendens in quo corrigitur ius vetus.Secundo querit de sponsalibus. Tertio quærit de causa matrimoniali, quæ succedit causa successionis.]

i ¶ Matrimonijs.] si quærat̃ de fœdere, nõ est dubiũ, siue agatur ad impediendũ,siue ad dirimendum,siue ad declarandũ, vt quia vendicatur coniũx negãs contractum.Quod autem de dirimẽdo dixi,intelligo siue petatur dirimi matrimonium, quod à principio non tenuit, vt contractum inter infideles,inter quos erat impedimentum dirimẽs:siue quod à principio tenuit dirimi petatur propter creatoris contumeliam superuenientem in casibus. de diuor.quanto.& cap.gaudemus. Hoc autem casu quando de fœdere quæritur ꝑ vetera iura, procedi non poterat lite non contestata, nisi parte contumace, vt lit.non cõtest.accedens 2.& c.qm̃.hodie secus,vt hic.Quid si agat̃ de crimine adulterij ad separationem thori? Videtur per decre. 1.s̃.vt lit.non contest,ꝙ constõ locũ nõ habeat:nã vt ibi patet,processus qui ꝑ iura vetera fieri poterat, parte cõtumace in causa matrimoniali fieri nõ potest eo casu. Quid si agatur de sponsalibus? certum est ꝙ ista sunt diuersa,vt patet in rubrica, de spõsalibus & matrimonijs:tamen per litteram sequentem videtur constitutio locum habere 6, quasi sponsaliorum causa sit de tangentibus. Quid si sit quæstio successionis & natalium in qua incidit causa matrimonialis in principali?Non habebit locum constitutio, si tamen incidens matrimonialis quæstio defert̃ ad iudicem ecclesiasticum 7, potest locum habere constitutio: nam etiam per iura vetera, secundum Inno.& Host.nõ erat tunc necesse libellum fieri,vt scripsi.qui fil.sint legi.lator.

6 Scio q cõstõ [...] diosa de matrimonijs ho[...] quẽs non cõprehendit spõ[...]lia. gl. in cle. 1. de cõsan. & affini. Fõ.

7 Imola dat hic regul. q qñ incidens diuersæ naturæ in principali, nunq tractatur corã eodẽ nisi cõpetẽs sit in vtraq; cõ[...]ne. Font.

[Glo.seq.exemplificat, & duo dubia soluit:secũdo tractat quid de sæculari foro.]

K ¶ Vsuris.] cum repetuntur,vel petitur vt illas cõpẽset vsurarius,vel ipsius hæres.Nec impediet hunc procedendi modum,si dicat reus,ꝙ casus est quo cõpensare non tenetur:pone exemplum de vsur.salubriter. & c.conquæstus.Satis est enim, ꝙ forma petitionis cõcludit cãm vsurariã 8,& facit qđ scripsi post Inno.& Host.de foro.compe.cum sit.nõ sic forte si creditor petit debitum, & debitor excipit illud vsurarium : nam hic principalis causa non est super vsura. immo super *credito vel alio contractu ex quo agitur, nec constitutio ista* manauit in fauorẽ, sed in odiũ vsurariorũ. Et vide qđ scripsi de fideiuss constitutus. sup verbo, calũniæ.vbi vero debitor nõ simpliciter exciperet,sed

8 Nota hic ad cognoscẽd qualitatẽ causæ inspici conclusionẽ libelli.

gentibus [a] ventilandis, procedi valeat [b] de cætero simpliciter & de plano, ac sine strepitu iudicij & figura [c]. Volentes nõ solũ ad futura negotia, sed ad præsentia [d], & adhuc etiam per appellationem pendentia [e] hoc extendi.

TITVLVS II.

De foro competẽti.

¶ Clemens quintus in cõcilio Viennensi.

petere pronuntiari cõtractum factum in fraudẽ vsurarum, tũc procedit constitutio. Et aduerte: quia si opinio Hug. & Lau. & quę placet Arc. 14. q. 4. q̀d dicam. & Gof. de fo. comp. cũ sit. esset vera, scilicet quòd vsuræ possint peti contra laicũ in sæculari foro. decre. tamen ista non haberet locũ in illo foro: non enim potest nec intendit Papa iudiciariũ ordinem tollere, nisi quo ad suum forũ. facit quod not. de arbi. c. 2. li. 6. & eodẽ lib. de reg. iur. c. 2. dec. tamẽ, ad nostrã 2. de iurei. quæ ad prædictam opinionem inducitur, non facit: q̀a illa non sunt ibi verba Papæ, sed partis iurantis: & sic non ponunt ius nouum. Et ꝯ illam facit quod not. cod. ti. ex litteris. in vlt. gl. & in prædicta decr. cum sit. de offi. ord. ca. 1. & 11. q. 1. in summa. & 6. q. 2. c. 1. & hæc decret. quæ trib. tm̃ ecclesiasticis causis hãc admiscet. Ad id ꝙ dr̃, ꝙ leges etiã in his ecclesiasticis pœnam imponunt, respondet per decre. de hære. vt inquisitionis §. pen. & c. seq. in fi. lib. 6.

a ¶ Tangentibus.] causas electionum & ꝓuisionum tangeret cum quęreretur ad quem pertineret electio uel prouisio: causas vsurarum, cum peteretur relaxari iuramentum de illis soluendis. de iureiu. c. 1.

b ¶ Valeat.] non dicit debeat [1]. per quod patet, quòd potest iudex etiam contradicentibus partibus seruare iudiciarium ordinem in causis prædictis. ff de iudi. nõ quicquid de of. deleg. cõsuluit. non sic in illis, in quibus procedi dẽt, vt patet ꝯ. de verb. signi. sæpe contingit. in fi. per quod cõsulo, ꝙ in casibus, in quibus dubitatur, an constitutio ista locum habeat, de quibus sup. not. & similibus. iudex ad omne dubium tollendum seruet ordinem iudiciarium.

[1] Quia tũc necessitaretur. vide gl. ĩ c. attẽdentes. d̃ sta. mo. Imo. Pont.

c ¶ Et figura.] Quid importent hęc verba, determinat prædicta cõstitutio, sæpe. ꝯ. de ver. sig. quæ summe fuit necessaria propter istam, vt ibi no. in 1. glo.

d ¶ Præsentia.] concor. de of. leg. c. pen. in fi. li. 6. ad idẽ C. de sacrosan eccl. sancimus 1. & 2. & l. vlt. in fin. C. de transac. l. vlt. in princ.

[Gl. seq. notat differẽtiam ex qua cõsilium infert.]

e ¶ Pendẽtia.] Concor. ꝯ. de seq. pos. c. 1. de proba. ca. 1. de re iud. ca. 1. de senten. excomm. c. 1. in fi. Fuit autem hoc dictum de pendentibus per appellationem: quia quo ad illa non sufficeret verbum, præsentia, per id ꝙ no. in prædicta l. sancimus. in fi & ꝑꝑ ea quæ not. sup. de elect. licet canon & quæ no. Cõpo. t. de cõsti. cognoscentes. quæ quasi ad litteram ponit Gul. in spe. de appel. §. de officio ver. sed quid si dũ causa. Dato tamẽ ꝙ hæc verba non fuissent expressa: quia tamẽ cõstitutio ista dat modum procedendi tantum, de sui natura respiciebat pendentia quo ad facienda, ut not. in prædi. decre. licet canon.

DE FORO COMPETENTI.

[Visum est sup. de iudicijs: verum quia cõuenti in iudicio quandoq. excipiunt de incõpetentia fori, & dubitaret aliquis quid esset forũ competẽs, ideo, &c.]

Cõtinuatio do. Hellię.

Q Vamuis.] Præsupponendum est illud ꝙ dr̃ in c. episcopum. 9. q. 2. & in duob. c. seq. & illud ꝙ habetur 7. q. 1. c. placuit. & in duob. c. seq. & illud quod habetur in l. extra territorium. ff de iurisd om. iud. videlicet, ꝙ iudex qui habet territorium limitatum, potest sedere in quacunq. parte sui territorij: debet tñ seruare limites maiorũ suorum: hoc est, dẽt sedere vbi sui maiores ꝯsueuerũt sedere: extra territoriũ est priuatus iurisdõne, nisi inter subditos volẽtes, & iudice illiꝰ territorij cõsentiente: & tunc fit prorogatio de loco ad locum.

¶ Cõcedit cõcilium certo casu episcopis expulsis à suis sedibus, q̄d in locis aliarum diœcesum seruata forma, quam limitat, poßint procedere contra expulsores, cõsiliarios & fautores, & inter subditos ius dicere. Io. And.

Q C. VNIVAM.

CASVS. Aliq̀s dñs sęcularis, puta dux, comes, baro, miles concepit odium ꝯ epm̃ Niuerñ ut vidimus à temporibus retroactis, & illũ expulit a suo episcopatu: ita quod non auderet intrare episcopatum: etiã istud extitit practicarũ in epõ Engolimeñ. modo q̀ritur vtrũ eps̃ possit exercere iurisdõnem in diœcesi, in qua est vt exul & expulsus à sua, contra expulsores, id est, contra illos, qui illum expulerunt? Item contra fautores & consiliarios ipsius comitis, ducis vel baronis expellentes ipsum episcopum? Respõdet Romanus Pont. ꝙ sic: dũmodo petat licentiã ab epõ in cuius diœcesi est, & q̃quis ẽt licentiam nõ obtinuerit ab eo, poterit suã iurisdictionẽ exercere. Sed vtrum possit exercere iurisdõnẽ suam inter suos subditos: quia dicimus ꝙ põt exercere in diœcesi alterius petita licẽtia à diœcesano, quãuis non obtenta, cõtra fautores, expulsores & cõsiliarios; quare dubitat̃, an posset inter subditos: Et distinguit Romanus Pont. Aut episcopus expulsus potest exercere suam iurisdõnem per alium: & tunc non potest exercere in aliena diœcesi inter subditos inuitos, sed dẽt deputare officialem. Si vero non posset exercere ꝑ se, nec ꝑ aliũ: quia iste dominus temporalis hoc non permittit, nec patitur, tunc petita licentia & non obtẽta ab episcopo ĩ cuius diœcesi est. potest inter subditos inuitos suam iurisdictionem exercere, dum tamen eos subditos, qui non sunt de fautoribus, cõsiliariis, non conueniat ad locum distantem à sua propria diœcesi ultra duas dietas. Sed q̀d si isti epĩ expulsi dicunt ꝙ nõ audent conuenire vel citare vt iurisdictionem suam exerceãt cõtra istos fautores, ꝯsiliarios vel expulsores, nec ad domũ nec ad ecclesiam cathedralem: q̀a ipsi sũt ita malitiosi & potentes: ꝙ nullus auderet eis facere quicquam ꝙ ipsis displiceat. Itẽ si ipsi episcopi expulsi dicũt, ꝙ non pñt exercere suam iurisdictionem in sua diœcesi nec per se, nec per alios, an ipsis simpliciter sit credẽdũ, & an nulla requiratur ꝓbatio, vel saltem nũquid tenebuntur iurare sic esse ut dicunt? Rñdet Romanus Pon. quod ipse vult stare suꝑ his assertionib. eorũdem epõrum simpliciter: tñ Rom. Pont. iniungit ipsis epĩs sub pœna quam expectabunt a diuino iudice, hoc est a Deo, ne circa præmissa asserant aliquid dolose & ꝯ conscientiam. hoc dicit. H.

Et ut bene ad longum ponatis casum, accipiatis diuisionem gl. & procedatis per partes, & sic nihil omittetis ¶ Colligo aliqua notabilia: Primo ꝙ episcopus non potest iurisdictionem suam exercere extra suam diœcesim, nisi cognosceret inter volentes, & haberet licẽtiã ab epõ illius diœcesis siue illius territorij, & de hac licẽtia dẽt fieri mẽtio in processib. puta sic dicẽdo, solo tibi accõmodato. Not. secũdo, casũ quo iudex põt exercere iurisdõnem extra territorium inter subditos inuitos, dummodo petierit licẽtiam, licet nõ obtinuerit. No. ꝙ si eps̃ expellat̃ iniuriose a sua diœcesi, tunc in persona ipsius fit iniuria suæ ecclesiæ, & eam potest vindicare, & sic episcopus potest esse iudex in causa suæ ecclesiæ. Nota ordinem obseruandum in

citãdo expulsores, fautores & consiliarios: quia si pos sint commode apprehendi, debent citari personaliter, si vero nõ possint cõmode apprehendi, debent citari ad suum domiciliũ: Si nõ possint citari ad domiciliũ tunc debent citari in valuis suæ ecclesię parochialis vel ecclesiæ cathedralis: aliàs si non possint citari in valuis suæ ecclesiæ parochialis vel cathedralis, debẽt citari in propinquis locis, quod est bene notandum. Not. dictionem, [Quamuis,] id est, quamquam: videlicet, tamen coniunctio aduersatiua, & acuit penultimam. Not. ꝙ dictio, [Canonibus,] canon canonis. m. t, gręce, latine dr̃ regula, cõsuetudo approbata, siue institutio. 3. dist. canõ. Et in vna significatione est id, ꝙ in concilio gñali vel prouinciali statuit̃, & sic accipit̃ de constõne, c. canonũ statuta. In alia significatione vr̃ esse id qđ ab emphyteuta de re emphyteutica soluit̃, & sic vr̃ sumi ab Azone in sũma. C. de iure emphy. ver. ex hoc aũt contractu. Etiam dr̃ illud quod sumit̃ pro pedagio vel vectigali. ff. de publica. & vectiga. vel canon largitionalium titulorum est summa tributi, & p̃statur de regulari p̃statione à prouincialib. fisco. Et dicuntur tituli: quia ex specialibus titulis. i. litteris breuibus cauta legũtur. vt C. de iure fisci. l. penul. Canon frumẽti vrbis Romæ est certus numerus mẽsurarum frumẽti, quod singulis annis metebatur Romæ. l. 1. & de canone frumentario vrbis Romæ. C. li. 11. quod erat etiam de oleo, & ꝯ hoc non licebat alicui beneficium vel indulgentiam aut priuilegiũ impetrare, & impetratum non valuit, vt ibidem dr̃. Inde venit canonia, & est ius quod peruenit electione vel receptione in fratrem. Vel est ius percipiendi fructũ p̃bendæ siue redditus. c. relatũ. de præben. Canonica monitio est qñ interuenit citatio cũ tribus monitionibus, vel vna perẽptoria tres continens, de qua in c. constõnẽ. de sen. excom. lib. 6. Not. interdictum. i. prohibitum, de interdico interdixi interdictum, quasi interim dicere vel interim dictum: scilicet ꝙ interim annuntiatur à iudice, non ꝙ perpetuo maneat, quasi quãdiu dictum & statutum est à iudice. ¶ Et not. hic ꝙ in generali interdicto debent ista conferri ab ecclesia, scilicet baptismus paruulorũ, penitentiæ morientium. Potest etiam eps̃ paruulos baptizatos confirmare. Itẽ semel in mense vel septimana populum interdictũ & excõicatũ ad ecclesiã aliquam conuocare, & ei prædicare. Itẽ põt Eucharistia in morte vere pænitentibus dari. Vnde in decretali noua, scilicet. c. permittimus. de sentent. excom. supra in antiq. dr̃. Permittimꝰ ecclesiarũ ministris semel in hebdomada tp̃e interdicti nõ pulsatis campanis, voce submissa. i. bassa & suppressa, ianuis clausis & firmatis, excõicatis & interdictis exclusis, Missarũ solẽnia celebrare cã conficiendi corpus Dñi, quod decedentibus in pænitentia non denegatur. Item permittitur in c. quod in te. de pæni. & remi. ꝙ clerici decedentes, qui plene seruauerunt interdictum, in cœmeterio ecclesiæ sine campanarũ pulsatione cessantibus solemnitatibus omnibus cum silentio tumulentur. Item conceditur ꝙ in conuẽtualibus ecclesijs bini & bini, vel simul tres horas canonicas valeant & possint legere potius quàm cantare, ianuis clausis, interdictis & excõicatis exclusis & expulsis, voce ita demissa & suppressa siue bassa, ꝙ exterius non possint audiri. i. ꝙ existentes extra ecclesiam illos dicentes horas non possint audire. Et sic patet ꝙ interdicti & multo fortius excõicati non possunt auscultare horas canonicas. Itẽ peregrinis accipientib. signũ Crucis ob reuerentiã Crucifixi, non est pęnitentia deneganda, qđ ẽt alijs peregrinis põt misericorditer indulgeri. ¶ Itẽ not ꝙ extrema vnctio, hoc est vltimũ sacrum, non dẽt dari alicui laico vel clerico, vel ẽt religioso in loco generali interdicto supposito, nisi super hoc hẽat priuilegiũ speciale. ¶ Et not. ꝙ olim interdictũ aliud erat: nam erat quædã formata & solemnis conceptio verborum, quibus prętor aliquid fieri iubebat vel prohibebat, qđ tũc maxime faciebat cũ de possessione vel quasi possessione inter aliquos contẽdebatur, vt insti. de interdi. circa princi. & ff. eo. Et plura sunt interdicta. Vnũ est interdictũ, de aqua quotidiana & æstiua: & dat̃ habenti ius aquæ quotidianæ vel ẽt æstiuæ ducendę ad p̃dia sua cum aliquis ducere prohibet̃, vt ff. de interdi l. 1. in prin. Item est interdictum, de aqua de castello ducenda, & dattur habenti ius ducendi aquã de canali vel castello ad irrigãdũ. Itẽ est interdictũ de arborib. cædendis: & datur ꝯ hos qui habent arbores, quarũ folia pendent super ædificia vicinorum, vel agrum, ita ꝙ eis damnum inferant & consulitur eis ꝙ huiusmodi arbores succidant, & ligna tollant, & eas arbores deglobent à terra vsque ad quindecim pedes. Idem est si per radices minatur periculũ, vt l. 1. C. de interdicto. & hoc interdictũ est prohibitoriũ. ¶ Item est interdictũ de cloacis priuatis reficiendis & reparandis: Si volens quis suam cloacã, idest, latrinam priuatam vel etiam publicam, vel fistulas, vel meatus seu conductus reficere & reparare vel purgare, vel ẽt de nouo facere, ab alio prohibetur: tũc prouisum est ei de interdicto de cloacis, quod est interdictũ publice deputatũ. Et priuatũ de priuatis cloacis. & est prohibitorium. Etiam est aliud restitutoriũ. scilicet quod datur ꝯ iniicientem & proijcientem in cloacã meã vel publicã, vel immissum in cloacã impedit, vel quę iubetur auferri, i. deiectum est, vt ff. de cloac. l. 1. & §. deinde. & §. cloacæ. l. fina. de interdictis. ¶. Item est interdictum de aqua pluuiali arcenda, vel de aqua pluuiali. Si facis opus aliquod in fundo tuo propter quod aqua pluuialis potest nocere fundo vicini tui, datur contra te actio pluuiæ arcendæ, per quã tuis expensis opus teneris destruere, & damnum contingens emẽdare. Si vero possideas opus ab alio factũ, teneris patientiã præstare, vt id opus quod nocet destruat̃. argumento. l. prima. & scđa. §. 3. & fi. & l. tertiꝰ colonus. §. Celsus scribit. versi. si quidem alius ff. de interdictis. & Specul. ibidem. ¶ Item est interdictũ de fonte, quod datur ei, qui ducit aquam de fonte hoc anno, nec vi nec clam, nec precario de alterius fonte vel lacu, puteo, piscina, fossa, stagno, vt ff. de interdi. l. 1. in prin. ¶ Itẽ est interdictum fraudatorium quo tutoris creditor tenetur pupillo, vt si cum consilio fraudis participasse constabit vt fraudaretur, vt ff. de so. lu. l. pupilli circa princ. Hoc interdicto tenet̃ qui fraudẽ participando emit à creditore, qui non sit soluendo: melius forte diceretur à debitore. ¶ Item est interdictũ de glande legenda, idest colligenda vt alios fructus. Et datur ei cuius glans vel fructus in fundũ alienum ceciderit, vt singulo tertio die liceat legere. i. colligere & exportare. Et glandis nomine oẽs fructus cõtinentur, vt. l. vnica. ff. de interdic. ¶ Item est interdictũ, de itinere actuq; priuato restituẽdo, prohibitoriũ ad tuendas. i. defendendas tantummodo rusticas seruitutes. & datum contra prohibentes aliquem vti seruitute sua, vt ff. eo. l. 1. §. 1. Et datur confessoria contra negantem seruitutem, vt. l. si forte. §. sciendũ. ff. si seruitus vendicetur. & etiam datur aduersus eum, qui aliũ iniuste prohibet sua uti seruitute, nam tũc ẽt dr̃ confessoria, vt dicto §. sciendum. l. pallegata. ¶ Itẽ est interdictũ, de libero homine exhibendo. i. ostendẽdo & competit vnicuique de populo ad petendum in publicũ hoiem librũ ꝯ & aduersus eũ, q liberũ hominẽ inuitum captũ dolo malo detinet in seruitute. Item est interdictum, de liberis exhibẽdis, seu deducendis & datur patribus vel parentibus cõtra eos, qui liberos suos vel nepotes in potestate eorum existentes sine eorum voluntate detinent, vnde l. 1. ff. eod. titu. de interdict. ait prætor, Qui quæ ve in potestate Lucij Tit. j est, si is eave apud te est, dolove tuo factum est, quo minus apud me patrem esset, ita eũ eamve exhibeas. ¶ Item est interdictum de migrando, quod datur inquilino, i. cõductori, q domos coduxit, vt ipse libere cũ rebus suis possit de habitatione migrare, si tñ locatori satisfaciat, & đpẽsione totiꝰ tp̃ris, vt ff. e. l. 1. § si pẽsio.

Domini

Domini mei plura alia interdicta habetis, quæ vobis scribā inf. in c. eos qui. de sepul. sub verbo interdicti. Nam habetis interdictum, de mortuo inferēdo. Item interdictū, momētaneæ possessionis. Item interdictū, ne quid in loco sacro fiat. Itē interdictum, ne q̄d fiat in loco publico uel itinere. Item interdictum, ne quid fiat in mari, uel flumine publico. Item interdictum, ne quid fiat in flumine publico, vt aliter fluat quā priori æstate fluxit. Item interdictum, de noui operis nuntiatione. Item interdictum, de loco publico fruēdo. Item interdictum, de precario. Item interdictum, quod vi aut clam. Item interdictum, quorum bonorū. Item interdictū, quorum legatorum. Item interdictum, de riuis. Itē interdictū, Saluianum. Item interdictum, de sepulchro ædificando. Item interdictum, de tabulis exhibēdis. Item interdictum, de ripa muniēda. Item interdictum, ut in flumine publico nauigare liceat. Item interdictum, vnde vi. Item interdictum, de vi & vi armata. Item interdictum, uti possidetis. Item interdictum, vtrobi. Item interdictum, de uxore deducenda marito. Et sic habetis 35. vel 36. interdicta, quare ite ad c. eos qui de sepulturis.

h ¶ Expulsi.] 7. q. 1. pastoralis. & c. sciscitaris. 3. q. 6. hoc quippe. 17. q. 4. si quis deinceps.

i ¶ Persequentium.] Quando ꝓsecutionem fugere[2] liceat necne, plene in textu, & in gl. 7. q. 1. §. hoc tunc. de renun. nisi. §. propter malitiam.

uis [a] sacris canonibus [b] sit generaliter [c] interdictū, ne quis episcopus iurisdictionē [d] in diœcesi exerceat aliena: Nos tamen episcopis [e], qui a suis sedibus proteruia [f] impiorum [g] expulsi [h] non audent propter metum ꝓsequentium [i] in suis ciuitatibus uel diœcesibus, aut earum [k] parte aliqua residere: nec iurisdictionem ad se spectantem per se, uel per alium [l] inibi [m] exercere [n]: ne iniuria in eorum expulsione, ipsorum irrogata ecclesijs [o] hoc prætextu remaneat impunita, duximus indulgendum [p], vt in diœcesibus alienis, in ciuitatibus uidelicet, vel locis insignibus [q] suis ecclesijs uicinioribus [r], in quibus poterunt secure morari, & iurisdictionem [s] suam libere exercere, possint [t], contra suos expulsores [u], & eorum in hac parte consiliarios [x] & fautores [y] (dummodo

[Glo. seq. soluit vnū quare quærit de loco exempto. arg. pro & contra, & soluit.]

K ¶ Aut earū parte.] quia nomine partis continetur dimidia. de deci. c. 2. §. 1. lib. 6. cū concor. ne aliquis crederet hic sic sumi: ideo subdit, aliqua[3]. Si ergo in aliqua etiā minima particula diœcesis proprie secure morari & procedere pōt, non est locus constitutioni per hanc literam: statur tn̄ ipsius assertioni super hoc, ut sequitur ĩ. Quid si in aliquo loco diœcesis suę tn̄ exempto securus manere & procedere posset, & ibi d̄ facto recipitur: quæritur an possit ibi sedere ꝓ tribunali? Vr̄ ꝙ non. 18. q. 2. luminoso. de offi. ord. cum ep̄s. li. 6. pro & cōtra inf. de priuil. c. 2. Dico ꝑ hāc litterā & ꝑ p̄di. c luminoso. ad fin. ibi: nisi ab abbate, & c. ꝙ ex quo ibi recipit̃, ibi sedere poterit: nā si hæc cōstitutio dat sibi licētiā sedēdi in loco nō subdito diœcesi alterius, fortius in nō subdito suæ diœcesis. q. ēt quo ad aliqua subditus est, vt in p̄di. decr. 2. ĩ. de priuil. & tūc per hanc litteram sedere non poterit in alia diœcesi.

[2] De hoc articulo vide cino B. Tho. 2. 2. q. 126. art. 5.

[3] Dictio, pars, iuncta verbo aliqua, verificat̃ in qualibet minima parte. vide Bar. in l. si ser uus. §. p̄tor ait. ff. de acqui. hær. Ias. ĩ l. 1. C. de pac. & Alex. cons. 68. lib. 4.

[Prima gl. summat, diuidit, & causam impulsiuam ponit.]

a ¶ Quamuis.] Casus. Concedit concilium certo casu ep̄is expulsis a suis sedib. ꝙ in locis aliarū diœcesū, seruata forma, quā limitat, possint procedere ĩ expulsores, cōsiliarios, & fautores inter subditos ius dicere. Et primo statuit de ꝓcessu faciēdo ĩ expulsores, cōsiliarios, & fautores: Secundo de iurisdōne aliās inter subditos exercenda. Tertio de licentia diœcesanorū petenda: Quarto de fide adhibenda verbo ipsorū ep̄orum: Quinto de suffragio vicinorum ep̄orum: Sexto protestat̃ de iure p̄sidētium locis, vbi tales ep̄i iurisdictionem exercent. Secunda: ibi, [eisdem.] Tertia: ibi, [Volumus.] Quarta: ibi, [Sane.] Quinta: ibi, [eorūdē.] Sexta: ibi, [Per præmissa.] Et quia in Viennensi concilio plures erant ep̄i a suis sedibus expulsi, & maximè Italici, vt Mediolanen. & Vincen. & aliqui alij, illis instantibus fuit hæc constitutio promulgata.

b ¶ Canonibus.] 9. q. 2. episcopū. & duob. ca. seq. 7. q. 1. placuit 2. & c. seq. & nota pro generali allegatione, de quo dixi de cohab. cle. & mulie. vestra.

c ¶ Generaliter.] vt clarius pateat exceptio, præmittr regulam gn̄alem. ff. vt lit. nō cōtest. quoniam, in prin.

d ¶ Iurisdictionem.] contentiosam[1]. De illa q̄ consistit in excommunicando, & absoluendo, & in collatione beneficiorum, & delegatione causarum, dic ut not. de of. deleg. nouit. Celebrare potest etiam ibi cum altari uiatico. de priuil. c. fi. li. 6. sed an cum pontificalib. dicam ĩ. de priuil. c. 2.

e ¶ Episcopis.] secus de inferioribus. in electis tamē confirmatis idem puto de elect. transmissam. de transact. c. 1. & 2.

f ¶ Proteruia.] idest credulitate, uel terribilitate. in Græcismo versus,

Improbus est aliquis verbis factisque proteruus.

g ¶ Impiorum.] etiam fidelium, & de istorū pœna, ĩ. de pœn. si quis suadente.

[1] Quātū ad exercitiū iurisdōnis cōtentiosæ redigitur ep̄s ad instar priuati postq̄ suā diœcesim egressus est ut l. 2. ff. de of. procō. & leg. Rō est, q̄a iurisdictio cohæret loco siue territorio, ut l. fin. & ibi Bar. C. vbi & apud quos.

l ¶ Per alium.] si ergo per alium potest in ꝓpria, non procedat in aliena.

m ¶ Inibi.] idest, in aliqua parte diœcesis propriæ.

n ¶ Exercere.] contra illos. inf. §. sane.

o ¶ Ecclesijs.] quasi innuat ep̄m iniuriā ecclesiæ vindicare posse, sed nō ꝓpriam. de hoc 2. q. 7. si quis erga. & c. si quis ab ep̄o. & ĩ. de maledic. ca. 1. de pœn. Rom. lib. 6 & per Inno. de verb. sig. c. ex parte.

p ¶ Indulgēdum.] olim. n. hoc nō licebat, vnde dixit Vincen. de procu. petitio. in fi. 1. gl. ꝙ episcopus expulsus nō possidēs iurisdōnem exercere nō poterat, alle. 11. q. 1. si quispiam. de conse. dist. 1. hoc ergo. facit q̄d post eum scripsi, qui filij sint legi. per venerabilem. §. rationibus. super verbo, loco.

q ¶ Insignibus.] quod expone vt de rescrip. statutum. post prin. lib. 6.

r ¶ Vicinioribus.] concor. ĩ. de electio. vbi periculū. §. porro. li. 6. in viciniori ergo id facit siue sit ciuitas, siue locus insignis.

s ¶ Et iurisdōnem.] ista duo requiruntur cōiunctim, habitatio secura, & liberum iurisdōnis exercitium. ꝑ hanc copulam requiritur & tertium, ꝙ locus sit securus citatis, ut sequitur.

t ¶ Possint.] tolle litteram. ĩ. procedere.

u ¶ Expulsores.] tales censentur etiam qui uenientē non admittunt. ff. de acq. pos. clam possidere. §. qui ad nundinas.

[Glo. seq. distinguit & remittit.]

x ¶ Cōsiliarios.] est cōsilium & fauor, qui adijcit ad delictum, & qui nō adijcit. de pœ. felicis. §. illud. li. 6. & vterque tenetur, sed primus plus, ut ibi. Qūo autem de fraudulento consilio dato circa delicta quis obligatur ei contra quem, non cui dedit, no. de reg. iu. nullus ex consilio. li. 6.

y ¶ Fautores.] vide quod dicam inf. de pœ. si quis suadente. in princip.

a ¶ Loca huiusmodi.] viciniora, in quibus habitare, & ius dicere possunt.

[Glo.seq.soluit vnum quare.]

b ¶ Fautoribus.] non dicit, vel ipsorum procuratoribus: quia in his arduis non cogitur quis procuratorē dare de hoc de procur. querelam. 5.q.8. si ægrotans.

c ¶ Secura.] vide quod dicam inf. de re iu. pastoralis. versi. Pisana. & super hac securitate non statur verbo episcoporum, vt inf. dicam, & debent esse secura, etiam quo ad iter, vt lite non contestata, accedens 2.

d ¶ Et ipsi.] Expulsores, consiliarij vel fautores, & tolle litterā, citati fuerint, quæ est infra.

e ¶ Domum.] habitationis. facit Clem. sup de elec. causā. §.1.

f ¶ Alioquin.] id est, si personalis citatio, vel ad domum tute fieri potest.

g ¶ Cathedrali.] con cor. predi. decre. causam, & est hoc specialissimum, & facit quod dixi s. ti. proxi. dudū.

h ¶ Dicto modo.] personaliter ad domū habitationis, vel in ecclesia cathedrali domicilij.

i ¶ Vt.] tolle litterā, citent, vel citari faciant, &c.

ciuitates vel loca [a] huiusmodi eisdem expulsoribus, consiliarijs, & fautoribus [b] sint secura [c], & ipsi [d] personaliter vel ad domum [e], si hoc tute fieri valeat; alioquin [f] publice in ecclesia cathedrali [g] loci vel domicilij eorundem citati fuerint) libere procedere, prout iustitia suadebit. ¶ Si vero dicti episcopi ausi non fuerint huiusmodi suos expulsores, vel eorum consiliarios, aut fautores dicto modo [h] citare, vel ipsi maliciose impedimentū præstiterint, ne potuerint sic citari, licitum sit eisdem epis vt [i] expulsores, consiliarios, & fautores eosdem diebus [k] aliquibus Dominicis vel festiuis [l], cum populus conuenerit ad diuina [m], vt sic facta citatio ad eos peruenire verisimilius [n] † præsumatur [o], citent, vel citari faciant publice in ecclesijs [p] ciuitatum vel locorum insignium prædictorum: & procedant deinde contra ipsos, si citati taliter statuto ipsis peremptorio termino competenti [q] coram eisdem [r] episcopis noluerint comparere, ac si citati legitime aliàs extitissent. ¶ Eisdem etiam episcopis indulgemus [s], vt inter suos subditos [t] (ne ob defectum iustitię dispendium aliquod patiantur [u]) possint in diœcesibus alienis, in quibus moram traxerint [x] (dummodo per se, vel per aliū hoc in suis ꝓprijs diœcesibus [y] facere nō audeat, vel non possint) iurisdictionē suā omnimodam [z]

10 20 30 40

k ¶ Diebus.] Nō videtur ergo sufficere, quod vna die fiat citatio, duo autem sufficiant, quia pluralis locutio, & c. de præben. is cui lib. 6. secundo respon. de reg. iur. pluralis. lib. 6. tutius tamen est quod fiat tribus diebus. de cle. non resi. ex tuæ. 24. q. 3. de illicita.

Citatio an possit fieri die feriato.

[Glossa sequens soluit contrarium, ponit opin. de qua remittit.]

l ¶ Festiuis.] specialis casus, quo fit citatio die feriato. cōtra id quod s. de fer. c. 1. & vlt. in prin. C. de fer. l. fi. & ratio huius statim sequitur. Aliqui nō curāt, an fiat citationis præceptum vel citatio die feriato: sed an fiat ad diē feriatam, & tunc etiam distinguunt, an citetur vt compareat, an vt respondeat, de quo satis scripsi in prædi. decr. vlt. de fer. in prin. & Guli. in Spec. de cita. §. 1. ver. Item excipitur quod citatio fit ad diem. & ver. seq.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

m ¶ Ad diuina.] quid si conuenissent ad audiendum verbum Dei? satis puto satisfactum constitutioni ꝓ id quod sequitur, & quia prædicatio verbi Dei in diuinis includitur: facit de offi. ord. inter cætera. & sic in loco interdicto hęc citatio fieri non poterit de sent. excom. 1. respon. & facit quod scripsi post Host. de clan. despon. c. fi. super verbo, ecclesijs.

1 Ad hoc vide Alexan in rub. de acqui. hær. & Aretinum in c. qualiter, & qñ el 2. extra de accusa.

n ¶ Verisimilius.] quàm si fieret alijs diebus, vel loco.

o ¶ Præsumatur.] non est præsumptio iuris & de iure 1, quæ dicitur fictio. reciperet enim probationem cōtrariam, qui ma. accu. pos. c. fi.

p ¶ Ecclesijs.] non repetit, cathedralibus, propter verbum, locorum, quod submittit, & est simi. inf. de sent. excom. c. 1. & sup. tit. proxi. c. 1.

q ¶ Competenti.] de appel. cum sit.

r ¶ Eisdem episcopis.] expulsis.

[Glo. seq. declarat duo hic indulta.]

s ¶ Indulgemus.] In duobus consistit hęc indulgentia: quia subditos trahunt inuitos, & quia sufficit diœcesanorum licentiam petere, & hoc locum habet in expulsis. Alij vero inter subditos volentes in aliorum diœcesi de licentia diœcesanorum ius dicere possent, vt satis scripsi de off. leg. nouit. super 1. glo. inter inuitos non. de offi. ord. cum episcopus, lib. 6.

† al. veri. similiter.

[Glo. sequens soluit quattuor dubia, scilicet de laicis, de prorogantibus, quæ aliàs non subsunt, si aliter solus subest, & de fortitis forum.

t ¶ Subditos.] etiam laicos in his, quæ de iure vel consuetudine spectant ad forum ipsorum. de excep. c. 2. lib. 6. inter non subditos ergo qui prorogare vellent iurisdictionem ipsius, non habita, licet petita diœcesani licentia, iudicare non possent ꝑ hanc litteram, per quam 2 idem puto si alter solus est subditus, sit reus vel actor, cuius aduersarius non subditus ibi litigare consentit, cū hoc ius præiudiciale & exorbitans à communi iure non sit dilatandum. de reg. iur. quæ à iure. lib. 6. fortius si alter dissentit: si dixisset de suis subditis, tunc potuissent de subdito etiam inuito actori nō subdito iustitiam facere. Ista tamen littera sic late posita, comprehendere etiam videtur eos, qui non ratione domicilij, sed delicti vel contractus subditi sunt, quod non puto fuisse de mente, nec talis proprie subditus dicitur 3, licet sortiatur forum quo ad casum illum.

2 Facit in simili distinctio, quā facit Decius in c. licet. in 2. notab. extra de probat.

v ¶ Patiantur.] ipsi subditi.

x ¶ Moram traxerint.] in hoc differt dictum à præcedenti: nam ibi procedit in loco viciniori. hic non curamus, an alter locus insignis sit vicinior: dummodo iste non distet vltra duas dietas, vt sequitur.

3 Idē Cardi Feli. in c. 2. de foro compe. Font.

y ¶ Diœcesibus.] vel ipsarum parte, vt sup. in princ.

[Glo. seq. primo declarat latā significationē: secūdo tractat an ibi tm̄ suas cōstitutiones procedere possit.]

z ¶ Omnimodam.] temporalem & ecclesiasticam, spiritualem, ciuilem, & criminalem, etiam si depositionē beneficii vel ordinis exigat. Per istud n. omnimodam, satis patet quod iurisdictio sumitur hic vt genus comprehendens etiā merum & mixtū imperium 4. ff. de iurisd. om. iud. l. 3. & 4. exigentib. ergo culpis incarcerare possit. de sen. exco. vt famæ. eo. tit. si cler. eos. li. 6 de pœn. quamuis. eo. lib. Item per hanc litteram puto quod nedū secundum ius cōe, sed etiam secundum cōstitutiones suas possit inter subditos iudicare 5, siue cōstitutiones ordinēt litē, siue decidant casus vel puniant, dūmodo casus dicēdi vel puniendi intra suam diœcesim euene rint, vt hęc sit mens, quod iurisdictionem, quā in diœcesi litteras existēs inter subditos exerceret, exercere possit hoc ca sus: sed certū est quod existēs in diœcesi, nō iudicaret vel puniret

4 Gl. commēdat Panor. in c. cō questus de foro cō pe. Font.

5 Idē doctores, & est singul. gl. secūdū Bar. in ca de proba. Fon.

punire subditos secundum cõstitutiones suas de actibus cómissis extra diœcesim. de cõsti. c. 2. li. 6. ergo nec illud facere poterit extra diœcesim existens.

a ¶ Exercere.] etiam per alium: dummodo in loco illo morã trahat. ad hoc sup. proximo responso. ibi, citari faciant. de reg. iur. potest. lib. 6.

[Glos. seq. litteram exponit, & dubium mouet.]

b ¶ Non fuerint.] quasi hi qui tales fuerunt possint vlterius trahi, nam si proceditur contra eos ut expulsionis culpabiles, satis est quòd locus sit vicinior, licet vltra duas dietas, ut s. Sed si ad petitionem aliorum citantur, videtur sufficere quòd eps ibi moretur, licet locus distet ultra duas dietas: & hoc durum est secundum quod posset trahi vltra quattuor dietas. Si ergo hoc intendit littera, debuerat aliquam mẽtionem adijcere: puta quòd tunc licet ultra duas dietas, nõ tñ vltra quatuor trahi posset vt sæpe facit curia Romana, maxime in litteris conseruatorijs.

† al. nequibunt.

exercere a: Ita tamen quòd subditi, qui expulsores uel eorum fautores aut consiliarii non fuerint b, ultra duas dietas c à fine d suæ diœcesis non trahantur e. ¶ Volumus insuper ut ante omnia f à diœcesanis g locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in præmissis h: quam si obtinere nequiuerint i † procedant k nihilominus prout superius est expressum. ¶ Sane l si prędicti episcopi asseruerint se non fuisse ausos præfatos expulsores, consiliarios, vel fautores, personaliter, vel ad domum aut publice (vt præmittitur) in eorum ecclesia cathedrali citare, uel ipsos malitiose præstitisse impedimentum, ne per eos potuerint sic citari, aut quòd in suis diœcesibus iurisdictionem per se uel per alium contra ipsos m exercere nequeunt uel non audent, stari super his n volumus assertionibus o eorundem: Ipsis districtius iniungẽtes sub interminatione diuini iudicij, ne circa præmissa cõtra cõscientiam p quicquã mendaciter aut dolose asserãt, vel confingant. Eorũdem aũt episcoporũ sñias & processus, quos in præmissis casibus q in aliis diœcesibus duxerint

c ¶ Dietas.] vulgares. de hoc satis de rescri. nonnulli.

d ¶ A fine.] concor. de rescrip. statuiũ. §. cũ vero. li. 6.

e ¶ Non trahãtur.] quod intelligo etiam si intra illas de facto trahi non possint.

f ¶ Ante omnia.] non valet ergo processus factus licẽtia non petita simile de electio. prouida, lib. 6.

ADDITIO. Vtrum ista licentia debeat præcedere exercitium. vide hic per Pet. de Ancha. in 14. notabili, qui dicit: quòd qñ dispositio requirit iussum, tũc debet pręcedere, & nõ sequi. auctoritas autem debet adhiberi in ipso actu incontinenti añ uel post: Cõsensus vero potest præcedere uel sequi. Sed licentia dẽt pręcedere, vt hic. Et similiter consilium. concor. vide hic per eũ. Ista est dictio Bar. in l. si autem plures. ff. de aqua plu. arcen. Ex Pet. de Anch.

[Gl. seq. soluit quatuor dubia: scilicet de inferiori, de officiali, de distante, & de capitulo vacante sede.]

g ¶ Diœcesanis.] Per diœcesanos intelligo eos, q habent in loco episcopali iurisdictionem uel quasi 1. facit si. c. & quòd ibi dicam, quòd intelligo si eam sic habent quòd diœcesanus episcopus illam exercere non possit ibi dẽ, aliàs si diœcesanus posset, licet & illi possint, semper eps requiretur. Sed an officialis episcopi dare poterit hãc licẽtiã, vel sufficiet ab eo peti, nõ puto ex gñali officialatu facit de tempo. ord cum nullus. 2. respõ. li. 6. eo. li. de offi. vica. c. 2. & 3. & maxime præsente epo. de of. or. Roma in fi. eo. li. per quam vr̃ epm requirẽdum, si est in diœcesi, vel circa illam. Sed quid si multum distat, nec est ibi officialis a quo possit haberi? vr̃ de mẽte quod facta requisitione apud locum habitationis hoc poterit facit 2. q. 6. biduũ. J. ead. cõpi. de elect. causam. ff. de iud si longius. & facit quod not. de restit. in integ. tum, ex litteris. in fi. Capitulum autem uacante sede hãc licentiam dare poterit, uel sufficiet illam ab eo peti. facit si. c. & prædi. decre. cum nullus. §. 2. & inf. de hær. c. 1. & quod ibi dicam.

1 Idẽ Cardi. licet irregulariter, appellatione diœcesanorũ ueniãt soli epi. gl. in c. 1. de vi. & hone. cle. gl. i c. 1. de iure pat. Font.

[Glo. seq. soluit dubium: quærit, & soluit.]

h ¶ In præmissis.] Per hoc puto quòd etiam primum casũ includat, qui est de præmissis. Sed nũquid sufficiet generalis petitio, s. quod posset cõtra expulsores procedere, & inter subditos ius reddere? puto quòd sic. graue. n. esset in singulis personis vel causis licentiam petere: dico tñ, quod si de spãli causa fuit petita licẽtia, siue data fuerit, siue denegata, pro alia causa debebit peti.

i ¶ Nequiuerint.] concor. inf. de sepul. dudum. vers. si vero. sup. de regu. licet. & satis est per hanc litteram quòd nequit habere licẽtiam, siue quia denegatur, siue quia petita & expectata nõ datur. facit de appel. ab eo. lib. 6.

[Glos. seq. soluit quæstionem, & de incidenti remittit.]

K ¶ Procedant.] virtute huius constitutionis. Et per hoc patet, quod si subditi de processu iniquo episcopi vellent conqueri coram diœcesano loci, nõ possent, cum propter necessitatem expulsionis hæc constitutio communicet sibi locum; & par in parem, & c. de elect. in notuit. si tamen aliàs præter casum quo sedere potest ibi per hanc constitutionem, ibi delinqueret, bene cognosceret diœcesanus. 4. q. 6. c. 1. & de raptoribus. c. 1. Quid de minore prælato habẽte iurisdõnem in loco, scripsi post Inn. & Host. de ma. & obe. cum inferior.

l ¶ Sane.] summe fuit necessarius iste §. vt aliqs fructus ex superioribus haberetur.

m ¶ Contra ipsos.] Not. quia dato quòd episcopi expulsi contra alios uel circa alia possent per se, vel per alios iurisdõnem in suis diœcesibus exercere: satis est quòd cõtra illos non possint, vt locum habeat constitutio.

[Glo. seq. notat a contrario, tria ponens exempla.]

n ¶ Super his.] super aliis ergo ipsorũ assertioni nõ stabit: vnde si dicant loca ad q citant illos eis fore secura, in hoc eis nõ credit, cum hoc non sit de hic expressis. Eadem ratione non creditur si dicant loca in quibus procedũt, esse viciniora, in quibus possint tute manere & processus facere, & citati venire. Item nec credit eis in eo quòd dicãt aliquem expulsorem, cõsiliariũ uel fautorem: ille tamen cui hoc impingitur, habet se super eo defendere, & sic intelligas supradicta.

[Glo. seq. exprimit quattuor specialia, sic soluẽs cõtrarium.]

o ¶ Assertionibus.] Hic multa spãlia, quòd creditur assertioni iudicis. Item quòd creditur sine iuramẽto, & quòd vni soli, & in causa propria. Regulariter contra. de proba. quoniam. de testi. ueniens. & c. licet. & c. nuper. vbi de hoc. de conse. dist. 4. paruulos. 4. quæstio. 4. nullus. cum similibus.

p ¶ Conscientiam.] concor. de renun. nisi. in fi. de vot. c. fi. de rescri. statutum. §. assessorem. li. 6.

[Glo. seq. arguit a contrario: contra illud argumentum obijcit & soluit.]

q ¶ Pręmissis casibus.] ergo alios processus vicini nũtiare nõ tenentur. J 11. q. 3. curæ. de treuga & pace, c. 1. Solutio patet per litteram sequentem, nam factos in alienis diœcesibus extra prædictos casus exequi non tene-

ten entur; factos in proprijs sic, vt in cōtrarijs.

a ¶ Ab eis.] non videtur ergo sufficere ꝙ requirantur à tertio, etiam cuius intersit.

[Glo. seq. alleg. duas concor. & dubium soluit.]

b ¶ Requisiti.] simile de fo. comp. postulasti. e. ti. Romana. ver. fin lib. 6. episcopus requirens illos non facientes punire non posset: aget tamen coram illius superiore, vt illum cogat & puniat. de iurepatro. nullus. nisi iustam haberet causam non parendi, vt quia notorii sunt iniusti. de offi. deleg. si quādo de. offic. leg. studuisti.

c ¶ Quanticunque.] etiam cuius initij vel contrarij non sit memoria quod aliàs releuat ab onere probādi titulum. de præscri. c. 1 lib. 6.

d ¶ Habentibus.] habent n. quandoque inferiores in loca uel in personas episcopalem iurisdictionē vel quasi. de priuileg. abbates. in fi. lib. 6.

faciendos, deuenient seu denuntiari faciant p suas diœceses conuicini episcopi, cum ab eis [a] fuerint requisiti [b]. ¶ Per præmissa quoq. nullum ex trāscursu temporis quanticunque [c], vel aliàs quoquo modo locorum diœcesanis vel aliis quibuscunq. iurisdictionem habentibus [d] in locis præmissis, in quibus prædicti episcopi sic expulsi iurisdictionem (vt prædicitur [e] †) exercebunt, præiudicium generetur. [f]

† al. p̄mittitur.

TITVLVS III.

[Glo. seq. arguit a contrario, & huius rationem reddit.]

e ¶ Vt prædicitur.] dat intelligere ꝙ si aliàs inter subditos ipsorū diœcesanorū iudicarēt, bene per taciturnitatem & temporis lapsum eis p̄iudicari posset: sed isto casu cum hoc faciūt iuris auctoritate, diœcæsanis nulla negligētia p̄t adscribi, ergo nec ꝯ ipsos p̄scribi 1.

1 Ex hac gl. iūcto textu, notat Card. ꝙ viēs potestate sibi p ius ꝯmune an priuilegiū ꝯpetēti nō cēsetur hoc facere animo prę scribēdi. Font.

f ¶ Generetur.] quando exercens iurisdōnem in loca uel in certas personas vel causas acq̃rat possessionem illius generalem vel specialem, & quando præscribat, satis scripsi post Inno. de capel. mona. c. 2. & de hoc in Spec. de iurisd. om. iud. ad fi. ver. illud etiam. & de præben. §. 1. ver. sed pone miles.

DE CAVSA POSSESSIONIS & proprietatis.

[Visum est sup. de iudicijs & foro competēti: verū quia aliqua causa intentatur super proprietate rei deductæ in iudicio, quædam super possessione ipsius rei, dubitaret aliq̃s, quid sit causa proprietatis, & quid cā possessionis: ideo ad nos informandum annectit rubricam, de causa possessionis & proprietatis.

Causa.] ¶ Duæ sunt partes sicut duo sunt dicta. Scd̃a ibi. [Et in spoliantis.] Imo. ¶ Præsupponendū est primo illud ꝙ dr̃ in c. appellā: i. ĵ. de appel. & 2. q. 6. ad fin. & l. eos. C. de appel. videlicet, ꝙ ad officium iudicis appellationis spectat cognoscere an bene vel male fuerit appellatū, sed de alio articulo appellationis nō debet se intromittere. Simile dr̃ in ca. Romana. de fo. compe in 6. Secundo pręsupponitur pro rōne decidendi ad textum, ꝙ licet de iure ciuili nō possit adiri Imperator in prima instantia omissis medijs: tñ de iure canonico licitum est adire Papam omissis mediis etiam in prima instātia: quia Papa est ordinarius toti[9] orbis, & cōcurrit cū omnibus alijs: ideo in electione actoris est coram quo velit defensorem siue reum conuenire, uel coram episcopo, hoc est corā iudice ordinario, vel coram Papa, qui Papa dr̃ ordinarius ordinariorum.

CASVS. Tu & ego litigabamus corā officiali Pictauen. super aliquo beneficio, qui officialis contra te tulit sententiam, a qua appellasti immediate ad Papam, tñ poteras si uoluisses appellare ad archiepiscopū Burdegaleñ. quod nō fecisti: Intimasti & notificasti appellationem, & comparuimus ambo coram Papa, & voluimus, ꝙ dimissa causa appellationis ipse Papa cognosceret de causa principali: quæritur vtrū possit istud fieri? Et videtur prima facie ꝙ nō, vt dictum est in prima p̄suppositione: tamen Romanus Pontifex dicit, q̃d poterit cognoscere de principali, id est, dimisso articulo appellationis, cum ipse Papa sit generalis ordinarius. & concurrat cum omnibus ordinarijs. Sic etiam, vt dr̃, legatus Papæ omisso articulo appellationis potest cognoscere de principali causa. c. 1. de offic. delega. in antiquis. Sed ponam[9] sanctissime pater, q̃d aliquis fuit spoliatus re aliqua, & mouit cōtrouersiam super articulo proprietatis, in quo processum extitit vsque ad conclusionē & renuntiationē causæ: Ego actor, qui fui spoliatus antequā fuerat renuntiatum & cōclusum in causa, volo suspendere causam proprietatis, & venire ad possessionem, an possim? Dicit quod sic, & hoc in odium spoliantis. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo ꝙ quis nō dēt appellare ad Papam omisso medio, nisi obseruet formā c. 1. de appell. in 6. Not. secundo, ꝙ quis etiam in prima instantia potest litigare coram Papa omisso medio. Not tertio, ꝙ si spoliatus intentauit petitorium intra cōclusionem & renuntiationem, id est, ante quàm fuerit conclusum & renuntiatum in causa, potest suspendere & dimittere petitoriū, & venire ad possessoriū. Et rō, quia probationes sunt faciliores in possessorio, quàm in petitorio: quia in possessorio sufficit probare possessionem & spoliationem: in petitorio uero requiritur p̄batio dominij, quæ probatio est ualde difficilis, ideo consuluit lex, qui petitorio. ff. de rei vendi. ꝙ quis primo agat possessorio, quā petitorio. Sed tamē (vt hic dicitur, & in c. pastoralis. eo. ti. in antiquis) aliquis potest primo intētare petitoriū, deinde uenire ad possessorium. Sed quæritur, nonne dimittens petitorium, & ueniens ad possessorium uenit condemnādus in expensis? Dicit Glo. quòd non, quia nihil pręiudicat aduersario, cū poterit postea uenire ad petitorium in eodem statu, in quo prius ren.ā sit. Et hoc dēt facere ante conclusionem causę, videlicet ꝙ potest suspendere petitoriū & venire ad possessorium: secus si post cōclusionem. Vnde cōcludere & renuntiare in causa est, qñ partes nihil amplius volūt allegare nec producere, & tūc iudex dicit, postquā nihil aliud vultis allegare nec producere, ego habeo p concluso & renuntiato. Not. vlterius, ꝙ ut actus pariat effectum, debet esse legitime factus: probatur in verbo, legitime. ad hoc de transla. c 2. de procu. cle. 1. & ꝙ ibi not. glo. in verbo. debito. Not. finaliter, quod appellatio est commune remedium appellanti & appellato, ibi, [Tam appellanti quàm appellato:] pro hoc de appell. sæpe. c. oblatæ. & c. Nicolao. & c. interposita. Zab.

De causa possessionis & proprietatis.

¶ Clemens v. in cōcilio Vieñ.

¶ *In causa beneficiali delata ēt per appellationem ad curiā vtraq; pars pōt petitorium et possessorium intētare. Et ante causæ cōclusionem pōt spoliatus suspenso petitorio suo uel aduersarij, possessorium prosequi.*

C. VNI.

Causa [g] † beneficiali [h]

† Vide Paul. de Ca. consi. 277. lib. 1. & de ītellectu Couarruuij lib. 1. variar. reso. ca. 16. nu. 13.

g ¶ Causa] se summat.

[Glossa secunda soluit duo dubia.]

h ¶ Beneficiali.] comprehendit minora & maiora beneficia & præbendas. & de hoc de reg. iur. c. 1. lib. 6. in non beneficialib. autē non hēt locum, ēt si de ecclesia

ut

vt de proprietate sit quęstio.facit quod dixi sup.ea.cõpil.de iud.dispendiosam.super verbo,beneficijs.

[Glo.seq obijcit,& soluit.

Recõuentio nõ fit corã iudice appellationis.

a ¶ Per appellationem.]fortius si per querelam:videbatur autẽ ꝙ illud solum super quo appellatum erat, esset per appellationis iudicem cognoscendum,vnde coram iudice appellationis nõ fit recouentio,de hoc scripsi de mu.pet.c.1. cognoscat ergo id solum super quo appellatur,siue ante sñiam fuerit appellatum, ad hoc inf.de app. appellãti.cum suis concor. siue à sententia.2.q.6. ad finem.siue extra iudicium , de elect. vt circa.lib.6.sed ex quo deuoluta est causa per decre.1.de elect.lib.6. non expectato appellationis euentu, voluit Papa hoc licere. & hoc probat ver.inf. decernimus.per quod respondetur ad iura prædicta.Potest etiam dici,ꝙ decre. vt circa. locum nõ habet cum quis suum prosequitur interesse vt sup.ea.compil.de elect.constitutionem.in princ.

per appellationem [a] ad sedem Apostolicam [b] legitime deuolutã [c] , tam appellanti,quàm appellato [d] licere decernimus,nedum petitorium , sed & possessorium intentare. Et in spoliantis [e] odium ante causæ conclusionẽ [f] suspendere [g] petitorium à se & [h] ab aduersario [i] intentatum,in solo [k] possessorio procedendo.

TITVLVS IIII.

De dolo, & contumacia.

b ¶ Ad sedem Apostolicam.]in inferiorib.ergo secus.

c ¶ Deuoluta.]ita ꝙ causa ipsa est in curia,secundum formam decre.1.de elect.lib.6.vt quia appellatio legitime interposita est.e.tit.vt circa.& appellatio legitime insinuata,vt in cle.sup de elect.causam. & intra debitum tempus,vt ibi.§ pen.

d ¶ Appellato.] vtrunque enim ęqualiter arctat illa constitutio.1.de elect. vterque ergo sentiat commodum sicut onus de reg.iur. qui sentit.lib.6.

[Glo.seq.notat & remittit: contra gl.obijcit,& dupliciter respondet:]

Petitorio suspenso trãsire licet ad possessorium sed nõ econuerso.

e ¶ Spoliantis.]per hoc patet ꝙ loquitur in possessorio recuperãdę.de possessorio retinendę,an intentari possit per eũ qui petitoriũ intentauit illa pendente,non tani & dixi sup.eo pastoralis super 4.glo. quæ gl.in ea parte qua dicit ante medium, ꝙ de possessorio põt rediri ad iudiciũ proprietatis, reprobari vr̃ per hunc textũ:Si enim speciale hoc inducitur in odiũ spoliantis, ꝙ suspenso petitorio transitur ad possessoriũ, ergo id nõ licebit in casu cõuerso,in quo casu cessat.Sed glos. dupliciter potest defendi, s. quia non dicit ꝙ suspẽso possessorio redeatur ad petitoriũ,sed ꝙ de possessorio inchoato reditur ad petitorium:ꝙ potest intelligi renuntiato priori iudicio.Item volens dicere ꝙ suspẽdi & pendere possit possessorium,dicet hoc speciale hic addi in causa appellationis,vt dixi in gl.fortius,vt ꝙ ibi olim nõ licuisset,hodie liceat in odium spoliãtis.

[Glo.seq.soluit obiectionem:arguit à contrario, & illud determinat.

Cõclusio in cã beneficiali potest omitti.

f ¶ Conclusionem.]quæ licet fieri possit,vt hic: tamẽ in his beneficialibus potest omitti inf.de verb.sign. sæpe contingit.facta ergo conclusione hoc non licebit, ꝙ verũ puto nisi in casu decr.pastoralis.in fi.sup.eo.vt sicut hoc in alijs causis non beneficialibus tunc liceret,& in ista saltem eo casu quo suspendit petitorium inchoatum à se,in quo loquitur illa decre.

g ¶ Suspendere.]sine metu condemnationis expensarum,vt dixi eod.tit pastoralis super ver.agi potest.

h ¶ Et.]pro vel,vt ff.de verb.signi.sæpe.de rescrip.c.2. vbi de hoc.

[Glo.seq.not.pro opi.& recitat contrarium.]

i ¶ Aduersario.]Hęc littera & sequens approbare videtur quod no.Io.2.q.2.c.1.& Ber.s̃.de ordi.cog.c.fi.Goffre.& Inno.& Abbas de resti.spol. ex conquestione s. quando super eadem re intentat vnus petitorium, alter sup.illa intentat possessorium recuperandæ, prius auditur, & sic vtilius est sibi agere quàm ex cipere.quod Host.non placuit : qui dicebat ex vi actionis eum nõ prius audiendum, sed simul,dicens quod in decre. ex conquestione.prius excepit,postmodum egit , vt ibi scripsi.

Petitoriũ si intẽtet ꝑ vnum, & possessoriũ per alterũ,qs prius audietur.

¶ Clemens quintus in concilio Vienneñ.

¶ Appellans ante diffinitiuã etiam à diffinitiua lata eo absẽte citato vel non, appellare potest: nisi prima appellatio fuerit friuola manifeste , quo casu non appellat tamquam manifestus contumax. Ioan. Andr.

[Glo.seq.no.signat ꝯrium,ibi remittit,& & huic litterę rñdet.]

k ¶ Solo.] quasi nil habeat docere de petitorio. Et per hoc videtur, ꝙ petens restitutionem beneficij , non habeat iustificare possessionem,vel probare titulum,de resti. spol.in litteris.contra de fil.presb. constitutus,vide ꝙ dixi super gl 2.& ꝙ not.Host. in sum.de rest.spol.§.in casibus.ver. quid ergo volens se defendere contra hunc tex.respondebit per decre. ex parte,de resti spol.vbi intentans possessorium, probat coniugium,& per decre.ad decimas.eo.tit. li.6. Aliud est ergo intentare petitorium,aliud iustificare possessorium ex titulo,vbi natura possessorij hoc requirit: sed vide quod dixi in prædi.decre.ex parte.in gl. quasi dicat,vltra medium.

Beneficij restitutio nẽ petens an habeat probare titulum.

S C. VNI. I † AN-

† Nota ꝙ appellari potest ante diffinitiuã,ꝙ est verũ indistincte de iure canonico , dũ tñ appellatur ex cã rationabili.c.vt debitus. ex. đ app.sed de iure ciuili non appellat̃, nisi in certis casib. Zabarella.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

[Visum est supra de causa possessionis & proprietatis:& quia aliquando in causa possessionis & proprietatis dolus cõmittitur ratione cõtumaciæ, quare posset aliquis dubitare de effectu illius doli vel cõtumaciæ:ideo ponit Clemẽs de dolo & cõtumacia rubricã.

S [ante.] Ponit dictum , à quo secundo excipit:ibi,(Nisi.) Imola.¶Præsupponendum est ꝙ contumax in non veniendo non potest appellare, & hoc in odium suæ contumaciæ,puta si fuit citatus vt veniret coram iudice ad audiendam sententiam & non venit , & sic fuit contumax,talis non potest appellare.1.q.6.§. sunt quorum, in prin.24.q.3.c.de illicita.C.de iudi.l. properandum. §.cum autem.& quorum appellationes non recipiuntur.l.1.& l.cum autem.C. de iudi. Secundo præsupponendum est,ꝙ iudex non tenetur deferre appellationi friuolę interiectę ab interlocutoria,& põt dare apostolos refutatorios & procedere ad vlteriora,& citare partẽ appellantẽ si velit,vel si nolit,non requiritur ꝙ citet,vt in c.eum qui.eo.tit.in 6.quia frustra citaretur.

Cõtinuatio.

b ¶ Ex nouis.] Vnde quod dicebat gloss. prædi. decre. 2. vt lit. non contest. ꝙ ex grauamine receptionis testium factæ lite nõ contestata iustificabatur præcedens appellatio, reprobatam olim inducẽs decre. delecto. sup. eo. tit per quam patet, ꝙ etiam præcedens grauamen non iustificat appellationem, nisi fuerit expressum in illa: si ergo iniquitas iudicis præcedens appellationem illam non iustificat, ergo nec subsequens, duo ergo requiruntur cõiunctim, quòd grauamen præcesserit appellationem, vt hic, & quòd fuerit expressum in illa, vt supra proximo responso.

[Gloss. seq reprobat vnam lecturam, ponens aliam quam exemplificat.]

c ¶ Probandis.] non intelligas ꝙ veritas grauaminis probanda non sit coram iudice ad quem, et ad iustificandam appellationem, licet probata non fuerit corã iudice à quo: quod dic vt sup. eo. tit. interposita. 1. respon. sed hic intelligit grauamẽ iudicis, vel iniustitia processus oportet ꝙ pateat ex actis corã iudice: vnde si proposui exceptionem, probationẽ obtuli, & admissus nõ fui, hoc probato apparet grauamen: sed si exceptionem legitimam probaui, & iudex illam repulit, hoc probato grauamen apparet. Sed si excipiebã actorem excommunicatum minori, iudex illam repulit, non iustificatur appellatio, nec impugnatur processus probando illum excommunicatum maiori, de quo in primo iudicio non fuerat obiectum. Item si appellaui propter exceptionem, de loco non tuto, non admissam, non iustificabitur processus, licet nunc probetur me postea reconciliatum.

d ¶ Impugnari.] Impugnatio respicit appellantem, iustificatio respicit appellatum: neuter autem ipsorũ vti poterit his, quæ coram ipso acta vel exhibita non fuerunt.

SI appellationem.] CASVS. Tu & ego litigabamus coram officiali Bituriensi: ipse tulit sententiam ꝯ te: intra xxx. dies non petisti Apostolos; vel si petisti, non comparuisti in termino tibi assignato per iudicẽ à quo, ad dandũ tibi apostolos; vel si cõparuisti tñ nõ introduxisti tuam appellationem intra terminũ tibi assignatum, tñ postea prosecutus fuisti tuam appellationem: Vtrum non obstante prosecutione prima sententia transierit in rem iudicatam: dicit quod sic.

¶ Colligo aliqua nobilia. Et primo ꝙ per negligentiã appellantis efficitur appellatio deserta. i. perinde habetur ac si non fuisset appellatum: nec tunc fieret deuolutio ad superiorem. Not. secundo ꝙ appellatus pôt prosequi cãm appellationis appellante non prosequẽte: quia appellans potest renuntiare appellationi quo ad effectum eius, ita ꝙ appellatio deserta nõ assumit vires prosecutione. Not. ergo sententiam totius c. videlicet, ꝙ sententia à qua fuit appellatum, transit in rẽ iudicatam ac si non fuisset appellatum, dummodo appellatio non fuerit prosecuta sed deserta, puta, lata est snĩa contra me, à qua appellaui, sed intra xxx. dies non petij apostolos: Quæritur, an talis sententia transiuerit in rem iudicatam ac si non fuisset appellatũ? Dicit ꝙ sic. Sed pone ꝙ post xxx. dies petij apostolos, & prosequor meã appellationem: Quæro an ista prosecutio impediat executionem sententiæ? Certe non: quia postquam transiuit in rem iudicatam potest mandari executioni intra tempus legitimum, forsan intra quattuor menses, qui dantur iudicatis ad soluendũ iudicatum.

[Gl. prima dicit quid reprobet vel apꝓbet.]

e ¶ Si appellationem.] Reprobat quod not. Inno. eod. tit. ex ratione. approbans & fortificans quod ibi not. Hostiensis.

† Pro limitatiõe hui⁹ Clemen. vide Abbatem in cap. ex parte. el. 2. extra de rescr. & materia ibidẽ plenissime Felyn.

f ¶ Per negligẽtiam.] vt quia neglexit apostolos petere, vt in c. quamuis sup eo. vel neglexit ꝓsequi intra tempus iuris vel hominis, vt in decre. sicut, sup. eo.

[Glo. seq alleg. concor & soluit duo dubia.]

g ¶ Desertam.] idem verbum in prædi. decre. sicut. Et not. quia si in appellatione, q̃ à principio tenuit, & postea tenere desiit, procedit hoc dictum, fortius puto procedere in appellatione, quæ diceretur à principio non tenuisse, vt quia dr̃ interposita tertio vel post decẽ dies: item si procedit in tacite deserta per negligẽtiam, fortius in expresse deserta per renuntiationem. facit eo. tit. Romana. §. si vero, & §. si autem lib. 6.

Appellatio pôtest se deserta tacite & expresse.

h ¶ Cum appellato.] Licet ergo dilationes, quas petit appellatus, per quas protelatur appellationis ꝓsecutio, prosint appellanti, sicut et restitutionem petenti prosunt, quas petit reus contra quem petitur. C. de tempo. resti. in integ. l. penulti. ipsa tamẽ prosecutio, quam facit etiam appellatus sibi non prodest, vt hic per rationem, quam inf. dicam.

Dilatiões appellati ꝓsunt appellanti.

[Gl. seq. ponit dictum Inno. & duas rationes ipsius, ad quas secundo respondet, ponens contrarium dictũ Host. quod fortificat, & rationem reddit, cui rationi obijcit & soluit.]

i ¶ Appellatus.] Hic fortificat dictũ Host. quærebat. n. Inno. quid si post lapsum tempus prosecutionis fert sententia infirmans primam sententiam, postea petit appellatus ipsam primam executioni mandari? Tenebat ꝙ ipsi appellato obstabit exceptio rei iudicatæ ex secunda sententia infirmationis: nec valebit si dicat per lapsum temporis ante sententiam infirmationis primam snĩam ratificatam: quia ẜm eum prætextu huius nouæ defensionis non debet secunda infirmationis snĩa retractari. de re iud. inter monasterium. C. de transact. sub prætextu. nec valet et dicere ꝙ non valet secunda snĩa lata ꝯ primam: quia vt dicit, ẜm id numq̃ valeret sentẽtia appellationis primã infirmãs: nec est et super eo prima lata in causa principali, & secunda lata in causa appellationis, & hoc reprobat Hosti. dicens, ꝙ lapsus temporis ratificat snĩam, & facit haberi perinde ac si non fuisset appellatum: sententia ergo infirmationis postea lata, à non suo iudice lata fuit. Item non valet snĩa ꝯ rem indicatam, de hoc in prædi decre. inter. Nec obstat prima ratio Innoc. quæ procederet in sententia lata à suo iudice. Nec obstat secunda ratio: quia vbi per appellationem suspẽsa manet prima sententia, bene tenet secunda contra primam: sed ex quo cessat prædicta suspensio appellatione deserta, non valet secunda, sicut non valet si appellatũ non fuisset, hoc hic approbatur & fortificatur in tantũ: q̃a p̃dicta procedunt non solũ cũ solus appellãs prosequi

Sententia ĩfirmationis lata post tẽpus appellationis ꝓsequẽdæ, an possit appellat⁹ petere primã sentẽtiã executioni mandet.

prosequitur, sed etiam cum vterque: & quod plus est, etiam si solus appellatus, quod forsan nō cogitauerat Hostien. Sit huius ratio, quia petendo pronūtiari male appellatū, non est sibi contrarius in eo quòd dicit sententiam transisse in rem iudicatam: licet enim de appellante dubitetur propter contrarietatem, quæ videtur inesse, an possit simul prosequi appellationem & nullitatem sententiæ: de quo satis scripsi eod. tit. dilecto. in vlt. glo. post Innocen. & Hostien. & vide in Specul. de sent. prolat. §. iuxta. ad fin.] In appellato tamen dicente male appellatum & sententiam transisse in rem iudicatam, nulla est cōtrarietas

iudicatam [a] censebitur transiuisse sententia [b], à qua fuerat appellatum.

¶ Idem.

¶ *A peremptoria repulsa ex alio quàm propter ineptitudinem, secundò appellans & succumbēs non auditur super ea in appellatione à diffinitiua. h. d. Zabarella.*

Sed dices, immo est contrarietas inquantum dicit appellationem eē desertam: & propter hoc sentētiā trāsisse in rem iudicatam: & non desertam, in quantum super eius iustitia pronuntiari petit per appellationis iudicem, & sic negat & asserit illum iudicem. Sol. Et si vis quòd fatear hic aliquam contrarietatem inesse, tamen appellatus qui reus est, potest vti contrarijs, maxime quorū finis non est contrarius, & actor pōt in diuersis instantijs. quod dic vt not. de reg. iur. nullus pluribus. lib. 6. nec hic dicitur, quòd in eadē instātia hæc duo proponat appellatus.

a ¶ Rem iudicatam.] hoc est ergo quod dicunt iura, quòd rata manet sententia, & quòd appellans cadit à causa eod. tit. cum sit. & c. sæpe.

[Glo. seq. dubium resoluit.]

b ¶ Sententia.] quæ tamen erat aliqua, vt quia cōtra ius litigatoris lata. si enim à principio fuisset nulla, sicut propter appellationē omissam non transiret in rē iudicatam, ita nec propter interpositam & desertā, de senten. excom. licet. lib. 6. & quod ibi not.

Cum.] ¶ Primo ponit dictum à quo, secundo excipit: ibi, Nisi.] Imola.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram archidiacono Pictauen. proposuisti defensiones peremptorias ad excludendam intentionem meam, archidiaconus interlocutus est illas defensiones non debere admitti, nec esse admittendas: Appellasti de archidiacono ad officialē episcopi, qui confirmauit sententiam interlocutoriā archidiaconi: Secundo appellasti de officiali episcopi ad archiepiscopum Burdegalen. qui ēt cōfirmauit illas duas sententias contra te latas; certum est, quod tu non posses amplius appellare: Tu reuersus ad archidiaconum, qui cognauit super principali, qui etiam sententiam diffinitiuam tulit contra te, & iterum ab illa sententia diffinitiua appellasti: in causa appellationis vis allegare exceptiones perēptorias, quæ fuerūt repulsæ à principio quæritur vtrum possis? Dicit Clemens quòd non, nisi repulsæ fuerint, quia eas proponebas inepte, & nunc in causa appellationis proponis rite: quia forte allegabas præscriptionem, & non allegabas bonam fidem & titulum, & ideo archidiaconus illas non admisit: Nunc vero proponis bonam fidem & titulum, ideo possum admitti in causa appellationis. Not. quòd non licet tertio appellare. de hoc in gl. in verbo, [Succumbit.] Not. quod sicut actor succumbēs propter ineptitudinē iterum auditur. de iudi. examinata. ita & appellans. Zabarel.

[Glo. prima dicit quid determinat, & casum ponit.]

c ¶ Cum à repulsione.] determinat casum dubium circa decret. vlti. eod. tit. lib. 6. qui talis est: Titius cōtra me opposuit exceptionem peremptoriam, quæ per interlocutoriam est repulsa: appellauit, & cōfirmata est prima interlocutoria, iterum appellauit & iterum cōfirmata est prima & secunda: quia non potuit plus appellare: processit in principali, & lata contra ipsum diffinitiua appellauit ab illis, & in causa huius appellationis vult repetere contra illam interlocutoriam, & videbatur quòd posset per prædictam decretal. contrarium hic respondetur, vnus tamen casus excipitur.

CAP. VII.

Cum [c] à repulsione [d] exceptionis peremptoriæ [e] secundo [f] appellans succumbit [g], non est in causa appellationis postmodum à diffini-

[Glo. sequens primo dat duas lecturas, & duas remissiones circa illas. Secundo prosequitur quæstionem, opinionem ponens, & probat.]

d ¶ Repulsione.] verbali per interlocutoriam, vt prędixi. non est tamē necesse in peremptorijs interloqui. de hoc satis de ordi. cog. c. 1. Idem tamen in repulsione facti, cum illam non recipit, vel ad vlteriora litis procedit. eod. tit. ex parte 2. caute tamen facit excipiens, si procurat interloqui, vt not. in Specul. de appel. § qualiter. versi. Item quod faciat & dixi eod. titu. dilecto. Et per hanc decret. & illam patet, quod sententia lata super peremptoria, interlocutoria est, non diffinitiua: & hoc tenebat Gar. in decreta. cupientes de elect. ver. insuper vbi etiam allegabat ad hoc decreta. cum dilecti de electio & decreta. sua. hic. eo. ti. Ad idem de offic. delega. significātibus. & quia vt hic patet, hæc repulsio peremptoriæ non est diffinitiua, ergo nec pronuntiatio pro ipsa erit diffinitiua, vbi. n. absolutoria definit, & condemnatoria, & econtra. C. de sen. & interlo. præses ff. de re iudi. l. 1. vt contrariorum sit eadem disciplina 32. distin. hospitiolum. ff. de his qui sui vel alieni iu. sunt. l. 1. de accusa. qui accusare. Præterea natura diffinitiuæ est, quòd ex ea oriatur actio in factum, sed à sententia lata super perēptoria non oritur actio, sed exceptio argum. in prædi. decre. cū dilecti. in fi. C. de re. credi. l. actori. Item si sententia super peremptoria & pro ea lata esset diffinitiua, non esset alia diffinitiua ferenda, cum tamen de necessitate super principali, voluntarie super peremptoria pronuntiet, de hoc in pdi. decre. 1. de ord. cog. dicebat ergo Gar. quòd siue super dilatoria, siue super perēptoria, siue super eo quod perimit appellationē, i. quod appellans non potuerit appellare, feratur sententia, interlocutoria est: secus cum iudex cognoscens de appellatione interposita à diffinitiua, pronuntiat bene iudicatum & male appellatū, vel econuerso: tunc. n. diffinitiua est. C. de appel. eos. ff. de his qui not. infa. l. furti. In effectu tamen fatetur, quod sententia lata sup peremptoria quod obstet, habet vim diffinitiuæ.

Actio in factū orit ex sentētia diffinitiua.

e ¶ Perēptoriæ.] & sic parat præiudiciū negotio principali: aliàs non liceret repeti, vt in prædi. decret.

[Glo. seq. notat à contrario, mouet dubium, allegat pro & contra, & soluit.]

f ¶ Secundo.] Si ergo semel tantum appellasset & succubuisset, non haberet locum quod hic dicitur: Si vero secundo appellat, sed appellationem non prosequitur, hic videtur dicere, locū habere. argū. s. c. proxim. videtur contra per id quod j. dicam quod credo vbi renuntiat sponte: quasi licet tarde vtatur iuris consilio expectando euentum negotij principalis; & sic nō posse tenus resistat, vt j. dicam.

Appellare tertio nō licet.

g ¶ Succumbit.] si succumbit in secūda appellatione, ergo tres habet sententias contra se, & sic à tertia nō licuit appellare eod. tit. directe. & i sua nobis C. de li. in vna causa l. vna. s. ea compil. de re iudic. c. 1.

[Glo.

tiua a emissæ audiendus vlterius super b ea: Nisi tunc rite proposita ex eo prius c repulsa fuisset, quia proponebatur inepte d.

[Glo.seq. ponit tria exempla.]

a ¶ Diffinitiua.] prolata siue per primũ ad quem debuit causa remitti, ex quo fuit pronuntiatũ male appellatum, per quascũque manus. de excep. dilectæ. siue per vltimũ, qui forsan ex vi dilationis in principali processit, siue per alium, ad quem forte post causam remissam ad primum fuit in alio articulo bene appellatũ, ita quòd expedito appellationis articulo, definit postea principale.

[Glo.seq.obijcit & soluit.]

b ¶ Super ea.] peremptoria sit tertio repulsa. & est mirabile quòd non appellans auditur, vt in prædi. decr. si. sed secundo appellans & succumbens non, vt hic cũ secunda repulsio appellationis non deberet plus posse quàm appellationis omissio. Nam & in appellatione à diffinitiua, æquiparamus ista, nõ appellare, vel secundo appellare & succumbere: sed licet ista æquiparentur in diffinitiua, in interlocutoria non. lata.n. tali interlocutoria, secundum leges debuit, sed ꝓm canones potuit appellationem differre ad euentum negotij primi. primum patet C. de episc. audi. l. 2. de iud. apertissimi. C. eod. tit. eos. § super his. & quorũ appel. non recip. l. penult. secundum patet in prædi. decreta. vlt. si ergo distulit iuris consilio, & postea victus appellauit. contra talem interlocutoriam auditur: sed si posse tenus interlocutoriã impugnauit, scilicet semel & iterum appellando, ille articulus tã solemniter discussus vlterius examinari non debet, ex quo in secũda succubuit, per quod videtur 1, quòd etiam iudex causæ principalis ante diffinitiuam nõ possit illã interlocutoriarum reuocare, nisi tunc, scilicet in cã appellationis interpositæ à diffinitiua.

Appellare secũdo & succũbere tantũ est quã tum non appellare

1 Idem videtur Card. hic Fely. in c. qualiter & quãdo. de accu. sa. Fonta.

c ¶ Prius.] in causa principali.

[Glossa seq. ponit quattuor exempla.

d ¶ Inepte.] simile de iudi. examinata. ff de flum. l. 1. §. Labeo. exemplum: petebas hæreditatem vel electionis confirmationem, excipiebam te illegitimum; & quia nõ specificaui ꝙ debui, tertio succubui: quod modo specifico in appellatione diffinitiuæ: super quo vide quod scripsi, qui filij sint legi. peruenit super 1. glo. Ad idem faciunt quæ scripsi de elect. dudum 2. in prin. Vel contra prouisum possessionem petentem excipiebam de crimine nunc addo infamiam de accu. accedens. Vel cum ius commune fundaret actionẽ suã, excipiebam de præscriptione: nunc exprimo titulum. de prescrip. c. 1. li 6. Vel opponebam peremptoriam non priuilegiatam, vt lite non contest. c. 1. lib. 6. in vim dilatoriæ ad impediendum litem cõtestatam, succubui primo, secundo, & tertio; rediens ad iudicem principalis causæ, lata diffinitiua à qua appellaui, illam exceptionem ui peremptoriæ proponere potero.

FINIS LIBRI SECVNDI.

tes mortaliter peccare .x. dist. denique in fi. de offi. archi. ea quæ. vbi de hoc. Not. casum in quo requiritur monitionem fieri per ipsum prælatum in verbo, [Moneāt.] vnde secundum Pau. nō sufficeret alterius monito. de hoc inf. de deci. cle. i. Zab.

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶ Visum est s. de iudicijs & singulis partib. iudiciorum: verū q̄a clerici in sacris constituti dēnt ab ipsis abstinere p c. vnicum s. de syndi. & s de postu. per totū: ideo post illa annectit rubricā, &c. Vel sic: Visum est s. de iudicijs & singulis partib. iudiciorum, à quib. clerici dēnt abstinere: Et quia nō solū ab illis dēnt abstinere, sed ēt à vita & moribus malorum debent abstinere, ut præstēt exemplum bonæ vitæ cæteris: ideo, &c. Vel sic: Visū est s. de actibus iudicialibus, nunc vidēdum est de actibus extraiudicialibus, q. cōpetunt tam laicis quàm clericis: Et quia clerici sunt digniores, ideo præmittit de actibus competētibus clericis, & postea determinat de actib. cōpetentib. laicis.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita & honestate clericorum.

¶ Clemens quintus in concilio Viennen.

¶ Punit clericos cōiugatos, & alios personaliter & publice carnificum et tabernariorum officium exercētes, qui per diœcesanos nominatim & tertio moniti illud officium non dimittunt, uel dimissum reassumunt. Excitat etiam diœcesanos contra illos clericos, qui sæculares actus exercēt. Io. An.

CAP. I.

Diœcesanis a † locorum districte p̄cipimus, vt clericos b carnificū c, seu macellariorum d, aut tabernariorum e officium publice & p̄onaliter f exercētes, nominatim g & ter-

Diœcesanis.] ¶ Tria facit: præcipit, punit, & excitat Secunda: ibi, [Qui si.] Tertia: ibi, [Aduersus.]

CASVS. Quidam iuuenis constitutus in p̄sentia Romani Pontificis quęsiuit ab eo, vtrum omnes artes cōpetant clericis ex debito suę honestatis: Et respondet Romanus Pontifex ꝙ nō, immo si velint euitare pœnas hic contentas, ipsi debent abstinere ab officio carnificum, & ab officio tabernariorum Et spectat ad officium diœcesani, ut clerici abstineāt ab istis officijs. Sed quæritur, q̄bus pœnis diœcesani possint compellere clericos, vt abstineāt ab istis officiis? Dicit ꝙ nō beneficiati, & non existentes in sacris dēnt moneri ut a talib. officijs desistant, & si non desistāt & sint cōiugati, ipsi amittunt duo priuilegia clericalia: videlicet, ꝙ q̄s verberādo eos nō incurrit sententiam excommunicationis, & pro crimine poterūt cōueniri corā iudice sæculari: Si ipsi non sint cōiugati, perdunt priuilegium in rebus suis tantum: quia tenentur soluere subsidia extraordinaria de reb. suis. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo nota duo officia proposito clericali non conueniētia: scilicet officium carnificis, & officium tabernarij No. ꝙ clericus coniugatus si exercet illa officia, ipse perdit duo priuilegia clericalia, de q̄bus in gl. Sed nō cōiugati p̄dunt priuilegium, ꝙ eis competit in rebus suis.

Not. [Commercijs.] Commercium cōmercij, cio, idest, plurib. rebus vna vēditio, vel diuersarum rerum cōmutatio, vt si quis daret uel p̄mutaret mantellū p̄ capa: vel econuerso: Vnde dicitur commerciū quasi commutatio mercium. Illa vero mirabilis incarnatio Iesu Christi fuit commercium, quasi cōmutatio mercium, s. diuinitatis & humanitatis: Nam homo quodammodo cōcessit Deo homanitatem, Deus homini largitus est diuinitatē. Descendit diuinitas, & ascēdit humanitas, & exaltata est sup̄ choros angelorum: Vnde canitur, O admirabile commerciū, creator generis humani animatum corpus sumēs, &c. Not. ꝙ hęc dispositio est stricti præcepti: ibi, [Districte præcipimus.] cōcor de decimis, non est. Ex quo infertur contrafaciē-

cul. de cleric. coniu. ver. sed nūquid dices. Et not. Verbum, [Diœcesanis,] non dicit, ordinarijs locorum, sicut s. ea. compi. de seque. pos. c. 1. per quod videtur, ꝙ alij ordinarij licet in loco iurisdictionem habeāt, hoc non possint inquantum hæc constitutio nouum inducit. & facit quod dicam j. de iurepa. c. 1. post prin.

[Gl. seq. soluit dubiū de exēptis, circa ꝙ distinguit.]

b ¶ Clericos.] puta ꝙ includat etiam exemptos, qui delinquerent in loco non exempto: cum per id subsint diœcesanis: vbi vero delinquerent in loco exēpto, nō vr̄ quod ad illos extendatur hæc constitutio, cum excitet officium diœcesanorum tātum. ad hoc de offic. ord licet. & c. pen. maxime: quia q̄n iura ita volūt dare iurisdōnem super exemptos, hoc exprimūt, vt patet s. ea. compi. de s. negli. præla. c. vnico. cum suis cōcor.

c ¶ Carnificum.] carnifex dr̄ à carnifico, cas: quia carnes facit & vend. facit de appel. significante. vnde & homicidæ solent dici carnifices.

[Glo. seq. dicit vnde dicātur, causam ponit, & dubium soluit.]

d ¶ Macellariorum.] hi sic dicuntur: quia pecora vel quadupedia mactāt a macello. as, quod est mactare & trucidare. & p̄pter horrorem & vilitatem istorū duorum officiorum, s. macellarij & tabernarij, hoc est specialiter de his prouisum: & licet multa alia sint vilia, puta aptare pelles & coria, & his similia: tamen cōstitutio locum habet solum in expressis.

e ¶ Tabernariorum.] Taberna dicta est à tabulis, quæ mercibus substernūtur, & proprie dicit̄ domus in qua panis, vinum & carnes coctæ venduntur: talia loca nedum tenere, sed nec ingredi debēt clerici. eo. ti. clerici. 44. dist. clerici.

[Glo. seq. soluit dubium, & contrario respondet.]

f ¶ Publice & personaliter.] Coniunctim requirūtur hęc duo. si ergo occulte vel p̄ alium hoc exercet̄, cessat pęna, licet nō culpa. & sic soluit̄ ꝙ opponi posset d̄ decr. fundamēta. d̄ elec. li. 6. §. vt ergo. & §. seq. de dec. mulieres. de sen. excō. q̄ p̄ aliū. de reg. iur. li. 6. cū ꝯco.

g ¶ Nominatim.] i. p̄prijs nominibus eorum expressis: quasi nō sufficiat dięcesano monere in genere clericos diœcesis suę, vel clericos talis plebanat9, vel talis ecclesiæ: sed monere dēt exprimēdo illi9 vel illorū nomina.

[Glossa prima summat, diuidit, dicit q̄d determinat, & dubiū soluit.]

a ¶ Diœcesanis.] Casus: punit clericos cōiugatos, & alios personaliter & publice carnificum, & tabernariorum officium exercentes, q. per diœcesanos nominatim & tertio moniti illud officium non dimittunt, vel dimissum reassumunt. Excitat etiam diœcesanos contra illos clericos, qui sæculares actus exercent. Et tria facit: præcipit, punit, & excitat. secūda: ibi, [Qui si.] Tertia: ibi, [Aduersus.] Determinat & declarat decret. penult. in prin & vlt. eod. titu. & quod not. Guli. in spe

† Vide ꝯcil. Trid. sessio. 22. de reformat. c. 1. & Ber. Diaz in pract. crimi. canonica. c. 63.

Carnifex vnde dr̄.

Macellarii qui dicuntur.

nomina, & concor. de sen. excom. constitutionem. li. 6. & inf. de sent. excom. grauis. in fin.
a ¶ Tertio.] de sent. excom. sacro. & c constitutionẽ. li. 6. debet ergo habere aliquorũ dierũ interualla, ut ibi dr̃, nec vr̃ hoc sufficere ꝙ emanaret vnum peremptorium ꝑ hãc litteram.
b ¶ Moderãdum.] de appe. cum sit Romana.
c ¶ Nullo.] simile de coha. cleri. & mulie. sicut.
d ¶ Taliter.] scilicet per diœcesanos nominatim, & tertio præfixo termino (congruenti.
e ¶ Præmissum.] scilicet publice & personaliter.
f ¶ Resumpserint.] lapso termino. hoc dico: quia si habuisset terminum mensis, & v. die dimisissent, decimaquinta resumpsissent, dummodo intra terminum postea dimisissent, non esset locus pœnæ 1.
g ¶ Quandocũque.] quasi etiam post tempora longiora. & est simile de ord. cog. c. 2. Ioan. And.

[Glos. seq. litteram exponit, duas lecturas ponit, & inducit sim.]
h ¶ Omnino.] s. quo ad duo priuilegia, q̃ poterant habere, per decre. vnicam. de cle. coniu. lib. 6. & si hic coniũgis totam illam partem, scilicet priuilegium clericale quã diu, & c. multum facit ad id quod no. de cle. coniug. Ioãnes. in 4. q. sed si istud, omnino, intendit perpetuitatem priuationis inducere, vt si cõiũgatur hic illud verbum, solum. priuilegium clericale eo ipso amittãt, resultaret cõtrarius intellectus. similis disputatio de hac dictione, omnino. ff. de fideiussoribus. l. Græce. §. illud.
i ¶ In rebus.] proprijs, in quibus aliàs gauderent immunitate. eo. ti. c. vlt. de immu. eccle. c. 1. li. 6.
k ¶ Quamdiu.] Recuperabunt ergo desistentes priuilegium & facit de uita & hone. cle. c. vlt. & qđ ibi dixi post Inno. ibi etiam. no. Ber & facit quod not. 32. dist. nullus. & 81. dist. si qui sunt presbyteri.
l ¶ Eo ipso.] 2 Licet ergo sit necessaria monitio: nõ tñ est necessaria priuatio. concordat de sen. excom. in audientia. & c. contingit. simile de præb. extirpandæ. de rapto. excommunicationi. inf. de deci. ca. 1. de sta. mo. attendentes. in fi.
m ¶ Alios.] non carnifices, uel tabernarios.
n ¶ Instituta.] eod. tit. c. 2. & c. clerici. & ca. vnico. lib. 6. ne clerici vel mona. cap. 1. de sentent excommu. contingit.

† al. competẽtem.

1 Quia ĩ talibus finis ẽ spectandus. Pan. Cardi. Font.

2 De hoc verbo vide Ias. in l. Cẽturio ff. đ vulg. & Abbatẽ in c. 1. ĩ vlti. no. extra de sen. & re iudicata.

tio [a] moneãt, vt sic ab huiusmodi officijs intra conuenientem † terminũ monẽtium ipsorum arbitrio moderandum [b] desistant, & quòd ipsa nullo [c] vnquã tempore reassumãt. ¶ Qui si taliter [d] moniti ab his non destiterint, aut ipsa (vt præmissum [e] est) exercendo resumpserint [f] quandocumque [g], coniugati omnino [h], non coniugati vero in rebus [i]: & si omnino incedant vt laici †, in personis priuilegium clericale, quàdiu [k] præmissis institerint, eo ipso [l] amittant. ¶ Aduersus vero alios [m] clericos, negotiationibus vel commercijs secularibus, vel officijs non conuenientibus clericali proposito publice insistentes, vel arma portantes, sic canonica seruare studeant instituta [n], quòd & illi ab excessibus compescantur huiusmodi, & ipsi de dãnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi.

¶ Idem.

¶ Præmisso exordio punit primo clericos beneficiatos utẽtes publice uirgata uel partita ueste. Secũdo subdiaconos, et diaconos. Tertio, omnes clericos tõsuram publice cũ tali ueste portãtes. Quarto, habentes dignitatem, personatũ, beneficium curatum: & sacerdotes & religiosos publice portantes talem uestem uel infulã. Quinto: punit oẽs prædictos utẽtes tabardo notabiliter breui, integre foderato. Sexto: certas caligas clericis interdicit. Ioan. And.

CAP. II.

QVO-

Quoniam.] ¶ Diuiditur in sex partes, vt patet in rubro. Secũda: ibi, [Si vero.] Tertia: ibi, [Idẽ quoque.] Quarta ibi, [Dignitatem.] Quinta ibi. [Sed tales.] Sexta ibi, [Huic insuper.] Imola.

CASVS. Visum est sup. qualiter clerici dẽnt abstinere a quibusdã artibus: Sed quæritur vtrũ debeant abstinere a quibusdã uestibus: vel vtrum sit eis licitum vti quibuscunq. vestibus? Dicit ꝙ clerici dẽnt abstinere à veste diuerso colore colorata, & si utãtur publice, ipsi incurrũt pœnas hic contentas. Sed quæritur nunquid presbyteri possũt portare caligas scacatas? Dicit quòd non. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo, ꝙ per decentiam exteriorem cognoscitur honestas morum interiorum. No. quòd clerici prohibẽtur portare vestes diuersis coloribus coloratas: Vnde si sint clerici beneficiati, ipso facto sunt suspensi à perceptione fructuum sui beneficij per sex menses: Si non sunt beneficiati, tunc per sex menses sunt inhabiles ad obtinendum beneficium quodcunque. Si vero sint in dignitate constituti, tũc magis puniũtur. Not. ꝙ clerici interueniente causa sufficienti, puta causa timoris, pñt assumere vestes laici. Not. [virgata] idest, viridi. Not. [Sancimus.] vt sup. in clem. cum illusio de denuntiatione. Not. [Censemus.] vt sup. cle. causam. de electione. Not. [Tonsuram,] id est, coronam clericalem. de tõdeo. Not. [Deferentibus,] idest, portãtibus. à defero, defers, detuli: ꝙ est compositum de fero, fers, ut sup in cle. si ante, de dolo & contu. No. [personatum.] personatus, tus, tui. Et persona fœ. ge. est rationabilis creaturæ indiuidua essentia Et secundum hoc dicitur persona: quasi per se vna. & est etymologia. Et secundum hoc persona videtur spectare ad deitatem. Item persona dicitur histrio repræsentator comœdiarum: quia diuersis modis psonat diuersas ꝑsonas repræsentando. Et hinc ꝑsona dr̃ in Grãmatica ipsum suppositũ, q̃nque ꝓprietas suppositi, q̃nq; ꝓprietas vocis, q̃nq; vox ipsa, q̃nq; modus significãdi, & quandoq; personalis proprietas. Item persona dicitur in Ecclesia, qui dignitatem habet præ cæteris. Et hoc ab histrione sumptum est, qui diuersas ꝑsonas repræsentãdo, diuersos solet accipere ornatus, secundum dignitatem personæ, quam habet repræsentare. Et hinc tractũ est vt persona dicatur in Ecclesia, quę dignitas personatus dicitur, nam secũdum diuersos gradus dignitatis ꝑsonæ distinguntur in Ecclesia. Et hinc ẽt tractum est, vt in Grãmatica vna persona dicatur prima, alia secũda, alia tertia, quod fit ratione dignitatis. Inde venit hic ꝑsonatus, tus, tui, dignitas vel officiũ ꝑsonę, secũdum Hug. & hæc personalitas, tatis. Not [per decentiam,] idest, per conuenientiã habitus: quia non omnes habitus sũt conuenientes clericis. Not. ibi, [Scacatis.] ꝙ scacatio dr̃ claudũ vel claudico, siue inæqualitas, & est Grecum & inde sumptũ est hoc nomẽ scacatus, ta, tum. Et dic caligis scacatis., idest, inæqualibus. Glo. tractat pro residuo. Not ex causa rõnabili licitum est clerico vti veste virgata vel partita, & dic rationabilem causam, scilicet timoris, eo. tit.

tit.clerici. Not.ꝙ hic punitur solum qui publice vtit̃ tali veste:secus ergo si occulte , puta in camera vel in prādio:vt quia caret alio panno.Solus ergo publicus vsus hāc pœnā meret̃.si.s̃.c.proxi.secūdū Pau. Zabar.

[Glo.prima summando diuidit,& dicit ad q̃d ema nauit.]

† Hāc cō stitutionē innouat & ampliat cōc. Trid. ses. 14. de re for.c.6.

a ¶ Quoniam] Casus:præmisso exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata vel partita veste : Secūdo subdiaconos & diaconos. Tertio, omnes clericos tonsurā publice cum tali veste portantes. Quarto habētes dignitatē , ꝑsonarū, beneficiū curatū,& sacerdotes & religiosos publice portātes talē vestē vel infulā . Quinto punit omnes p̄dictos vtētes tabardo notabiliter breui, integre foderato. Sexto certas caligas clericis interdicit. emanauit executiue ad iura 21.q.4.per totum.eo.tit.c.penult.

Quoniam [a] † qui abiectis vestibus proprio congruentibus [b] † ordini, alias assumere,& in publico portare rationabili causa cessante [c] præsumit, professorum illius ordinis prærogatiua se reddit indignum [d] : Præsenti constitutione sancimus , quòd quicunq; clericus [e] virgata vel partita [f] veste publice [g] vtetur [h] (nisi causa rationabilis [i] subsit) si beneficiatus extiterit,per sex mēses [k] à perceptione fructuū beneficiorū [l], quæ obtinet , fit † eo ipso [m] suspensus [n]. Si vero beneficiatus non fuerit; in sacris tamē ordinibus citra sacerdotium [o] constitutus , per idem tempus [p] reddatur eo ipso inhabilis [q] ad ecclesiasticum beneficium obtinendum. Idem quoque censemus de clericis alijs [r] vestem talem [s] simul & tonsuram [t] publice deferentibus clericalē. ¶ Dignitatem vero , persona-

† al. ita: fit ipso facto suspēsus.

b ¶ Congruentibus.] congruentia vestium respicit non solum clericos, de quibus hic & in iuribus p̄allegatis,& monachos,de quib. ĩ.de sta. mona.ne in agro.sed etiā omnes laicos.41.dist.§.1.& c. parsimoniā. 30.dist.si quis virorum.& variatur ex diuersitate sexuum.ea.dist.si qua mulier.

c ¶ Cessante.] sup.eo.Deus qui.

d ¶ Indignum.] de sent.excom.in audientia. eo.tit.si iudex laicus.lib.6.de iniu.item apud.§. si quis virgines.& est simile de stat.mona.recolentes.

Clericus est q̃ primā tonsurā habet.

e ¶ Clericus.] includit habentem primam tonsuram tantum de æta.& qualita.cum contingat.

[Glo. seq.allegat duas concor. & dubium soluit.]

Vestes virides & rubeæ, sunt clericis prohibitæ.

f ¶ Partita.] dicit canō, ꝙ diuersi coloris , vel diuersæ patris vestis esse non debet.20.q.1.c.vlti.in fi.alibi, ꝙ vestis non debet esse varia sericis texturis,nec habere variorum colorū ornamenta. 21.q .4.c.1.in fi.Et ꝙ licet vestes rubei & viridis coloris prohibitæ sint clericis.s̃.eo.c.pe.pœnæ tamen istius constitutions locū habent solum in vestibus hic expressis. & concor. quod dixi sup.c.proxi.

g ¶ Publice.] concor.sup.c.proxi.

ADDITIO. Dicit Lau. ꝙ dicitur publice portare cum multitudini hoc patet:sicut etiam dicitur publice aleator,vel vsurari⁹,vel maleficus,vel meretrix,ve excōicatus.de exces.prælat.inter.de malefi.c.2.de exceptione exceptionē.34 dist.vidua. In domo vero dicitur secrete:quia domus rem secretam,& non publicam denotat.6.q.1.ex merito.Zabarella.

[Glo.seq.soluit dubium,& solutionis obiectionē.]

h ¶ Vtetur.] vestibus ergo etiam prius factis publice vti non poterit sine hac pęna, nec propter hoc constitutio respicit præterita:damnat enim solum futurum vsum.& facit quod dixi sup.ea.compi.de æta & quali. vt hi qui.in glo.quòd postetis.

i ¶ Rationabilis.] puta timoris.eo.tit.c.penult.

k ¶ Sex menses.] inchoandos post talem publicam delationem.

[Glo seq.quæst.soluit,& rationem reddens contrario respondet:inducit simile,& dubium soluit.]

l ¶ Beneficiorum.] omnium,propter indefinitam.de hoc de elect.vt circa , lib.6. offendit enim vniuersum statū Ecclesiæ,nec minus vnam ecclesiam q̃ aliā.& sic soluit̃,de elect. si cōpromissarius.§. huiusmodi. & §. seq.lib.6.vbi specialiter offenditur ecclesia,ad q̃ indignus eligitur,vel ad quam dignus electus impeditur: & est simile ĩ.de pœnis c. [illegible] talis eligere, de elec. cum V[illegible]

m ¶ Eo ipso.] hic ergo non est necessari[illegible]

[Glo. seq. primo soluit tria dubia: secundo quærit & soluit,& de duobus remittit.]

n ¶ Suspensus.] si tamen interim illos ꝑciperet , non est irregularis,cum hoc non sit expressum in iure. de sent.excom.is qui lib. 6. nec beneficijs priuatus,cum hoc hic nō exprimatur , sicut in casu, de elect.ca.1. §.fi.& c. cupientes.§. cæterum. lib. 6 tenetur tamen ad ipsorū restitutionē. Sed cui fiet restitutio?hic videndum est cui accrescant fructus tempore suspensionis,puto ꝙ quotidianæ distributiones accrescāt socijs,vt dixi s̃. ea. compi de æta.& qualita. vt hi qui.fructus p̄bēdæ vel distincti beneficij accrescant ecclesiæ. de cleri.non resi.c.penult.& sic intellige quod not.91. dist. clericus victum.& quod not.Inn. de choa. cler.sicut. Quid aūt si isti suspensi nollent interim officiare ecclesiā,& an interim eligant vel eligantur? Vide quod not.in præalleg.§.cæterum.in glo.non ergo.

Suspensionis tp̄e durante cui accrescūt fructus clerici suspēsi.

o ¶ Sacerdotium.] hic ergo est ius diuersum inter sacerdotium & alios sacros ordines.concor. 54. dist. ex antiquis.ne cle.vel mo.c.fi.

p ¶ Per idem tempus.] sex mensium.

q ¶ Inhabilis.] tenet Guli.in Spec.tit.§. superest.versi.sed nunquid potest, ꝙ legatus & episcopus hāc pęnā infligere possint,etiam in perpetuum clerico & laico ex cā. & vides ꝙ in defectum beneficij succedit hæc pęna [1] inhabilitatis; alibi deficiēte beneficio succedit pęna excommunicationis.ĩ.de deci cap.1.

1 Notat Imo.ꝙ inferior à Papa ex statuto inhabilitare pōt clericos ad obtinēda beneficia Font.

r ¶ Alijs.] qui nec beneficiati sunt,nec in sacris.

s ¶ Talem.] virgatam vel partitam.

[Glo.seq infert ex copula , & arguit. Secundo q̃rit; quæstionem declarat soluit.opi.ponit.Tertio, specialia quærit & soluit.

t ¶ Et tonsuram.] si ergo vestem ferant siue tōsurā,nō est locus pęnæ. & facit ad ea q̃ not. & scripsi de apost. tuæ. vides enim ꝙ constitutus in minoribus,sæcularibus vestibus vtens,non incurrit hāc pęnā,nisi immisceat tonsurā.Et quia de tonsura clericorū iura varijs verbis vtuntur: quædam dicūt rasuram in parte superiori admodum sphæræ.24 dis.§.clerici.& c.seq.Dicitur autem sphæra rotunditas, vel corpus,seu spatium rotundum:quædā dicūt coronā & rasurā.12.q. 1.duo sunt quædam tonsuram & coronam. eo. tit.clerici.de cle.contu.cap.vlt.& ĩ.de celeb.Mis.c.1. quædam simpliciter tonsuram.eo.tit.clericus.simile de cle.coniu. Ioannes.& c ex parte.eo.tit.c.vnico.lib.6.& eo.lib.de biga.altercationis. de senten. excom. si iudex.& hic, quid hæc verba intendant,videamus. Circa hoc sciendū,ꝙ clericis deputatis ad diuina ministeria,cōpetit rasura & tonsura in modum coronæ ratione figuræ; quia corona est signum regni & perfectionis,cū sit circularis carens angulo , in signum carentiæ sordiū,q̃a vbi angulus,ibi sordes.se ergo & alios virtutibus regere,& sordib.mundare dēnt :& sic in Deo regnabūt,vt in prædi.decre.duo.per rasurā autē ex parte superiori

Corona, tōsura, & rasura differantes aliqualiter quid in clericis repræsentant.

Sordes sunt in angulis.

capilli

capilli subtrahuntur,ne mens ipsorum per occupationes temporales retardetur à cōtemplatione mysteriorū diuinorū. Summitas enim capitis est eminentia mētis. facit de sacra vnct. c. vnico. versi. in vertice p ipsi⁹. ergo denudationem mentis releuatio designatur: Et q̃a cōuersi ministerijs diuinis non occupantur, superius non radduntur: licet inferius tondeantur, quia tēporalia deponunt. Tōsura vero ex parte inferiori capillos tōdet vsq; ad releuationē sensuum, scilicet visus & auditus: ne scilicet oculos vel aures impediāt. & est signū ꝙ pscindēda sunt vitia cordis & corporis ne intuitū diuinorū impediant: & ex his debetur corona cælestis. Vnde dicit canō, ꝙ incedere debēt clerici detonso capite & patentibus auribus. 24. dist. c. penult. Ex pdictis videt ꝙ proprie rasura respiciat partem superiorem: quā dicimus clericalē: corona, circulum capillorum: tonsura, abscissionē ipsorum. facit de sent. excom. contingit. 2. ibi, circuncisis crinibus. Hostiensis tamen in decre. clerici. eod. tit. vt ibi scripsi, qđ s̃. dixi clericam, vl̃ vocare tonsuram, dicens ꝙ maiorē tonsuram, & altiorem & rotundiorem coronam dēt habere monachus, quàm clericus. & notauit etiam de hoc in summa, eo. tit. §. 2. Hęc dicta ad discutiendū an tonra cōsistat in clerica, vel in tōsione criniū, vel in vtroque: & specialiter per hoc ad textū, an clericus in minoribus deferens talē vestē cū clerica & longis crinibus, vel ecōtra tonsis crinibus, sed sine clerica incurrat hāc pœnā. Et in primo casu, si clericā caputio vel aliter cooperit, & in secūdo, si tonsionē criniū coopertā portat forte vestito caputio: certū est ꝙ non est locus pœnæ: per verbū, publice, quod respicit vtrumq; s. vestem & tonsuram: remanet ergo dubium cū alterū solū defert & publice, egeret declaratione: sed credo de mente, ꝙ si tantū in publico exhibet, ꝙ videatur clericus cū ea veste, locus sit pęnæ. raro enim vel nunquam in capite caputiū, birretum, capellum vel aliquid tale deferens, ostendit vtrumque.

† al. pileum iuuenum.

Clericus aures habeat patentas.

tum seu beneficiū aliud obtinens, cui curæ immineat animarum, necnon cęteri in sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci [a] morum intrinsecam honestatem ostendere, si (præterquā ex causa rationabili) publice vestem ferant huiusmodi, aut infulam [b] seu pileum † lineum [c] publice portent in capite, sint eoipso beneficiati, videlicet à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, suspensi per annum. Cæteri [d] vero sacerdotes & religiosi quilibet per idē tempus [e] reddātur inhabiles ad quodcūq; [f] beneficium ecclesiasticum obtinendum. ¶ Sed & tales [g] & cæteri quicunque clerici vtentes epithogio [h] seu tabardo foderato vsque ad oram [i], & ita breui, quòd vestis inferior notabiliter videatur [k]: epithogiū ipsum † sæculares clerici & religiosi administrationē habentes, teneantur intra mensem [l] dare pauperibus. Cæteri vero religiosi administrationem non habētes, intra idem tempus illud teneantur suis superioribus assignare in pios vsus aliquos conuertendum [m]. Alioquin beneficiati suspensionis, cæteri [n] vero inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus [o] se nouerint incurrisse. Huic insuper adijcimus sanctioni [p], vt clerici præfer-

[Glo. seq. notat ad quæstionem disputatam.]

a ¶ Extrinseci.] Hæc littera & principium huius capituli ibi, in publico portare, facit ad quæstionē olim disputatā de monaco, qui bene portat habitum suum quē tñ cooperit habitu clericorum sæculariarū, ꝙ sit apostata: & ita fuit hic terminatum. & inducebatur decre. penult. eo. tit. de iudæ. in nonnullis. & ponitur in mercuria. sub tit. de apostatis.

b ¶ Infulam 2.] Sumitur interdum pro corona imperiali. C. de quadri. præ. l. fi. quandoque pro alba falscio la sacerdotalis capitis, & ideo submisit. seu pileū, qđ dr̃ à pilis, quia pilos capitis tegit, & stringit. & nota ꝙ etiam diaconum portantem infulā non punit hæc cōstitutio: nisi sit de hic expressis.

c ¶ Lineum.] idē puto si sericū, quod apud nos multum est in vsu, cum maior vel saltem eadem sit ratio.

d ¶ Cæteri.] nō beneficiati, & religiosi pęnam hic expressam incurrunt vltra pęnā excōicationis, qua ligātur per aliam constitutionē de cleri. vel mo. c. 2. lib. 6.

e ¶ Per idem tempus.] annale.

f ¶ Quodcunque beneficium.] includit prestimoniam, vel pēsionē, quā haberet in titulū facit quod dixi de reler postulasti.

g ¶ Et tales.] de quibus proxime dictum est.

h ¶ Epithogio.] Dictū est ab epi, quod est supra, & tego tegis.

i ¶ Oram.] sine aspiratione designat finē vel extremitatem rerum, præcipue regionum & vestium. Vnde dicitur 1. Regū. 24 ꝙ Dauid pcidit orā clamidis Saulis. 2. q. 7. §. de his. & Genesis 42. Repererūt in ora saccorum ligatas pecunias. ad Hebræos 11. Sicut arena, quæ est ad oram maris. Non aspiratur etiam qñ scribitur pro plurali, de os, oris. aspiratur autē qñ designat tempus: vt horā Tertiæ, vel Nonæ.

k ¶ Videatur.] Dicit canon ꝙ superior vestis clericorum debet esse talaris, idest, longa vsque ad talos. 23. dist. penult. & si breuitatē vestis superioris diceremus huius constitutionis cām, videretur constitutio locum habere etiam in tali tabardo non sic foderato: quod non credo, cum sit pęnalis & sic non extendenda. de electio. statutum. lib. 6.

l ¶ Intra mensem.] quia supra dixi vtentes, videtur ꝙ mensis incipiat post inchoationem vsus.

[Glo. seq. arguit, quærit & soluit.]

m ¶ Conuertendum.] facit ad not. 12 q. 1. non dicatis. ꝙ monachus administratione carens eleemosynā facere non possit. Sed quid si talis monachus erat in studio de licentia abbatis, à quo multū distat? Satis puto ꝙ tunc q̃uis administrationē non habeat, hanc erogationē facere possit: per ea quæ not. Host. in summa de pœnit & remis. § quibus & qualiter. char. pen. ver. qđ de facientibus eleemosynam. vbi tenet ꝙ monachus, qui de licentia abbatis est in studio vel peregrinatione, potest facere gratuitam eleemosynā moderatā allegat de offic. de eg. præterea. ff. de procu. ad rē. & l. ad legatum. de iud. si longius. fortius ergo faciet hāc necessariam. & facit quod not. de accu. ex parte.

n ¶ Cæteri vero.] non beneficiati.

[Glo. seq. ponit tres lecturas.]

o ¶ Per idem tempus.] annale, vt sic respiciat qđ proxime dictum fuit, à ver dignitatē, citra. vel vt restringatur pęna potest intelligi de sex mensibus, de qbus in principio dixi t. vel dic diuersificari pęnas pdictas, scilicet anni & sex mensiū secundū qualitates diuersas clericorum, de quibus præmisit, vt semestre locū habeat in ijs, de quibus loquitur vsque ad ver. dignitatem. annus in alijs.

[Glo. seq. soluit obiectionem & dubium.]

p ¶ Sanctioni.] nō dicit ꝙ iste finis sit sāctio, sed additur

1 Infula fascia erat in modum diadematis (vt ait Seruius li. 10. AEneid.) à qua depēdebāt vittę ab vtraque parte.

† al. ipsi

Ora sine aspiratione & cū aspiratione, qd denotat.

Eleemosynam facere, an sit monacho pmissum.

car sanctioni. In præcedentibus.n.constitutio est pœnalis,hic non. hoc dico propter not.3.dist. in fin.summæ.erit autem hic locus pœnę arbitrariæ, ex quo certa non statuitur.de offic. deleg.de causis.

a ¶ Presertim.]pro maxime.

b ¶ Caligis.] 23.dist. clerici.

c ¶ Viridibus.]isti colores in ipsorū vestib. erant prohibiti.eo.tit. cap.pen.& vide quod ibi scripsi.

d ¶ Vtātur.] Prouidit Clemēs circa infulas, caligas,& vestes, prouideat successor circa scarpitulas, quarū per forationem vel incisionem multiformem superstitiosa curiositas apud clericos pullulans adinuenit.

rim a beneficiati,caligis b scacatis,rubeis,aut viridibus c publice nō vtātur d.

TITVLVS II.

De præbendis & dignitatibus.

¶ Clemens v.in concilio Vienen.

DE PRAEBENDIS & dignitatibus.

Cōtinuatio. [Visum est supra de vita & honestate clericorum: verum quia clerici non possunt viuere nisi habeant beneficia & dignitates:vnde cōmode possint vitam sustentare:ideo,&c.

¶Clausula inserta litteris gratiosis super dignitate cōcessis, per quā prouideri mādatur, ne animarum cura,si dignitati imminet,negligatur: uel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis, non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, uel ad quam quis per electionem assumitur. hoc dicit.Ioan.And.

CAP. I.

SI dignitatem e habenti de alia prouideri mandemus f †, dispensantes g cum eo, ut simul vtramque ualeat retinere h : de animarum cura,quę illis,vel

SI dignitatem.] ¶ Duo sunt dicta,secundum: ibi,[Ad hoc.] ¶ Presupponendum est quod habetur in c.cum in illis. eo. titu.in sexto, quia ad eius declarationem fuit facta hæc Clementina,videlicet,quòd si Papa mandet prouideri alicui de aliquo beneficio , virtute illius mandati non potest prouideri de beneficio curato, nisi expresse fiat mentio de beneficio curato.Secundo præsupponendum est quod dicitur in eo. ca.cum in illis. quod si Papa mandet prouideri alicui de aliqua dignitate vel personatu,virtute illius mandati non potest prouideri de dignitate electiua,nisi expresse caueatur in litteris de beneficio electiuo.

CASVS.Habebā vnā dignitatē:volui hēre aliā, cuius collatio pertinebat ad Papam, quia forte collationē illius dignitatis sibi reseruauerat, vel vacauerat in curia Romana,vel forte impetrauerā ab ipso iure præuētionis:porrexi preces supplicatorias Papæ,ut mihi cōferret illam dignitatem,& in precibus continebatur,quod habebam aliam dignitatem. & petebam dispensari ad obtinēdam aliam,in qua imminebat cura animarum: Papa dispensauit:in litteris non fuit appositum quod illi dignitati imminebat cura animarum: sed tamē apposita fuit hęc clausula,prouiso quod cura aīarum nullatenus negligatur:Quęritur vtrum illa clausula sit sufficiens,vt mihi prouideatur de illo beneficio cui imminet cura aīarum?Dicit Clemens quod non , nisi in litteris ponatur talis clausula:prouideas tali habēti tale beneficium,cui imminet cura aīarum de tali beneficio, cui ēt imminet cura animarum.Sed quid si Papa mādet quod mihi prouideatur de dignitate ad cuiuscunque collationē,prouisionē,vel institutionem pertineat,& non dicit electionē:tū in prohibitione fecit mētionē de electione sic dicēdo:Inhibeatis oīb. ad quos pertinet institutio uel electio,vt nihil hēant attētare in preiudiciū nostri:Quæritur,vtrū virtute illius rescripti possit mihi prouideri de dignitate electiua? dicit quod nō , nisi fuerit ēt facta mētio de dignitate electiua in parte dispositiua rescripti. vn̄ in rescriptis Apostolicis sūt multæ partes,s.salutatio,exordium,narratio,dispositio & prouisio.No primo iuncta gl.quod licet Papa in litteris gratiæ faciat mētionem de beneficio aliquo incompatibili,non propter hoc vr̄ secum dispensare : sed solum mētio illius beneficij incompatibilis hoc operatur,quod collatio alterius nō erit surreptitia.c.nō pōt.eo.ti.in 6. Et hoc verum, nisi Papa proprio motu illi cōcederet beneficium.cap.si motu proprio. eod. titu. in 6.immo secundo impetrans debet petere a Papa,vt secum dispēset',aliàs non posset obtinere. Not.secundo,quod impetrans aliud beneficium debet facere mētionē de qualitate sui beneficij,an fuerit dignitas cui immineat cura animarū, vel non.No.tertio differentiam inter litteras gratiæ & litteras iustitiæ, quia litteræ gratiæ vitiantur, & sunt ipso iure nullæ, si fuerunt obtentæ per surreptionem : Litterę vero iustitiæ nō sūt ipso iure nullæ, sed veniunt annullandæ per excepionem. c.cū dilecta. de rescriptis. in antiq.Not.quod executor mandati Apostolici non potest alicui prouidere de dignitate electiua , nisi fiat expressa mentio de dignitate electiua in mandato in parte dispositiua.Not.[Dispensantes.]Dispensatio est iuris cōis prouida relaxatio,vtilitate seu necessitate pensata,secundum Guli. in Specu.tit.de dispensa.Vel sic,Dispensatio est rigoris iuris per eum ad quem spectat canonice facta relaxatio.1.q.7.nisi rigor.& c.seq. Capit tn̄ quandoque dispensatio improprie , scilicet pro iuris declaratione, vt in ca.Quintauallis.de iure iur.No.in §.ad hoc.ibi,[Consueuit.] quod per cōsuetudinem dignitas efficitur electiua pro hoc eo.tit.cū de beneficio.lib.6 Zaba.

† De mādatis de prouidendo, vide quod nouissime sanciuit cōcil. Trid. sessio.24.ca. 19.

[Glo.prima summat, diuidit , & dicit quid principium approbet.]

e ¶ Si dignitatem.] Casus.Clausula inserta litteris gratiosis super dignitate concessis, per quā prouideri mandatur,ne animarū cura, si dignitati imminet,negligatur:vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis, nō facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, uel ad quam quis per electionem assumitur. Duo sunt dicta.Secundum ibi: [Ad hoc.] Quod in principio dicit de dispensatione,vsq. ad ver.quamquam. tenebat Hosti.de rescrip.postulasti.Guli.in Spe.de leg §.videndū. versi.sed nunquid nocet.

f ¶ Mandemus.] idem puto si prouideat, dum tamen non motu proprio.inf.c.3.cum eadem sit ratio.

[Glo.seq.prorogat dictum.]

g ¶ Dispensantes.] Quid si nulla fiat dispēsatio super pluralitate,sed solū prouidere mandat de dignitate:nō adiecto de cura,postea sumit hæc clausula?Dicas idē, cū eadem sit ratio.Sed quia clausula illa poni nō solet nisi cū fit dispēsatio super pluralitate,uel simili facit de offi.ord.c ordinarij.§.prouideat.li.6.ideo sic loquitur, similis,ideo dixi,quia qn̄ fit super ætate,ordine vel residentia,etiam apponi solet hæc clausula.vnde quamuis in litteris gratię super his dispensetur,adiecta ista clausula,gratia tamen non extenditur ad curatam.

h ¶ Retinere.]quod non posset sine dispensatione ex vi expressionis,vt eod.tit non potest.§.fi.lib.6.

CASVS. Aliquis pauper clericus promotus ad sacros ordines sine titulo vnde possit sustentari, accessit ad Apostolicã sedem, & notificauit Papæ, qđ suus episcopus sine titulo eum ordinauit, & q recusauit sibi puidere de aliquo beneficio vnde possit sustentari, adeo q ipse clericus cogitur mendicare. Papa deputauit aliquos ad ipsum examinandum, an esset idoneus scientia ad obtinendum beneficium: hoc facto, quia constitit Papæ q erat idoneus, ipse mandauit episcopo cum decreto irritante, vt si cõstaret istum pauperem clericum esse vitæ laudabilis & honestæ conuersationis, sibi cõferret beneficium certi valoris, puta xx. vel xxx. librarum, vel etiã minoris valoris, si ipse vellet acceptare: antequam executor istarũ litterarũ præmisisset inquisitionẽ super vita laudabili istius clericis pauperis: vacauit beneficiũ valoris xx. vel xxx. librarum, quod beneficium ordinarius cõtulit alteri: Quęritur, vtrum valeat talis collatio? Videtur q non: quia in mandato cõtinebatur decretum irritans, quod ligat manus ordinarij, ne possit conferre illud beneficium: Tamen dicit Romanus Pontifex, q collatio per ordinarium facta valet: quia decretum erat conditionale: Vel etiam ponamus q executor fecerat inquisitionẽ super vita & honestate istius clerici: tamen beneficiũ istud erat minoris valoris xx. vel xxx. librarum, & scribebatur sub conditione, si vellet acceptare, & antequam iste clericus illud beneficium acceptasset, ordinarius contulit alteri, quæritur, vtrũ valet collatio? Dicit qđ sic. Sed quid si mandabatur isti clerico prouideri de beneficio vacãte, vel proximo vacaturo, si intra mensem ipse acceptat cũ decreto irritante: tamen ordinarius cõtulit alteri intra mensem, quæritur, vtrum valeat collatio; Dicit q nõ: quia tempus videtur apponi in fauorem acceptantis. Sed quæritur quando dicatur iste clericus acceptasse beneficium: vtrum solum quando exprimit verbũ acceptationis coram executore, dicendo: accepto illud beneficium, & peto vt mihi conferatis: vel quando non exprimit, accepto: sed tantum dicit, cõferatis: Respondet qđ sufficit petere collationem beneficij sine expressione verbi acceptationis. Sed quæritur quando currit tẽpus illius mensis intra quem pauper clericus potest acceptare? Dicit quod tempus incipit currere à tẽpore scientiæ & notitiæ, quo ipse scit beneficium vacare. Sed quæritur vtrum ad hoc qđ ipse dicaẽ habere notitiam, & scire beneficiũ vacare, requiratur qđ aliquis sibi notificet, dicendo, vade ad collatorem, vacat tale beneficium, quod potes acceptare intra mensem. Respondetur qđ hoc nõ requiritur, immo dr̃ habere notitiã vacationis illus beneficij, ex quo vacauerit publice: immo sibi imputabiẽ si ipse nõ fecerit inquisitionẽ. Not primo iuncta gl. qđ qñ Papa scribit p clerico paupere, ipse

† Nota promouẽdus ad beneficiũ dẽt esse idoneus, de quo p ter docto res, hic vid canonistas in c. si eo tẽpore. de rescri. li. 6. & in c. ei cui. de præbend. eod. lib. Abbatem ĩ c. dudũ. de ele. & Felynũ ĩ ca. vlt. de psump.

pere ipse cõsueuit illum facere examinari, vtrum sit scientia idoneus, postea mandat vt sibi conferatur beneficiũ si cõstiterit ꝙ sit vitæ laudabilis & honestæ cõuersationis. Not. secundo, ꝙ qñ scribitur ꝓ clerico paupere sub forma prædicta cũ decreto irritante, illud mandatum nullas habet vires, nisi prius cõstiterit de vita laudabili: ideo est consilium ꝙ impetrans citius quàm poterit faciat inquiri de sua vita & conuersatione. Nota quod si mandetur epõ vt cõferat beneficiũ certi valoris, ipse eps non põt conferre beneficium maioris valoris nec minoris: quia verba grãe nõ sunt amplianda nec restringenda. Nota ꝙ decretum cõditionale irritãs non habet effectum, nisi impleta conditione. Not. ꝙ qñ Papa scribit, cum decreto irritãte, si acceptet ꝯ. certum tempus, manus ordinarij sunt ligatæ vsque ad illud tempus. Not. ꝙ nõ refert qñ quis acceptet beneficium verbo, vel re ipsa. Not. ꝙ promouendus ad beneficium, dẽt esse idoneus in scientia, & q̃ scientia exigitur not. Inno. de ele. cum in cunctis, in prin. Not. ꝙ promouendus debet esse vitæ laudabilis, & hoc perpenditur ex bonis operibus, & abstinentia vitiorum, secundum Pau. Zabarella.

ei a, quem in scientia reputamus b idoneũ, c si ꝑ d inquisitionẽ e executoris sibi deputati à nobis repertus fuerit esse vitę laudabilis, & conuersationis honestæ, de beneficio certi valoris f alicui prouideri mandamus, adijciẽtes g, quòd de beneficio minoris valoris possit eidem si voluerit h prouideri, ac extunc i † etiam inane decernentes & irritum si secus à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari k: Quia decretum huiusmodi in euẽtum dumtaxat prædictarum conditionum suum sortitur effectum l: antequam extet m prima conditio, beneficium prætaxati valoris, & etiam minoris, priusquam suã impetrans super valore huiusmodi voluntatẽ declaret n, conferri libere poterit per ordinariũ o aut alium executorem p à nobis ad prouidendum de tali beneficio

† In antiquiorib. libris cõstãter legis, ac ex nunc.

[Prima gl. sũmat, & diuidit, & dicit q̃d determinat.]

a ¶ Cum ei.] Decreterum cõditionale ante cõditionis euentũ non afficit potestatem ordinarij vel alterius collatoris: secus qñ acceptationi bñficij tẽpus adijcit̃ cum decreto. Et qui beneficium vacans ab executore petit vel recipit, illud intelligitur acceptasse: quæ vacatio nõ dr̃ expectãti, ex quo in loco bñficij publice scitur. Partes patent. Secunda: ibi, (Secus.) Tertia: ibi, (Quinetiam.) Quarta ibi, (Cæterum.) Et determinat casus dubios circa decr. quia cunct. it. eo tit. lib. 6.

b ¶ Reputamus.] ꝑ relationẽ examinatorũ ad hoc d̃putatorũ, q̃b. creditur: & est ista forma pauperum, in qua fit examinatio quomodo legãt, cãtẽt, & cõstruã.

c ¶ Idoneum.] iunge hic litteram, prouideri mandamus de beneficio, &c.

d ¶ Si per.] ecce conditionem de qua inf. loquitur.

e ¶ Inquisitionem.] An ad hanc vocanda sit pars, plene not. sup. ead. compil. de offic. dele. c. vnico.

f ¶ Valoris.] De pensione prouideri non posset, de præben. quamuis 1. lib. 6.

g ¶ Adijcientes.] nisi hoc fuisset additũ, de beneficio minoris æstimationis ẽt sibi volenti prouideri nõ potuisset, de præben. cui de non. §. vlt. lib. 6.

h ¶ Si voluerit.] secunda conditio.

[Glos. seq aperit dubiũ; & responde & ꝯ opi. notat.]

i ¶ Extunc.] Hoc fortificabat dubiũ, quasi à tempore datæ Papa voluerit ꝙ decretum afficeret, sed ꝯrium respõdetur, & supplemus ex nunc vt valeat extunc 1. Facit de vot. & vot red. licet ad fi. & sic facit hæc littera ꝯ Aegi. pro Inno. Host. & Abbate in eo quod scripsi de appel. præterea 2. super ver. excommunicatum.

K ¶ Attentari.] non dicit ẽt ignoranter, & tñ ex inferioribus patet, ꝙ certis casibus hoc decretum afficit ignorantes, per quod patet, quod decretũ Papæ afficit ignorantes, & de hoc de electio. si eo tempore. lib. 6. & probatur de præbend. c penul. eod. lib.

l ¶ Effectum.] Aliàs fuisset editum super incerto, eod. tit. c. 1. §. subiunctum. in fin. lib. 6.

1 Imola notat hic ꝙ clausula, ex nũc prout ex tũc, respicit conditionẽ extantẽ, nõ tps actus celebrati. remittit ad not. in l. 1. C. de codicill. & l. hmõi. de uerb. ob. l. lecta. si cert. pet. F. nec interim legat. Oldr. q. 175.

[Glo. seq. exponit, & consulit.]

m ¶ Extet.] prima. s. ꝙ per executoris inquisitionem sit repertus, & c. vtile consilium est ꝙ super illa pronuntiet executor: vel quòd facta mentione de illa in hibeat vel saltẽ suam ptãtẽ insinuet collatori, aliàs non facile forte constare posset conditionẽ extitisse.

n ¶ Declaret.] ẽt in executoris absentia: dummodo de ea constet, vt infra dicam.

o ¶ Ordinariũ.] Hoc probamus ꝑ prædict. decr. 1. eo. tit. lib. 6. vt sicut ibi decretum datum cum beneficio acceptandi, ante acceptationem non impedit potestatem ordinarij: ita nec datũ sub cõditionib. istis, vel alijs ante conditionis euentum. Io. And.

[Glo. seq. fortificat textum. secundo tribus rationibus quæstionem soluit. solutioni obijcit, & respondet, opi. ponit, & dicit primum æquum, tertio format dubium, & soluit.

p ¶ Executorem.] Si. n. non afficit potestatem ordinarij, ergo nec executoris alterius, qui maior est ordinario, de offi. deleg. sane 2. & cũ hoc oporteat intelligi de executore secundo: primus. n. cõferret beneficium ẽt postq̃ euenisset conditio. Item cũ hic dicatur ꝙ secundus confert ante condi ionis euentũ, per qd̃ à ꝯrio infertur ꝙ postq̃ euenisset conditio primi, cõferre nõ posset 2. Itẽ cum generaliter de executore loquatur, per quod ẽt executorem in forma gratiæ vr̃ includere: hic vr̃ solui ꝙ hic fuit disputatũ, an impetrans primo in hac forma pauperum præferatur secũdo, qui impetrauit in forma gratiæ in eadem ecclesia, vel ad collationẽ eiusdẽ, & ponitur in Mercuriali in littera N, sub tit de præben. hic. n. vr̃ ꝙ dummodo conditio præcesserit vacationẽ vel saltem collationem factam secundo, debet̃ primo 3. Facit de rescr tibi qui lib. 6. sed obstat eo. lib. & tit. c. si pro te. Sol. ibi cõditio pendebat ex alterius arbitrio: ita ꝙ illo recusante nullũ ius hẽat impetrãs: hic vero pẽdet ex existẽtia rei 4, vt in primo casu, vel ex volũtate ipsius cui facta est grã in secũdo. Ali quib. vr̃ ꝙ secundus impetrãs ante conditionem in forma gratiæ ꝑferat̃, & ſm hoc licet hęc prima conditio quo ad idoneitatem personæ sit de ꝑsenti, inquisitio tñ circa id fienda est de futuro. De secunda ẽt nõ dubitatur quin sit de futuro, & ſm hoc sequeretur ꝙ si duo impetrauerunt sub hac forma, si secundus primo præuenit ad cõditionem, erit potior 5 cum prius ipsius decretum afficiat, vt hic. facit prædi. decre. si pro te. & quod not. eo. tit. si soli. lib. 6. æquum vr̃ quod prius dixi, vt ex quo cõditio primi pręcessit collationẽ factã secundo, præferatur primus secundo habenti formã gratiæ vel pauperum: nec verum est ꝙ semper debeatur illi ꝓ quo prius est affecta, vt ꝓbat prædi. decre. tibi 6. sit ergo est fortior gratia cõditionata ex existẽtia rei vel voluntate eius pro quo scribit̃, q̃ depẽdens ex voluntate tertij, vt prædixi. Sed fingas hunc casum: Habet A. hanc formam pauperum in certa ecclesia, secundo hãt B. spãlem gratiam in eadẽ, & talem quæ afficit: vacat beneficiũ in ipsa ecclesia, qd̃ ante primi conditionem extantem ordinarius cõfert C. demũ extitit conditio postq̃ executor B. sibi contulit illud: post q̃ execuaor A. primi illud sibi contulit, quæ-

2 Supple secundo. & hoc verũ ait Pe. de Anch. si secundus non habet decretum.

3 Pet. de Anc. post Lap. tenet ꝯriũ: quia grã facta pure illi secũdo, statim habuit effectũ suũ, quem iã nõ debet existẽtia conditionis impedire. arg. c. ab eod. de elect. lib. 6. l. in sulã. §. fi. ff. sol. matrimo.

4 Ancha. dicit ex ptãte executoris, cuius d̃clarationi statur arg. not. in fi. cap. prudentiam, de offi. dele.

5 Idẽ Ancha. quia bñficium est ei affectum, & forte sic practicaretur. Imola.

6 Immo nõ ꝓbat cũ vtraq; grã fuerit ibi pura, vna hic cõditionalis, qua pendente nil est in obligatione. Font.

quæritur cuius sit beneficium? Dico ſm prædictã opinionẽ per decr. pe. de præben. li. 6. ꝙ prius est portior: collatio. n. ordinarij facta C. non valuit nec tenuit impediẽte gratia illius B. pro quo beneficium illud erat affectum in eũ casum, in quẽ nõ debebatur illi A. effectus ergo cõditionis postea existẽtis, q est vt decretum afficiat, vt hic, per illam collationẽ impediri nõ potuit. collatio. n. facta B. nõ tenuit, ex quo prius extiterat primi cõditio 1. ex quib. cõcluditur qđ prædixi. assurgat ergo primus ſcđo, ex cuius persona cõsequitur qđ aliàs sibi perijsset: & est simile eod. tit. auctoritate. lib 6. Si vero collatio facta B. pcessisset conditionẽ primi, tunc ẽt planũ esset ꝙ B. potior esset in beneficio, per hanc litteram. Idem si tenetur secunda opinio, quæ habet, ꝙ forma gratiæ preueniens conditionem faciat secundum potiorem, ẽt in beneficio post conditionem vacante.

putatum. ¶ Secus [a] autem fore censemus [b], cum decreto apposito, alicui prouideri mãdamus de beneficio, quod intra mẽsem [c]

1 Immo tenuit Pe. Anch. fortiter repugnans gl. Immo ẽt ait glo. in prma cõditione hui⁹ tex. de iure non pcedere. Fon.

[Glo. seq. dicit quid approbat, & exponit.]

a ¶ Secus.] Hic approbat quod not. sup. eo. tit. quia cũctis. in prin. li. 6. & quod not. Archid. eo. li de præben. dudum, & dic secus in hoc. s. quod in casu isto nõ valeret collatio ordinarij, vel alterius executoris intra mensem facta licet ante acceptationem.

[Glo. seq. soluit dubium, & litteræ respondet.]

b ¶ Censemus.] Licet per hoc verbũ videretur ius nouum inducere, cum tñ rõ antiqua & directe ab olim inuenta fuerit hæc forma cõtra decret. quia cunctis, vt ibi not. in 1. gl. puto quòd respiciat præterita 2. nec contradicat hoc verbum, quod ſm deriuatores ponitur ẽt pro iussu, deliberatione, æstimatione, & sententiæ prolatione, & concor inf. proxi. respon. & dixi sup. ead. compil. de proba. litteris.

2 Ex hac glo. nota quod qñ constõnis rõ est antiqua, extenditur tunc constõ ẽt ad pterita, quod est valde notabile. Abb.

[Glo. seq. soluit dubium, & ponit stylum, secũdo q̃rit. ponit opin. & duas ipsius rõnes, & soluit, ad rationes illas respondens. tertio aliam quæstionem soluit, & solutionem impugnans tenet ipsius contrarium.]

e ¶ intra mensem.] Iste terminus inualuit de stylo & more curiæ. Idem tamen dicas de quolibet alio termino maiori vel minori in litteris expresso. Solet autem curia sic scribere: Beneficiũ ecclesiasticũ cũ cura, &c. ẽt si dignitas, &c. si quod vacat ad præsens, vel vacabit in tali, &c. quod per te vel procuratorẽ tuũ ad hoc legitime cõstitutũ intra vnius mẽsis spatiũ postquam tibi vel eidẽ procuratori vacatio hmõi innotuerit, duxeris acceptandum, conferendum tibi, & c. districtius inhibẽtes venerabilibus, &c. ne de illis interim ẽt ante acceptionẽ huius disponere quoquomodo p̃sumant: ac decernẽtes irritum & inane, & c. tñ ex hac littera vr̃ quòd minus plena clausula. s. habens mandatum cum potestate acceptandi & spatio temporis & decreto sufficiat. Sed quæritur an talis expectans possit acceptare post mensem beneficiũ adhuc vacans? Vr̃ ꝙ sic: cũ hæc clausula in ipsius fauorẽ opposita ad ligandas manus ordinarij, in ipsius expectãtis ordum nõ debeat retorqueri. de reg. iur. qđ ob gratiã. lib. 6. cũ suis cõcordan. & hoc placet Arch. 3. de præbẽd. dudũ. lib. 6. & vr̃ expressum eo. li. & tit. si tibi absenti. nõ credo quòd si clausula reseruationis & potestas executoris adiungitur beneficio vacaturo, quod acceptabit impetrans intra mensem, vt in text. & in forma quam superius scripsi: quod post mẽsem per expectantem acceptari possit beneficium, vel ei cõferri. Et tunc ad regulam, quod ob gratiam, respõdetur vt ibi not. ꝙ hoc inducit forma mandati, per decre. cui de nõ. de præbẽ. lib. 6. Ad decre. si tibi. respondeo quòd loquitur cum collatio pręcedit acceptationem. s. cum beneficiũ ab ordinario pure confertur, & postea ad acceptandum terminus assignatur: tunc enim cũ prima puta collatio per illius termini lapsum perempta non sit, pro-

Accepta-re valens intra mẽ- sem an post mensem acceptare possit.

3 Cuius dictũ fortificat Petr. de Anch. per l. is qui bonis. §. 1. ff. đ cessi. bo. tñ tenet cñ gl. per l. Thais §. iura. ff. đ fideicõ lib. & sequitur Imo. Fon.

visus re integra post terminũ acceptabit: hic vero acceptatio præcedit collationem cuius faciẽdæ ptãtem executor non habet, nisi intra tps limitatum fuerit acceptatum, fateor tñ ꝙ ita posset esse diuisa reseruatio à spatio temporis, ꝙ locus esset opinioni ɔ̃riæ, vt si dicatur. bñficium qđ in tali loco vacauerit quòd duxeris acceptandum, tibi conferendũ collationi nostræ præsentibus reseruamus, inhibentes ne intra mẽsem post quam tibi de vaca-

à vacationis ipsius notitia [d] duxerit acceptandũ: vt appositio mensis eiusdem aliquid afferat [e] impetranti. Quin etiam [f]

tione cõstiterit, aliquis de illo pręsumat quacunq; auctoritate disponere, &c. ponderetur ergo rescriptorũ tenor. de priuil. porro. Si aũt ſm nouam formam Papa dat canonicatum, & circa ptębẽdam dat bñficium acceptandi intra mẽsem; tũc licet reseruatio & executoris potestas adiungatur pręebendę, intra mensem acceptare poterit, vt supra dixi: ita quòd post mẽsem ex vi reseruationis acceptari vel per executorem conferri non posset: quia tamen canonicus est ex vi canonicatus, vr̃ quod si nullus ibidem expectat ẽt post mẽsem, sibi petenti per ordinarium conferri debet, & cum decreto. i. quòd alteri collata non tenet, per decre. si clericus. 2. respon. de pręebend. lib. 6. sed hoc casu posset dici contrarium: quia in casu decret. si clericus. expirauerat potestas executoris: sed hic adhuc durat quo ad aliam, quę vacabit, si acceptabitur intra mensem: nihil ergo mirum si ibi ordinarius auditur. Item sicut nec ibi ordinarius habet potestatem super neglecta 4. ita nec hic, & hoc teneas.

Rescriptorũ tenor est ponderãdus.

[Glossa sequens primo soluit vnam quęstionem, secundo soluit incidentem ex tertia.

d ¶ Notitia.] hoc determinabit in fin. Et nota, quia in ista forma non est locus decre. ne captandę. eo. tit. rub. 6. vt possit acceptare primum incertum quod vacabit: illa. n. locum habet vt ibi patet, cum simpliciter scribitur de beneficio quod duxerit acceptandũ: tũc. n. põt se fortunę submittere, acceptando primum vacaturũ, vel vlterius ex causa: sed qñ scribir̃ de beneficio qđ à vacationis notitia intra mensem duxerit acceptandum, hęc verborum forma non patitur quòd vacaturum acceptet: fateor tñ ꝙ vacans põt acceptare, ẽt si vacabit tempore gratię. verbum. n. notitia vacationis, pręsentem & futurum includit, dummodo vacet, de priuileg. quia circa nec obstat si pręcedat verbũ, quod vacabit in reseruatione sine verbo pręsentis tẽporis, si quod vacat: nã illud vacabit, quod vacans reperitur: vnde dicit lex ꝙ verbũ, oportebit, tam pręsens q̃ futurum tps significat ff. de verborum significatio. l. verbum. in princi. tit. Ad idem eo. tit. verbũ erit. & aliud est dicere, vacabit; aliud, vacare inchoabit. & hoc conuenit huic menti, secus vbi mens resisteret, vt ibi.

4 Dicit Imo. si nemo alius ibi expectet ordinari poterit ex sua libertate conferre negligenti. Fonta.

Oportebit, pſens & futurũ tẽpus significat.

e ¶ Afferat.] simile de priuil. si Papa lib. 6.

[Gl seq. commodat & fortificat, obijcit, & soluit.]

f ¶ Quin ẽt.] Summe fuit vtilis ista particula. cum. n. executor datus cum clausula acceptandi, ptãtem non habet in conferendo beneficium, nisi ex quo fuerit acceptatum, tota die de collationibus opponebar̃ qđ non valebant, quia non pręcesserat acceptatio, & qa ipsius pręcedentis acceptationis deficiebat quãdoq; probatio, succumbebat expectans, licet igitur verbum acceptationis nõ exprimat, satis est tamen quod petit conferri vel recipit collatum. Multa similia colligas ex not. de ijs quę fi. a maio. parte cap. ex ore. de appellationibus, ad audientiam. & c. dilecti 2. vnde ex quo per instrumentum de promissione constat, pręsumitur interrogationẽ pręcessisse. insti. de inuti. stipul. § si scriptum. ff. de verb. obl. sciendum Sic satis est ꝙ hæres se immisceat, licet verbo non adeat. insti. de hęre. quali §. pen. ff. de acq. hęre. l. Iulianus. § si seruũ. & l. si quis extraneus §. interdum. Tamen quandoque non

non sufficit facti prosecutio. de app. ab eo. 1. respõ. li. 6. de elect. ecclesia. ỹ. de baptis. c. 1. & penult. sed in decr. ab eo. eundo ad iudicem appellationis non satisfit iuri volenti ꝑ apostolorum delationem ipsum iudicem instrui. Electio & baptismus formas habent, nec sine illis sufficeret r anim⁹ etiam de quo consta-ret: sed cum hic solũ de animo & accepta-tione quæraт: de illo satis constat per hic expressa. Ioan. And.

a ¶ executorem.] licet petitio & collatio de quibus hic loquitur, requirunt executoris præsentiam, cũ alias de acceptatione non apparet: acceptatio tamẽ sine præsentia executoris fieri potest, dummodo de illa fides fieri possit, vt no. eod. tit. quia cum B. ctis. ad fi. lib. 6. quod etiam ibi placet Inn. Hostien. Arch. & Gul. in Spec de act & peti. §. pen. versi. item not. ad fin. licet Compost. videatur velle contra riũ. de rescrip. capit. In gl. magna. circa fi. versi quid si litteræ.

b ¶ Aut.] nota alter natiuam · sufficit ergo alterum.

c ¶ Præsenti.] Idem in procuratore habẽ-te ad hoc speciale mãdatum, quod probat stylus curię quem præmisi, & scripsi de præben. accedẽs. ad hoc fi nis huius cap. ibi, vel per alium. Sicut & electio per procuratorẽ fieri potest. de elect. quia ꝑꝑ, & c. penul. & matrimonium contrahi. de procur. c. fi. lib. 6. facit etiam eod. lib. de reg. iur. potest quis. & ff. de procur si is qui Stichum. & ff. de lega. 1. si sit. §. si quis ita. Not. obstat. ff. de ver. obl. l. vlt. in prin. & l. fi. stipulatus fuerim. in prin. quæ non loquuntur in procuratore.

[Glossa seq. quæstionem soluit.]

d ¶ Cæterum.] æquissima & expediens fuit etiã hæc prouisio.

e ¶ Loco.] si locus vbi sita est ecclesia careret habitatoribus, satis videretur ponderanda notitia loci vicinioris. facit s. ea compil. de foro compe. quamuis. de elect. vbi periculum. §. porro. lib. 6.

f ¶ Vel ecclesia.] not. per alternatiuã, ꝙ satis est ꝙ in ecclesia sit publica, licet in loco vel oppido sit occulta.

[Glo. seq. sub dubio forte ponit dictum, per quod ẽt soluit quattuor dubia, & solutionem fortificat.]

g ¶ Nota erit.] forte quo ad hunc casum inductus est rigor iste, ꝙ mensis currat etiam ei qui nõ fuit in culpa, vt quia tantũ distabat à loco beneficij, quod post factam gratiam cum tunc vacaret, vel paulo post vacasset, intra mensem id scire non potuit, vel procuratorẽ habebat in loco, sed mortuus est, vel his simile: per hoc tamen quod in casu specialiter statuitur, vt ꝑbat littera, quæ sequitur in hoc casu: & quod ꝑcedit ibi, ꝑdictæ vacationis, non recedo ab eo quod not. de ꝑben. si clericus lib. 6. hic enim datus est mensis in litteris, qui currit à tempore notitiæ. Determinat ergo quando dicatur habere notitiam in hoc casu, ibi vero punit simpliciter negligentia, & sic non se tangunt. Et idẽ dico de ijs quæ notaui de rescrip. capitulũ. su ꝑ glo. & ita dico ẽt quod hic dicitur locum non habere in casu decre. si pluribus. de præben. lib. 6. Vnde si Papa contulit proprio motu præbendam, si qua vacabat in ecclesia, & duæ æquales vacabant: notitia vacationis postquam currunt decẽ dies prouiso ad eligendũ, nõ recipietur ꝑ hunc modũ: q a ibi forsan tꝑe quo fiebat gr̃a, vel prius erat notitia vacationis, de qua hic dicitur, quã forsan impossibile esset scire prouisum intra decem dies: & sic in totum sibi periret priuilegium optandi, qui non fuit in culpa: & idem dico de extrauagan. Ioan. quæ incipit: suscepti. circa medium. sed dato quòd hic subsit impossibilitas, vel desit culpa, durat tamẽ circa alia beneficia priuilegium acceptãdi; facilius ergo procedit hic iste rigor, vt in principio dixi. & tamen ex littera sequenti videtur colligi, ꝙ vbi ita deficit culpa, ꝙ nec per se, nec per alium scire potuisset, non est locus huic rigori.

h ¶ Scire potuerit.] imputatur ergo illi, qui scire potuit inquirendo. sic etiam imputatur illi, qui scire potuit peritiores consulendo. ff. de bono. posses. l. in bonorum. vnde dicitur quòd vigilantibus, &c. ff. de his quæ in fraud. cred. l. pupillus.

1 Si baptismus aquæ suscipi põt omnino suscipiendus est: nec suffi cit anim⁹ seu propositũ: qđ si suscipi nõ possit tũc ꝑ baptismum flaminis vel sanguinis qs saluari pt vide B. Tho. par. 3. q. 66. art. 12.

beneficium quod acceptare poterat, petendo sibi per suum executorem [a] conferri, aut [b] recipiendo sibi præsenti [c] collatum: ipsum ex hoc acceptare, & collationem taliter sibi factam valere censemus. ¶ Cæterum [d], vt tam diuturnis vacationibus, quàm fraudibus & litibus occurratur: prædictæ vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipsa vacatio in loco [e] vel ecclesia [f] huiusmodi beneficij publice nota [g] erit. Imputet quidem sibi si hoc casu, quo de ipsis cõmodo agitur, id quod per se vel per alium scire [h] potuerit, ignorauit.

TITVLVS IIII.

De rebus ecclesiæ non alienandis.

¶ Clemens v. † in cõci. Vieñ.

¶ Religiosus qui concedit alicui ad vitã vel certum tempus, iura, redditus vel possessiones administrationis cui præest, suspensus est ab officio, nisi duo concurrant: nec valet concessio. duos casus excipit. h. d. Io. And.

M CAP. I. ONASTE-

† al. ita. Idem.

Imputatĩ ei qui peritiores cõsulere potuit.

DE REBVS ECCLESIAE NON alienandis.

[Visum est supra de concessione præbendæ & ecclesiæ non vacantis. posset aliquis dubitare, vtrũ res ecclesiæ possint alienari vel non, ideo annectit rubricã, de rebus ecclesiæ non alienandis.

Cõtinuatio.

M Onasteriorum.] CASVS. Quidam religiosus Prior alicuius prioratus, vel habẽs aliquam administrationem in abbatia nostræ dominæ de Exolduno, concessit alicui ad suam vitam redditus & fructus suæ administrationis siue prioratus: & hoc fecit sine cã rationabili, vel si fecerit cum causa, tamen sine decreto abbatis: quæritur, vtrum valeat talis concessio? Dicit ꝙ non: & concedens incurrit pęnas huius. cap. Sed q̃ritur, vtrum religiosus possit locare, vel dare ad firmã aut vendere ad modicum tempus fructus suę administrationis siue prioratus? Dicit ꝙ sic hoc dicit H. R. Nota ꝙ religiosus non potest alienare fructus & redditus sui priorus siue administrationis ad magnũ tempus, & si contra fecerit incurrit pęnam suspensionis, quæ suspensio etiam suspendit à celebratione, & si celebrauerit incurrit irregularitatem. Nota ibi, [Conuẽtus.] ꝙ abbates aliquando habent specialem iurisdictionem in prioratibus sibi subiectis, & tunc alienatio fructuum & iurium prioratus potest fieri cum cõsensu abbatis & conuentus seu etiam capituli quãdo capitulantur, & non requiritur consensus episcopi. Et istud hodie seruatur, quia priores faciunt decretari istas alienationes in capitulo gñali. Nota ꝙ bñficiat⁹ potest

potest locare fructus sui prioratus ad modicū tempus Sed quæritur qđ tps dr̄ modicum? Quidam dicūt per c.fi.ne p̄lati vic.suas,in antiq.ꝙ beneficiatus pōt loca re fructus sui beneficij ad septē annos.sed cōis opinio est ꝙ potest locare ad decem annos. Nota ibi,[Cupiē-tes occurrere dispendijs,]id est damnis,ꝙ melius est ante tēpus occurrere quàm post causam vulneratā remedium quærere. Nota, inhibemus perpetuo edicto, id est prohibemus siue statuto in ęternum duratura:quia volumus ꝙ istud edictum siue statutū, de reb. ecclesiæ nō alienandis, sit perpetuum, ita quòd numquam alienētur res ecclesiæ. Not.reditus:. tus,tui,penultima correpta. & dicitū à redeo redis,& significat duo. Redit⁹ em̄ dicitur quod redit, quia singulis annis redeat.Vnde Ouidius de fine titulo.

† Propter expressionē huius verbi hęc cōstō ab omnibus vt lex generalis ē seruāda. vt l.3.C. de legib. Bonifacius de Vital.

riorum [a] & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere cupientes, perpetuo [b] prohibemus [c] edicto †, ne quis religiosus [d] monasterio,prioratui, ecclesiæ, seu administrationi ciuitatis [e] præsidens, iura redditus [f], aut possessiones [g] eiusdem,alicui [h] ad vitam eius [i] seu aliud certum tempus, pecunia [k] etiam inde recepta quouismodo [l] concedat: nisi necessitas [m] aut vtilitas [n] monasterij,prioratus, ecclesiæ, aut administrationis huiusmodi hoc exposcat: conuentus sui,aut si conuētum non [o] habeat, prælati proprij [p] assensu ad hoc nihilominus [q] accedente. Si quis autem contra hoc fecerit †,pœnam [r] suspensionis ab officio [s] eo ipso incurrat, nec ex cōcessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur [t]. ¶ Verum præ-

Turpe thori reditu census augere paternos.

Item reditus,id est reuersio:Vnde Ouidius in Epist.

Vera queror reditu verba carere fide.

Et dic redditus,idest census qui singulis annis reddūtur.Nota [Possessiones.] Possessio,secundum Azo.C. de acqui. & retinen. poss. est corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente. Vel sic,Possessio est ius quoddam quo aliquis rē corporalē vere in potestate habet. Et dicitur corporalis rei ideo quia sola corporalia possidentur. Incorporalia aūt dicuntur quasi possideri, & quasi tradi per patientiā & vsum.Nam incorporalia non possunt corporaliter apprehendi, sicut sunt iura & seruitutes,& iō nō possidentur. c. conquestus. de foro compe. in glo. ff.de vsuca.l.sequitur.§. si via. & tñ præscribunī.Possessiones sunt agri,fundi late patentes, publici,priuati, quos etiam in initio quisque vt potuit occupauit atque possedit,vnde & nūcupati sunt.Inde possessiūcula,culæ, idest parua possessio : nomen diminutiuū de possessio.Not in verb. [Conuentus.] ꝙ sicut non licet p̄lato sine cōsensu capituli agere, sic nec contrahere.Lau.qui alleg.de iudi causam.Sed primum regulariter non est verum de rescrip edoceri.dic.vt ibi.Itē nec secundum,nisi quādo contractus sapit alienationem,vt hic.Zabarella.

[Prima glo.summat,& dicit quid facit,& diuidit.]

a ¶ Monasteriorum.] religiosus qui cōcedit alicui ad vitam vel certum tempus iura,redditus, vel possessiones administrationis cui præest, suspensus est ab officio,nisi duo cōcurrant:nec valet talis cōcessio. Duos casus excipit.& tria facit.Primo prohibet.Secūdo:ibi, [Si qs.] punit & decernit.Tertio excipit:ibi, [Verū] b ¶ Perpetuo.]id est generali,vel perpetuo duraturo. de elect.vt circa.& c.perpetuo.lib.6.

c ¶ Prohibemus.] saltem quo ad pęnam fateri oportet,quòd est iuris noui editoria.

[Glossa sequens notat à contrario, & incidens dubium soluit.]

d ¶ Religiosus.] sæcularis ergo clericus non cōprehēdit hæc constitutio, sed si tales concessiones faciunt, dic vt legitur & not.16.q.1.possessiones.de ijs q̄ fiunt à prælat. continebatur. si aliàs alienant, locus est canoni.12.q.2.monemus.eo.tit si quis.si locans, dic vt [illegible] prælati vices suas.c.fi.

[Glo.seq.exponit, & quæstionem soluit.]

e ¶ Cuiuis.] id est siue perpetuæ siue tēporali.maxime enim propter obedientiarios,qui faciebant hos cōtractus reuocari timentes ad claustrū, emanauit hęc ꝯstitutio,& dato ꝙ nō sint obediētiari, facilius remouent à suis administrationibus. de accusa. qualiter 2. in fine.de simo. licet. & c.per tuas non autem puto eam locum habere in religioso, qui præest ecclesiæ sæculari, & quasi clericus sæcularis. & hoc probat principium.

f ¶ Redditus.] differunt à fructibus,vt patebit in fine. Io.And.

g ¶ Possessiones.] certas 1,vel omnes.

h ¶ Alicui.] priuato vel collegio.

i ¶ Eius.] recipientis vel concedentis: & talis concessio dicitur perpetua.ff.pro socio. l.1.& not.10.q.2.perpetua.

k ¶ Peccunia.] andans hanc pecuniam repetat 2?vide quod not & dixi eo.ti.ad audientiam.

l ¶ Quouismodo.] ab hac generalitate excipit duos modos in fine cap.

m ¶ Necessitas aut vtilitas.]sufficit alterum. sic alibi æquiparantur hæc duo de æta.& quali. quæris.de prę ben.exposuisti.& in dispensationibus.1.q.7.tali.& facit eo.tit dudum.lib.6.

n ¶ Vtilitas.] de syndi.c.vnico.

[Glo.seq.notat à contrario,& illud determinat.]

o ¶ Non habeat.] innuit ꝙ si habeat conuentū, non requiritur consensus prælati. hoc verum quo ad euadendam huius constitutionis pęnam:sed aliàs ad validandum contractum perpetuum requiritur omnis solemnitas alienationis.eod tit.dudum. lib.6.& consensus episcopi.12.q.2.abbatibus.& c.seq.& c.placuit. 17.q.4.in venditionibus.

[Glo.seq.dupliciter exponit,& not.pro Inno.]

p ¶ Proprij.] de episcopo 3 videtur intelligendū in non exemptis per iura allegata in fine ꝓximæ glossę, in exemptis de Papa.de priuileg.auctoritate.§ 1.li.6. forsan intendit iste textus approbare quod recitabat Inno.de transact.statuimus.vbi dicit quosdam dicere ꝙ abbates,qui habent ecclesias ad se pertinentes pleno iure,possint in illarum alienationib.auctoritatē p̄stare & facit ĩ.de statu,mona.attendentes. post princ. & qđ not.in authen.de ali.& emphy.cōtract.in princ. coll 9.& hoc cōmuniter seruatur : quod videtur fieri posse,ex quo habēt episcopalē iurisdictionē vel quasi ad hoc de priuileg.abbates.in fi.lib.6.vnde dicebat ipse Innoc.de priuileg.cum & plantare. §. in ecclesijs.& placet ibi Hostiē.ꝙ presbyteri non poterant alienare nec maximas causas agere sine consensu patronorum exemptorum:quia tales exempti vices episcoporum gerunt.argu.12.q.2.si qua.& c.placuit. de vo. magnæ. §.cum igitur.cum concor.

q ¶ Nihilominus.] idest non eo minus ꝙ subsit necessitas,vel vtilitas in contractu.

[Glo.seq.ponit dictum, & remittit. secundo quærit & remittit.]

r ¶ Pœnam.] quæ de sui natura perpetua est, ex quo tempus non adijcitur.de hoc de consti.ex litteris. sed quis absoluet? Vide quod dixi de solu.c. 2.in fi. & qđ dicam ĩ.de hæret.c.1.circa finem.

s ¶ Officio.] vide qđ dixi super eo. ver ĩ de deci.c.1.

t ¶ Acquiratur.] simile eo.tit hoc consultissimo. lib. 6.vbi contractus non valet.& punitur faciens.

[Glo.

1 Not. p̄nor. q̄a definitio iuris nō ęquipollet vniuersali. Fontan.

† al.attentauerit.

2 Ita,si habebat bonā fidē, secus si malā di[...] fisco,aut pauperib. glo. [...] in l. inhemus.2.§. sane. C. de sacrsi. eccl.Fon.

3 Probat glo. vide Felin. & alios in c. auditis extra de pscri. [...] normit[...] nū in c at si clerici. §. de adulte. rijs.de iis dic.& in ca.statuimus, de transac.

Pęna de sui natura est perpetua.

[Glo seq. dubium soluit, & solutionis obiectioni respondet, opi. ponit, quam improbat, & de incidenti quæstione remittit.]

a ¶ Locationes.] prohibitus alienare, obligare, vel vẽdere, põt locare, & quod plus est cõductorẽ creditoribus delegare. ff. d. leg. 2. l. penu. §. instituto. Ad id ff. loca. non solet. plati ergo locãt, nec per statutum epi possunt adstringi vt locẽt certis personis. de loc. c. 2. Quod aũt dixi ꝙ locare non est alienare, illud verũ est si fiat ad modicum tẽpus, vt hic: & sic nõ obstat eod. titu. nulli. vt ibi dixi, licet Accur. in prædicto. §. instituto. in fi. dicat ꝙ prohibitus alienare locet ad centum vel mille annos, sed non approbat, & Dynus ibi ꝗ. Si aũt platus locãs ad modicũ tps, itra tps moritur: quid iuris, not. ne præla. vices suas. c. fi.

missa ad locationes [a] vel etiam reddituum aut fructuum [b] venditiones ad tempus modicũ [c] faciendas declaramus vllatenus non extendi.

¶ Idem.

¶ Episcopus unire potest ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vocato rectore vel defensore. h. d. Zab.

b ¶ Fructuum.] concor. de elect. generali. in fi. lib. 6. & quõ plus est in redditu q̃ in fructu, ibi not. in gl. pen.

[Glo. seq. exponit, quærit, ponit opi. quam commẽdat, subdens quinque alias opi. & pro pluribus habendis remittit.]

c ¶ Ad tps modicũ.] Determinat tã verbũ, locationes, q̃ verbũ, vẽditiones, vt sit sensus: ꝙ locatio ad modicum tps, & venditio fructuũ ad modicum tps nõ includatur in phibitione. Sed dubitatur quod dicatur modicum tps. gl. ff. de superfi. l. 1. §. quod ait. dicit id relinquendũ iudicis arbitrio. allegat ff. de iure delibe. l. 1. in fi. ff. de effrac. l. 1. §. 1. & facit de offic. deleg. de causis. de accu. inquisitionis. 1. respõso. & ꝙ not. de loca. potuit. & ꝙ not. sup. eo. hoc consultissimo lib. 6 & vr hoc æquũ pp varias conditiones regionum. Idem tenuit olim in l. fi. ff. si ager vectiga. sed postea in additione vr approbasse ꝙ modicũ tps dicatur intra decẽniũ C. de præscr. long. tem. l. fi. qui & à qui. ma. si cum fideicommisso. §. Aristo. ponit ẽt opinionem, quæ habet ꝙ modicum tps dicatur triginta dierum. ff. de iti. actuque priuato. l. 1. §. 1. Alij bienniũ. ff. loca. & cõdu. cũ dñi. instit. de libel. ob. in fi. Alij quinquennium. facit quod not. Io. de coniu. ser. licet. & quòd not. Host. vt eccl. bene. c. vnico. in fi. Alij septennium. ne præla. vi su. c. fi. De diuersis spatijs temporum põt argui per ea quæ scripsi de fideiuss. c. fi. de cleri. coniuga. Ioan. in 4. quæstione.

Si vna.] CASVS. Papa vel eps considerans paupertatem alicuius ecclesiæ, voluit vnire aliam ecclesiã illi ecclesię certis ex causis: Et ponamus ꝙ istę ecclesię hẽnt rectores: quæritur, vtrũ ad vnionẽ requiratur cõsensus rectorum? Dicit ꝙ non. Sed quid si velit vnire ecclesiam parochialem alicui monasterio: quæritur, vtrum requiratur cõsensus rectoris? Dicit ꝙ non, tñ nõ aufertur pp aliquod præiudicium ipsi rectori durante vita, sed quantum ad valetudinem vnionis non requiritur consensus rectoris. Sed quid si eps vult vnire ecclesiam suæ mensæ epali, quæritur, vtrum possit cũ cõsensu capituli? Dicit ꝙ non. quia nõ põt se facto autorizare in cãsua, sed opus est ꝙ adeat archieps. Sed vtrum ipse possit aliquam ecclesiam parochialẽ vnire mensæ sui capituli? Dicit ꝙ non, quia capitulũ non põt dare consensum ad suam vtilitatem. Not. ꝙ eps põt vnire vnam ecclesiam alteri sine consensu rectoris, sed tñ per hoc non fit præiudicium ipsi rectori. Not ꝙ eps alicui loco religioso põt cõcedere aliquas ecclesias cũ cõsensu capituli. ca. pastoralis. de dona. in antiq. tñ vt dictum est, non fit præiudicium rectori. c. cõsultationibus. eo. tit. in antiq. No. ꝙ antiquitus vt eps esset particeps in suffragijs aliquorum religiosorum, donabat ecclesiam tenendam cum perceptione iuriũ, & fructuum. Not. per hoc quod dicit, (Decernimus,) quòd hic Papa inducit nouũ ius. Not. ꝙ dictio, alter, repetit eãdem qualitatem, probatur hic in verbo, (Alteri.) iuncta glo. quæ intelligit, alteri. s. ecclesiæ. Simile not. de dictione, alicuius, de rescript. sedes. Nota ꝙ ecclesia dari põt loco religioso, & multis modis põt ecclesia spectare loco religioso, de quib. de præben. de monachis. & sup. de supplen. negli. præla. cle. vnica. Zab.

CAP. II.

SI vna † ecclesia [d] alteri [e] ecclesiæ, seu dignitati [f] alicui vel præbendæ [g] per episcopũ [h], suo consentiẽte [i] capitulo vniatur [k], aut religioso loco donetur [l] ex eo quòd rector [m] ipsius ad hoc

[Gloss. prima dicit quid faciat, & quid determinet.]

d ¶ Si vna ecclesia.] Se summat duo dicẽs: & quas opiniones determinet, infra dicam: sed quæ not. Innoc. & Host. vt ecclesiast. benefi. c. vno. in fine.

e ¶ Alteri ecclesiæ.] 10. q. 3. vnico, & si fit alterius diœcesis per vnionem non præiudicatur diœcesano. de relig. do. c. 2. & scripsi de priuil. pastoralis.

f ¶ Dignitati.] de præben. extirpandæ. §. qui vero.

g ¶ Præbendæ.] vt in prædic. §. qui vero, & eo. tit. exposuisti, & intellige per prædic. decreta ẽt de præbenda cathedralis ecclesiæ, non obstante infra proxi. responso, vt ibi dicam

[Glo. seq. opi. ponit, quam probat, & remittit.]

h ¶ Episcopũ.] de exces. præla. sicut vnire, vbi not. Inno. & Abbas post eum, quòd licet ad abbates spectent ecclesiæ pleno iure, tñ illas vnire nõ possunt, vel vnã alteri subijcere, cum hoc sit episcopale, per præd decr. alleg. etiam de consue. cum dilectus, facit quod dicã infra. c. proxi. & infra de sta. mon. ne in agro §. ad hoc. vbi dicam, an hoc scribere possint.

[Glossa sequens, successiue ponit duo dicta Hosti. quæ improbat.]

i ¶ Consentiente.] Non est iste casus, in quo sufficiat consilium, & hic reprobat quod not. Host. de ijs quæ fi. à præla. nouit. vbi dicit episcopũ sine capitulo posse donare ecclesiam loco egenti ad sustentationẽ ministrorũ: allegat de dona. cõsultationibus. Item quia facit quod dẽt prouidendo egenibus, & in hoc officium suum exercet 12. q. 1. præcipimus, & c. se. 10. q. 1. regenda, & c. sequ 93. dist. diaconi. ergo non est locus contradictioni. de præben. extirpandæ. 1. & 2. respon. Dicebat tñ, quòd tutius erat consilium canonicorũ requirere, sed prout vides hic requiritur consensus, & tñ hoc intellige prædic decre. sicut vnire. in prin. & de priuil. tuarum, in princ. Not. etiam ipse Host. eo. tit. ea. noscitur, quòd de cõsuetudine præscripta [1] põt epo competere, vt sine consensu capituli possit cõferre ecclesiam alteri ecclesiæ ad ædificationem. Et contraria eo. tit. tua. & c. pastoralis, & de dona. pastoralis, intelligi de iure cõi: & cũ eps circa hoc indulgentiã vel pscriptionẽ non hẽt, tñ consiliũ præscribi nõ põt, secus cum; secus ẽt dixi de voluntaria concessione, quæ sine causa fieret ecclesiæ habenti congruam sustentationẽ. arg. 1. q. 7. pastor. vel quæ fieret laico: sed non puto hoc pręscriptibile, quòd ẽt in casu licito alienet prælatus sine consensu capituli, vt scripsi de do. pastoralis, in fi. & facit finis huius capituli.

k ¶ Vniatur.] de vnione satis not. ne sede vac. ca. c. 1. 16 q 2. & temporis.

l ¶ Donetur.] hic iunge litteram infra, nequaquã id poterit impugnari, & facit quod metus causa, cum dilectus, & quod ibi not.

m ¶ Rector.] de rectore ecclesię, nõ de plato cui subest ecclesię,

Locare non est alienare.

Tempus modicũ quid continet.

† Circa vniones vide statuta in cõcil. Trid. ses. 7. de refor. c. 6. & ses. 24. de refor. c. 13. & 15. & ses. 25. de refor. c. 9.

1 Vide Fe. & alios in c. auditis. extra de pręscrip. & omnino eundẽ Fely. in c. c. cum cã de re iudicata.

10 20 30 40 50 60

vocatus [a] vel si vacabat [b], defensor [c] ei super hoc datus non extitit, ne quaquã id poterit impugnari. ¶ Quòd [d] si episcopus (sui etiam capituli accedente consensu) mensæ [e] suæ, vel ipsi [f] capitulo [g] aliquam duxerit ecclesiam [h] vniendã: hoc irritum esse decernimus [i] & inane, contraria quauis [k] consuetudine non obstante †.

1 Idem Pa nor. Font.

ecclesia loquitur, cuius cõsensus requiri videtur 1 in fra de sta.mo.c.1.§.ad hoc.

[Glo.seq.rationem reddit, quam opi.coadiuuat, & ostendit reprobatam opi.Hostiensis]

a ¶ Vocatus.] nõ extitit, ꝙ est inf. Et ratio huius sumitur de dona.consultationib. fit. n. talis vnio vel donatio sine præiudicio rectoris, vt ibi. Dicebat ergo Inno.in decret. vt nostrum, ꝙ dignitas instituta diminui nõ poterat irrequisito illo, cuius erat sine causæ cognitione. No.tñ Hosti.de exces.prela. sicut vnire. ꝙ eps ecclesiã vnire non poterat sine collaudatione vel consensu ambarũ ecclesiarũ.alleg.eo. tit.c.1.& de ijs quæ fi.à præl.c.1. & in hoc dicebat eũ à Papa differre, vt ibi scripsi: quod hic reprobatur.

Vnio duarũ ecclesiarũ põt fieri sine consensu ambarũ.

[Glo.seq docet quod approbat.signat contrarium. & dupliciter soluit.]

b ¶ Vacabat.] approbat quod not.Inn. & Host.vt eccl. benef.vt nostrum, in fine, vbi tenẽt ecclesiam vacantẽ vniri & donari posse: sicut & dignitas vacãs supprimi posset, de const.cum accessissent. Contra ne se. va.c.1. vbi sede vacãte nõ dissoluitur vnio: æque igitur videretur ꝙ tunc fieri nõ posset. Sol illud in epalibus sedibus. Vel ibi Papã principalius mouit secũda rõ: ne.s. notari posset de subita mutatione, & ꝙ ordinationẽ prius factã fecisset contemplatione personæ tunc viuentis nunc defunctæ: aliàs etiam vnionem episcopatuũ facit mortuo altero epo, vt 16.q.1.& temporis.

Ecclesia vacans vniri & donari põt.

[Glo.seq.ponit obiec.& solu.quam fortificat per similia, & per opinionem.

c ¶ Defensor.] Videbat̃ ꝯrium: quia si res ecclesiæ vacantis ex cã dignitati donetur, oportet defensorẽ dari, vt eo.tit.dudum.li.6. Est ergo hoc de casibus, in quibus minus prohibetur, vbi maius permittitur: põt.n. ecclesia vacãs dari sine defensore, vt hic: sed possessio vel res ecclesiæ non, vt ibi. Et est simile de ele.nemo deinceps.li.6.& ꝙ not de consuet.cum dilectus.in 3. gl.de trãsla.c.vlt.in gl.penul. Dicebat Inno. de ele.significasti, vt ibi scripsi, super gl. 2. ꝙ eps & capitulũ poterant aliquid statuere super bñficio vacãte, & electus illud seruare tenebatur.alleg.decr.vt nostrum, ꝙ intelligit ibi Host. ex cã & ad tempus 2, sed perpetuũ ꝑiudiciũ nõ possent inferre dignitati vel rectoriæ, ipsa sic manente: licet illam possent in totũ tollere. de consti.cum accessissent, vel religioso loco cõferre, de don.cõsultationibus, & c.pastoralis. Et ad id quod dr̃, qui põt totum, põt & partẽ. de offic.deleg.pastoralis. in princ.ff.de rei ven.quæ de tota. Rñdet Host.ꝙ in totum cõferri permittitur vt diuinus cultus augeatur. de const.ex parte, & vt pauperes sustententur. de ꝑben exposuisti. Permittitur ẽt tolli: quia superflua vel onerosa.arg.68.dist.chorepi. Diminutio vel detractio denegatur, vt ecclesiastica bñficia in sua integritate ꝑmaneant, nisi ex cã magna. remittit ad dec. dudũ.eo. tit.de præb.maioribus, & cap.vacante. Ex his patet, ꝙ sępe id quòd minus videtur, est maius, eod. respectu quo ius plus illi resistit ex causa 3.

Minus ꝓhibet̃ qñque vbi maius ꝑmittitur.

2 Idẽ Pan.

3 Placet doctorib. Font.

[Gl.seq iustificat, & dicit qđ approbat & reprobat.]

d ¶ Quod si episcopus.] Quod hic dr̃ probabatur olim per c.quæsiti sunt.17 q.4.& approbat quod not. ibi Io. in § præcedente, & quod not de don. pastoralis, & reprobat quod not.Inno.in dicto c. vt nostrum, vt eccl. benefi. vbi tenebat, ꝙ auctoritate capituli sui episcopus poterat ecclesiam in suos vsus conuertere.

[Glo seq.primo rõnem reddit, quam per opi.coadiuuat. Secundo arg.à minori, quæstionem soluit. Tertio not.ad duas opi.Host. & vtramque determinat.]

e ¶ Mẽsæ suæ.] vt dicebat Io.in gl. prius alleg.eps nõ põt auctorizare in facto proprio 4, sicut nec œconomus, 10.q.2.hic vsus.in fi.nec tutor. ff.de au.tu l.1. & l.pupillus.nec prælatus, de insti.c. fi. & idem de capitulo, vt statim sequitur: quod ẽt tenebat Gul. in Spec. de ijs quæ fi. à præla.in fi.& facit quod dixi post In. de cẽsi. prohibemus. super gloss.2. Et not. quia si non valet vnio, cũ alter solus.s. eps vel capitulum auctorizat in facto proprio, fortius non valet cũ auctorizaret vterque, vt si cõiter menso epi & capituli per eos vnitur ecclesia. Facit autẽ hæc littera ad no per Hostien.in summa de deci.§.& vtrũ. ver.12.in fi.vbi tenet ꝙ laicus habens decimã per antiquũ feudũ ab alia ecclesia, non põt illã donare epo ne ipse eps auctorizet in facto proprio. Puto tñ ꝙ bñ posset illam donare capitulo epali, auctoritate epi: & est rõ: quia cum in casu illo sufficiat auctoritas epi sine capitulo, vt dixi in decret.cum apostolica.de ijs q̃ fi. à præla.non põt dici ꝙ capitulum eo casu auctorizet in facto ꝓprio: sed in vnione vel datione ecclesiæ secus, cum ibi cõsensus capituli sit necessarius. de ijs q̃ fi. à præla.tua.de dona.pastoralis. Itẽ facit pro & cõtra ad id ꝙ ipse Host.not de cõst.cũ accessissent. vbi tenet, ꝙ dignitas nõ confirmata per Papam, de ecclesia cathedrali tolli põt per ipsius capitulum ex iusta cã, & epo auctorizante, si bona episcopi & capituli sint diuisa: si vero essent cõia, nonne auctorizaret episcopus in facto suo? Sed dicit tunc recurrendum ad Archiepiscopum, vel ad Papã de iurepa.nullus. Vr̃ quod cum iste non sit de casibus archiepiscopo reseruatis, qui not.de offici.ord.pastoralis, quod eo casu & isto de quo textus loquit̃, ad Papam sit necesse recurri 5.

4 Vide Alex.cõs. 79.li.1.incip. circa primum, & consil. 106.incip. quo ad pręsens.eod. lib.

† In quõdã manuscripto fuit tis verbo post verbũ, nõ obstante, statim subsequitur hæc verba, nisi ad id superioris sui cõsensus accedat.

5 Idẽ Pan. dicẽs gl. mente tenendam. Font.

f ¶ Ipsi.] suo scilicet.

[Glo.seq in quæstione remittit, secundo diuersitatem ponit, & rationem reddit.]

g ¶ Capitulo.] Cum capella curata donat̃ capitulo, quis habeat eius curam, vide qđ scripsi post Host. de præben exposuisti, super gl.3. & eo tit.cum non ignores, in princ Et not quia singulari præbendæ ẽt maioris ecclesię põt vniri ecclesia per epm & capitulum, vt sup.prox.respon.capitulo vero non, vt hic, & rõ sumitur.12 q.2.qui manumittitur, cum suis concor. quia capitulum non auctorizat in facto proprio, cum singulari præbendæ capituli vnitur ecclesia.

6 Idẽ Pan. dicẽs gl. ꝓcedere, si ponãtur verba similia. [ ] quantum cũq; tpe, nulla cõsuetudine: secus tñ si simpliciter dãnetur cõsuetudo, sicut prescriptiõe simpliciter dãnata non intelligit statim de oĩ prescriptione.c. 1. de prascr. lib.6. vide hic do. Car. §.quod si eps.2.col. lu.ver.o. ctauo 6. 10. Font.

[Gl.seq.ponit dictũ Host. ꝙ dicit declarari debuisse.]

h ¶ Ecclesiam.] Declarari debuisset, an sit idem in donatione, quam facit eps capitulo suo de eo quod spectat ad mensam suam, quod not. Host. de ijs quæ fi. à præla.nouit.& ponit casum de epo abundante, & capitulo egente, & dicit quod valet. inducit quod sup. dixi in glo.non est. Dicit ẽt quod non obstat iuramentum de non alienando, cum non sit proprie alienare quod in dominio ecclesiæ retinetur. ff.de leg.2. vnũ ex familia.& l.Imperator § fi.& l. seq. dicit tamen ꝙ tutius esset, quod illud fieret superioris auctoritate. insti.de aucto.tut in fin.

[Glo.seq.sub dubio quæstionem soluit, & contra solutionem allegat.]

i ¶ Decernimus.] Licet rõ huius iuris sit antiqua: forte noluit cõprehendere præterita. Et est simile de po. stu.c vnico.li.6. Sed ꝯ hoc facit littera sequens, q̃ cõsuetudinem damnat, consuetudo vero notat tempus præcedens, ergo videtur præterita respicere.

[Glo.seq.exponit, & dat simile.]

K ¶ Quamuis.] .s. ẽt cuius contrarij vel initij non sit memoria 6. Damnatur ergo hæc consuetudo, quod qs auctorizet in facto proprio. Alibi quod quis sit iudex appellationis à se interiectæ, de consue.cap.2.lib.6.

D E

DE RERVM PERMVTATIONE.

[Visum est supra de bonis ecclesiæ non alienandis, dubitaret aliquis, vtrum res ecclesiæ possent permutari, hoc est de vna persona in aliam transferri: ideo annectitur rubrica, de rerum permutatione.]

TITVLVS V.

De rerum permutatione.

¶ Clemens v. in cõcilio Vieñ.

¶ Collatio de beneficijs causa permutationis vacantibus facta alijs quàm permutantibus, non tenet. h.d. Zabarel.

CAP. VNICVM.

Ne concessione [a] iuris vtentibus [b] præsertim circa spiritualia illudatur [c], si qua † beneficia [d] ex causa [e] permutationis ab aliquibus resignata, alijs quàm ipsis permutare volentibus [f] conferantur [g]; nullius hoc esse volumus [h] firmitatis.

TITVLVS VI.

De testamentis & Vltimis voluntatibus.

¶ Clemens quintus in cõcil. Viennensi.

¶ Ordinarius loci rationem exigit à religiosis etiam exẽptis de testamentorum executionibus, quas gesserunt: & si circa id deliquerint, illos punit. Ioan. And.

N E concessione.] ¶ Præsupponendũ est primo illud quod habetur in c. vnico. eo. tit. in 6. videlicet, ꝙ beneficium quod est resignatum in manibus superioris causa permutationis faciendæ, ꝙ per talem resignationem non dicitur beneficium vacare, sic ꝙ possit alteri, qui nõ sit de compermutantibus conferri. Secundo præsupponendum est, ꝙ actus legitimi non recipiunt diem nec cõditionem & sicut collatio beneficij non potest fieri sub cõditione, ita nec resignatio.

r ¶ Per episcopum.]vel alium instituentem, cum eadem sit ratio.

TITVLVS XIII.

De cẽsibus, exactionibus,& procurationibus.

Clemens v. in cõcilio Vieñ.

¶ *Religiosi subire tenentur onera,quæ incumbebant ecclesiis per eos ante hoc concilium acquisitis,nisi priuilegio,exẽptione,vel alia iusta causa iuuentur: quæ priuilegia vel exemptiones non iuuant in ecclesiis post concilium acquirendæ. hoc dicit.Io.And.*

CAP. I.

CVM

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, &c.

[Visum est supra de iurepat. verum quia patronus aliquando in fundatione & etiam dotatione retinet aliquem censum auctoritate episcopi,& alias procurationes seu comessationes:ideo annectit rubricam, de censibus,&c.

Cõtinuatio.

CVm sit.]duę sunt partes: quia primo, rõne pręmissa ponit statutum suum cum exceptione.Secũdo,exceptionem limitat & declarat:ibi,[Priuilegia.]Innol.

CASVS. Papa alicui loco religioso ecclesiam Pictaueñ.vel Bituriceñ.diœcesis donauit, vel fortè ipse episcopus cũ cõsensu sui capituli, à qua ecclesia episcopus cõsueuerat habere iura epalia,puta exigere procurationem ratione visitationis: quęritur vtrũ per istam donationem ecclesia sit excẽpta ab omnib. oneribus.

ribus & iuribus epalibus, vel vtrum religiosi illa onera teneantur soluere? Dicit Clemēs ꝙ tenentur supportare huiusmodi onera, nisi velint assignare congruam pensionem vicario, vt possit illa onera supportare: & hoc verum nisi iuuarētur priuilegio exemptionis, vel alia causa legitima. tamen, priuilegium vel exemptio (si qua competat) non proficit in ecclesijs post conciliū acquirendis. Not. ꝙ q sentit commodū, non debet onus recusare vulgariter: Qui sentit onus, sentire debet & commodum. Et sumpta sunt hæc. ff. de reg. iur. tñ melius diceretur, quod sumūtur à iuribus vnde sumitur regula. l. 1. ff. de reg. iur. Not. magis specifice cum ecclesia datur loco religioso ex donatione episcopi, Papæ, vel legati, tunc datur cū omnibus oneribus suis, & hoc nisi donarent pensionem vicario, vt sustineret huiusmodi onera. Not. iuncta glo. quod Papa potest priuilegiare, aliquem vt non teneatur ad procurationem Apostolicæ sedis, vel vt non teneatur ad iura episcopalia. Et sic princeps potest priuilegiare aliquem à solutione tallarum, vt ille priuilegiatus non teneatur soluere talliam: tñ fm doctores illam portionem non debet imponere alijs, aliàs peccat. Not. ꝙ vicarij constituti in beneficijs spectantibus ad monachos, non tenentur ad onera, sed ipsi monachi. Not. ꝙ priuilegia sunt restringenda. pro hoc hæc littera in fi. ibi, [Non extendi.] & de rescrip. c. vlt. lib. 6. de deci. c. 2. eo. lib. Zabarella.

[Glossa prima summat, & diuidit.]

a ¶ Cum sit.] religiosi subire tenentur onera, quę incūbebāt ecclesijs per eos ante hoc cōciliū acquisitis: nisi priuilegio, exēptione vel iusta causa iuuentur: quę priuilegia vel exemptiones non iuuant in ecclesijs post cōcilium acquirendis Secunda: ibi, (priuilegia.)

[Glo. seq. dubium soluit inducens duo similia.

b ¶ Naturæ.] sumptum de regula formata per modum conuersum ff. de reg. iu. secūdum naturam. & vide de reg. iur. qui sentit. lib. 6. & dicit lex, ꝙ nō est ferendus qui lucrum amplectitur, &c. C. de cadu. toll l. vnica. §. pro secundo in fine.

c ¶ Religiosi.] in alijs ergo locum non habet inquantum inducit ius nouum. simile sup. compil. de deci. c. 1. de testa cap 1.

[Glo. seq. tria exempla approbat, & tria reprobat.

d ¶ Titulo.] vt dominatione. de do. consultationibus. permutatione. de re. permu. ad quęstiones vel præscriptione. de iurepa. cura. titulo vero emptionis haberi non pñt. de simo. quęrelā. de iurepa. de iure. & an transeat cū vniuersitate, scripsi eo. tit. ex litteris titulus ēt ędificationis vel fundationis adaptatur huic casui.

e ¶ Sedis Apostolicæ.] de iureiur. ego N. de censi. cū instantia.

[Glossa sequens quæstionem soluit.

Titulo multiplici possūt ecclesiæ ad religiosos ptinere.

sit [a] naturæ [b] consonum illos non recusare onera, qui rerum commoda cōplectuntur: Hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt religiosi [c] quicunq; pro monasterijs & ecclesijs, quę ad eos quocunque sunt titulo [d] deuoluta, procurationes legatorum sedis [e] Apostolicæ, ac iura episcopalia [f] & alia præstari pro ipsis antequam ad eos peruenissent, solita [g], prompte soluere studeant: nisi forsam sedis Apostolicæ priuilegio [h], exemptione [i], vel alia causa legitima [k] ab his se valeant excusare. ¶ Priuilegia vero seu exemptiones [l] huiusmodi ad monasteria, seu ecclesias, quæ ad eos obuenire cōtingit, in posterum [m] volumus [n] non extendi.

¶ Idem.

¶ Ponit quadam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis, præcipue Cistercienfibus, & illa fieri prohibet, statuēs q̄d episcopi, qui in monasterijs Cisterciensis ordinis charitatiue procurātur, sint cōtenti cibarijs, quæ per illos sibi ministrantur. Si vero procurantur ex debito, ipsis volentibus carnes ministrari debent extra septa monasterij, vel saltē extra portā, q̄ dicitur Regularis. Ipsorum ēt eleemosynarij fragmenta mensarum possunt pauperib. erogare. hoc dicit. Io. And.

f ¶ Iura episcopalia.] de quibus de offi. ord. conquerēte. sup. tit. 1. c. 1. Et vides ꝙ procuratio legatorum & iura episcopalia ponuntur vt diuersa: per quod patet, ꝙ qui ex pacto tenentur ad iura episcopalia, non per id tenentur ad procurationem prædictam.

[Glo. seq. tria ponit exempla.

g ¶ Solita.] vel ex impositione facta tempore fundationis. 18. q. 2. Eleutherius. eo. ti. quāto. de iurepa. præterea 2. vel ex antiquo vsu. de hoc eo. ti. pueni. vel qa res aliqua habens onus annexum, pueni ad ecclesiam, in quam transiuit cum suo onere. 16. q. 1. si quis laicus, de deci. pastoralis. ff. de pig. c. ex litteris. ff. de cōtrah. emp. alienatio.

h ¶ Priuilegio.] hoc iuuat quo ad omnia prædicta.

i ¶ Exemptione.] si intelligas ab epali iurisdictione, hoc non iuuat quo ad procurationes legatorū sedis Apostolicæ, ad quas exempti tenentur. nō obstat eo. tit. cū instantia, ꝙ expone vt ibi dixi cōtra illas nō valet præscriptio. de præscrip accedentes.

[Glo. seq ponit tria exempla. in primo & tertio distinguit, secūdo quærit & soluit.]

k ¶ Legitima. puta cōpositione. inf. c. proxi. vers. nec cōpositiones, ꝙ intellige quo ad illa in quib. valeret cōpositio. de hoc eo. tit. cum venerabilis. vel res iudicata. de re iud. cū inter. & no. de pręscrip. cū ex officij. in vlt. gl. Præscriptio nō vī hic adaptari, cū loquatur textus de his q̄ præstari solebant: noua vero p̄scriptio post acquisitionē illarū bene posset adaptari in his iuribus, quæ sunt præscriptibilia, de præscrip. de quarta. Sed nunquid erit legitima cā si dicat̄ indebita fuisse? Sol. puto de mente huius constitutionis ꝙ percipiens in possessione defendatur donec probetur indebitum. eo. tit peruenit. facit de elect. querelam ad finem, & ꝙ ibi no. de offi. ord. duo simul, in 3. glo.

l ¶ Exemptiones huiusmodi.] intelligo generales, vel a prædictis iuribus.

[Glo. seq. alleg. 2. cōcor. ponit tempus concilij: quærit & soluit.

m ¶ In posterū.] cōcor. de deci. nup simile. s. ea. cōpil. de rescr. littera. Vides ergo ꝙ priuilegia vel exēptiones, quas habebāt religiosi, ēt circa ecclesias acquirendas nō hēnt locū nisi ī acquisitis ante cōciliū Vieñ. De religiosis dixi: qa circa sæculares nil immutat ista cōstitutio. Et scias ꝙ cōciliū īchoauit anno dñi M.cccxj. die cal. Octobris, & terminarū fuit anno sequēti 6. die Aprilis, & sic durauit vltra sex mēses. cito ergo qñ acquisiuerint, scias ante cōciliū vel post. Quid de acquisitis durāte cōcilio vel post cōciliū anteq̄ constitutiones ligarēt, de quo satis dixi in procemio, æquū videret ꝙ acquisitæ antequam ligarent cōstitutiones, priuilegijs & exemptionibus gaudeāt, per ea q̄ ibi dixi.

[Gl. seq. obiectionē soluit, & allegat quatuor similia.

n ¶ Volumus.] sit pro ratione voluntas, cum aliàs deceat

Clementinæ quæ fuerunt facta.

Voluntas quandoque est ratione.

deat priuilegium principis esse mãsarum. de reg.iur. decre.li.9.cum cõcor. & est si.s̃.ead.compil. de sepul. dudum.§.pe.in fi.& s̃.ti.1.c.1.in fi.de rescri.cap.vlt. de deci.c.2.lib.6.fuit tamen motiuum, quia priuilegium tendebat ad noxã.de deci.suggestũ.vbi de hoc.

† Vide c. cum Apostolus. extra de censibus. & c.1.2.& 3. eo.ti.li.6. & omno concil. Trid. sess.24. de for.c.3.vbi plene de materia uisitationis.

A D nostrum.] præsupponendũ est ꝙ aliquando patroni faciunt ordinari per episcopũ, ut tali die illa ecclesia teneatur dare unam procurationem, id est, comestionem.

CASVS. A nonnullis in concilio Viennensi fuit expositum ꝙ episcopi in fundatione ordinis Cisterciensis, qui ordo est exemptus a diœcesanis, petebant procurationes, siue comestiones, quas monasteria tenebantur soluere: isti episcopi non erant contenti cibis vel epulis regularib. & communibus ipsis secundum regulam suam, sed petebant carnes, & etiã illas petebãt administrari sibi intra septa monasteriorum, ꝙ est ꝯ ipsorum regulam. Et cum ipsi Cistercienses nõ velint sibi dare ꝓcurationes, ut ipsi epi petũt, ipsi rapiũt violẽter, & faciũt quãplures eleemosynas de bonis religiosorum, quamuis ẽt ipsi religiosi sufficientes eleemosynas faciant, & ẽt epi istas procurationes accipiunt in pluribus locis, in quibus non debent habere de iure uel consuetudine. Item epi ut magis grauarent monasteria Cistercien. faciebant ferrari equos suos, quamuis non indigerent. Itẽ coci episcoporũ dicebãt, date mihi pecunias, ego feci coquinã & paraui cibaria vestra dño meo: ego nõ teneor sibi parare tpe visitationis, immo monasteria tenẽtur mihi soluere, & sic iste cocus exigebat unam quantitatẽ pecuniæ. Item isti epi non approbabant compositiones factas inter prælatos super procurationib. recipiendis, immo existebant graues & rebelles, sic ꝙ multa bona monasteriorũ dilaniabant & cõsumebãt in modico tempore, & adhuc non erant cõtenti de ꝓcurationibus suarum personarum, sed ẽt hebebãt magnos & paruos canes venaticos, quibus necesse erat ꝓcurationes dari. Item habebant aues venaticas, ut accipitres, & quamplurima alia onera inferebant Nã si religiosi nõ satisfaciebant voluntati ipsorum epõrum, ipsi vel seruitores frangebant portas monasteriorum. Item ipsi recipiũt plures ꝓcurationes in die: q̃a accipiũt pecuniam loco procurationum, & non uisitant q̃ visitare dẽnt, immo omittunt uisitare accepta pecunia pro procurationibus, & sic ipsi prælati accipiunt & exigũt ab ipsis religiosis illa, ad quæ ipsi nõ tenenť. Item sunt aliqui prælati qui quando uidẽt ꝙ Papa mittit aliquos nuntios in diœcesi ipsorum, ipsi exigunt pecuniam pro procuratione illorum nuntiorum, & illam exigũt: saltem exigunt maiorem partẽ à locis exemptis & alijs locis religiosis, & hoc faciũt vt ipsi non tantum grauent presbyteros suos, sed etiã vt ipsi seipsos liberẽt. Et illi qui ista exposuerunt in concilio, dicebãt ꝙ isti prælati grauabant monasteria exempta in multis alijs, quare isti exponẽtes quærunt a Romano Põtifice q̃d fiendum de istis? Et dicit Clemens, ꝙ si isti prælati epi veniant ad ista monasteria exempta non causa uisitationis, sed charitatiue & gratia hospitalitatis: tũc ipsi dẽnt esse contenti. & debent recipere victualia regularia, & ista cibaria dẽnt illis tradi intra septa ipsorum religiosorum, nõ tñ̃ intra portam quam regularem appellant, & hoc maxime si illa cibaria non fiat consueta nec secundum regulam ipsorum religiosorum. Et ad hoc quod supradixi, ꝙ isti faciebãt eleemosynas, quamuis religiosi sufficiẽter facerent: Respondet, ꝙ ipsi pñt facere eleemosynas de fragmentis mensæ, hoc est, de residuo corũ quæ residãt ex mẽsa. Et si de cætero isti prælati velint euitare indignationem sedis Apostolicę, docet eos quiescere ab istis grauaminibus superius expressis. Nota ꝙ epũs non debet recipere eadem die plures procurationes, nisi hoc haberet ex priuilegio sedis Apostolicę: ideo dicit text⁹: pluresque procurationes recipiũt vna die sedis Apostolicæ priuilegio non suffulti.

CAP. II.

AD† nostrum[a] (quod dolẽtes[b] referimus) peruenit auditum, quòd ecclesiarum prælati ad monasteria Cisterciensis ordinis accedentes, licet ab eis charitatiue recipiantur, & eis curialiter necessaria ministrentur: cibis tamen regularibus[c] non contenti, contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt, & si eis non ministrentur, auferunt uiolenter. Et licet in locis eisdem fiãt eleemosynæ competenter: ipsi tamen prælati ipsis religiosis inuitis[d] alias eleemosynas faciũt etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent de consuetudine, vel de iure. Pro equitaturis quoque ferrandis licet ferris[e] non egeant, & coci eorum sui officij[f] ratione pecuniã exigunt & extorquent: Nec compositiones[g] super procurationibus inter prælatos

Nota iũcta glossa, ꝙ potest fieri compositio de & sup modo procurãdi, & numero ꝓcurandorum, si contentio & controuersia fuerint inter procurandum & illum qui debet procurare: puta episcopus potest facere talem compositionem, totiẽs quotiens ego veniam charitatiue vos visitãdo, dabitis ꝓcurationem, idest alimẽta pro me, & sex de meis seruitorib⁹, uel quatuor, vel plus, vel minus. Nota ꝙ epi cum uisitant, non debent habere canes venaticos, nec aues: immo etiam non debent habere dum nõ visitant: quia omnia ista sunt prohibita clericis ẽt sæcularibus. Nota: ibi, [Sunt nonnulli.] ꝙ tam exempti q̃ non exempti tenentur conferre ad procurationem legati seu nũtij sedis apostolicæ. Not. ibi, [Charitatiue recipianť.] ꝙ monasteria tenentur ad recipiẽdos hospites. sic & alij clerici. de præben. de monachis. de emp. & vendi. c.1. Et dicit Lau. ꝙ ad hoc pñt per excommunicationem compelli 44. dist. §. hinc ẽt. Nota de cibis regularibus. & de hoc in gl.3. & sunt oua, caseus, & pisces Zabarella.

[Prima glossa summat, & diuidit.]

a ¶ Ad nostrum.] Ponit quędam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis, pcipue Cisterciensibus, & illa fieri ꝓhibet, statuens ꝙ epi, qui in monasterijs Cisterciẽn. ordinis charitatiue ꝓcurantur, sint contenti cibarijs, quæ per illos ministrantur. Si vero procurantur ex debito, ipsis uolentibus carnes ministrari dẽnt extra septa monasterij, vel saltem extra portã, quæ dr̃ Regularis. Ipsorum etiam eleemosynarij fragmenta mensarum pñt pauperibus erogare. Prima pars ponit grauamina, secunda prouidet. ibi, [Nos igitur.]

b ¶ Dolentes.] s̃. ead. compil de statu mona. c.2. ver. visitatores. & ibi concor.

c ¶ Regularibus.] de q̃bus in regula B. Bñdicti. 39 c.

d Inuitis.] nõ erat ergo dicenda eleemosyna, quę de rapina fiebat. 1. q. 1. non est putanda.

e ¶ Fertis.] vide quod no. eo. tit. exigit. in gl. 2. lib. 6.

f ¶ Officij.] ꝯ id eo. ti. Romana. § procurationes. li. 6.

[Glos. seq. obiectionem soluit.]

g ¶ Compositiones.] compositio p quam tollatur procuratio debita uisitãti, nõ ualet: sicut enim visitatio p compositionem tolli non posset, ita nec procuratio quę debeť iure annexionis, sicut de pręscriptione dr̃. de pscrip. cum ex officij. sed erãt compositiones su pmodo ꝓcurãdi vel numero ꝓcurandorum, quæ seruadæ erãt. facit quod no. 16. q 7. quicunque: sicut etiam

i Procuratio uisitãti debita tolli non pt p compositionẽ. vide plene Abbatẽ in c. cũ ex officij. de pręscript.

ipsos & eos initas eis seruant: Ipsis [a] etiam in recipiendis procurationibus ita graues existunt, quod ipsis in eorum monasteris & ecclesijs procurationes recipientibus longi temporis victum breuis hora consumit [b]: & dum procurationes recipiunt, canes uenaticos, falcones, & accipitres secum habent [c]: Et nisi uoluntati satisfiat eorum, ualuæ [d] monasteriorum seu ecclesiarum per uiolentiam sæpe franguntur [e], & ornamenta ecclesiæ exportantur [f], pluresque procurationes recipiunt una [g] die sedis Apostolicæ priuilegio non suffulti: interdum in pecunia numerata, uisitationis etiam officio non impenso [h], & occasione dictarum procurationum ijdem prælati ab ipsis frequenter exigunt, quę illis soluere nō tenentur, intolerabilia eisdem grauamina cumulantes: Sunt † [i] & nonnulli, qui procurationes nūtiorum Apostolicæ sedis, aliaq. extraordinaria onera exemptis, & alijs religiosis pro maiori parte imponunt: vt se ac presbyteros liberent sæculares, religiosos ad ordinandum huiusmodi onerum distributionem minime assumentes [k]: In multis etiam alijs præfati prælati, exempta monasteria, & ipsorū ecclesias vtroque [l] illis iure subiectas, 10 grauant in procurationibus recipiendis, & oneribus insolitis imponēdis. ¶ Nos igitur super his volētes de opportuno remedio prouidere, sacri approbatione concilij duximus statuēdū, vt si episco- 20 pi non causa visitationis, sed charitatiuæ hospitalitatis ad monasteria uenerint supradicta [m], victualia gratiose [n] recipiant, quæ charitatis gratia eis fuerint ministrata. Ipsis autem episcopis ad mona- 30 steria uenientibus supradicta, & procurationes ibidem recipientibus sibi debitas de iure communi, consuetudine, priuilegio, uel iure alio speciali [o], in domibus ipsorum [p] monasteriorum, 40 extra tamen septa ipsorum existentibus, si quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin [q] intra septa ipsa non tamen intra portam, quam regularem [r] appellant, carnium pro con- 50 gruentia temporis si uoluerint [s] (priuilegio non obstante quocunque) cibaria ministrentur. Nec inconueniens reputamus si fragmenta [t], quæ de mensis ipsorum episcoporum, & suorum familia- 60 rium [u] colliguntur [x], per ipsorum episcoporū eleemosynarios ibidem [y] pauperibus erogētur. Ab

etiam sup decimis fit cōpositio. de deci. ex multiplici.
a ¶ Ipsis.] prælatis.
b ¶ Consumit.] contra id eo. ti. cū Apostolus. Refert Suetonius libro 2. quod Tiberius p̄sidibus suadentibus prouincias onerari tributo, rescripsit: boni pastoris est tondere pecus, nō deglutire.
ADDITIO. Vel potius deglubere, id est, pilos euellere: ita dēt esse: q aliter legit non intelligit.
c ¶ Habent.] contra id eo. tit. cum apostolus. de cle. vena. cap. 1. & 2.
d ¶ Valuæ.] de spon. cōsultationi. in principio.
e ¶ Franguntur.] an hæc liceāt etiam habenti iustam causam & possidenti, cui denegatur pēsio vel hospitium, vel procuratio: plene scripsi post Inno. de immu. eccl. cap. 1. 1

1 Vide ibidem Panormit.

f ¶ Exportantur.] hoc non pn̄t etiā collectores decimarum s̄. ea. compil. de deci. si beneficiorum.

Procurationū numer⁹ dierū numerum non excedat.

g ¶ Vna die.] cum tn̄ numerus procurationum non debeat excedere numerum dierum. eo. ti procurationes. quod locum hēt etiam in uisitāte plura loca, quorum quilibet ad procurationem sufficiat. eo. ti. felicis. lib. 6.
h ¶ Impenso.] s̄ id eo. tit. procurationes. & c. exigit. lib. 6. eod. lib. de offi. ord. si episcopus.

† al. Sunt etiā, &c.

i ¶ Assumentes.] s̄ id de reg. iur. quod omnes. lib. 6.
K ¶ Alijs.] de quibus de excess. præla. frequens.
l ¶ Vtroque.] de priuileg. quoniam.
m ¶ Supradicta.] scilicet Cistercienßis ordinis, tn̄ & de alijs idem uideretur, ab idētitate rationis. & s̄. proxi. generaliter loquitur de exēptis.
n ¶ Gratiose.] dicit prouerbium Italicorum, non respiciendum dētem equi donati [vnde quidam: Quadrupedis dentes donati cernere noli] cui ꝯuenit. ff. de ædi. edic. ad res donatas.
o ¶ Speciali.] puta pacto vel onere imposito fundationis tempore, ut dixi sup. c. proxi.
p ¶ Ipsorum.] ergo non aliorū priuatorum, vel ecclesiarum, etiam si domus essent ad hoc aptę, nisi ipsi prælati consentirent ibi procurari.
q ¶ Alioquin.] idem si extra septa nō fuerint domus monasterij ad hoc aptæ.
[Glossa seq alleg. vnam concor. quęrit & soluit, & solutionem determinat.]
r ¶ Regularem.] licet ergo in parte domus quod in alia parte non licet. de sta. mo. cum. ad monasteriū. Sed q̄d si extra portam illam non est locus aptus? Satis videt̄ quod propter necessitatem, quæ sic arctat possint tūc intra portam illam ministrari, vt sicut propter necessitatem tempore prohibito licet carnes comedere, sic liceat ex eadem causa etiam in loco prohibito. de obser. ieiu. cōsilium. in fine. de reg. iur. quod non est. facit de custo. Eucha. c. 2. Posset tamen dici, quod cum priuilegium istorum non tollatur intra portam, quod tunc ep̄s secundum formā priuilegij cibis regularibus debeat contētari: vbi vero non haberent priuilegium contrarium, sit locus ei quod prius dixi.

Carnes licet comedere tp̄e phibito pp necessitatem.

s ¶ Si voluerint] honeste facerent episcopi declinando ibidē sexta feria uel sabbato, uel die qua cibaria regularia conuenirent: tamen si alio die declinant, subditi superiori inuito legem cibariorum non dabunt. 41. dist. non cogantur. & concor. de cen. cum instātia. in fine.
t ¶ Fragmenta.] dicta à frango, gis. panes ergo integros, qui de mensa leuantur, inuitis monachis non dabit eleemosynarius, vel capones integros vel similia.
u ¶ Familiarium.] cū episcopo, vel post comedentium.
x ¶ Colligūtur.] in procuratione quę dat̄ ex debito, hoc est certū: sed in illa quæ dat̄ gratuito, non vr̄ id inuitis monachis fieri posse, & forsan auctor de vtraq. intēdit, quia si fragmenta uideantur esse largita.
y ¶ Ibidem.] ad alium ergo locum mittere nō posset distribuenda illis inuitis.

a ¶ Euitare.]

a ¶ Euitate.] Vide quod dixi inf. de sen. excom. c. 1. in glo. Mendicantes. in fine.

PRæsenti.] CASVS. Ista Clementina venit executiue, vel est executio c. quãquam. eo. tit. lib. 6. quia illud cap dicit, ꝙ exigentes à clericis pedagia vel guidagia ipso facto sunt excõicati: Istud c. mãdat omnibus diœcesanis, vt illos exactores denuntient & faciãt publice denuntiari excõicatos, donec & quousque venerint ad condignã satisfactionẽ. Not. [Deferunt,] id est, portãt. Not. ꝙ verbũ, [iubeo,] est pceptiuum & obligat, vt gl. hic in verbo, [iubemus.] & per cõsequens infertur ꝙ plati non obseruantes hmõi clementinæ dispositionem, peccant mortaliter, vt in ca. qđ pcipitur. 14. q. 1. iuncto c. 2. de maio. & obed. Not. ibi, [Vel psonis.] ꝙ bona clericorũ gaudent eodẽ priuilegio cũ rebus ecclesiarum, fm Lau. & Pau. Nota ex verbo, [negotiandi,] à 𝔠rio, ꝙ in his q̃ deferunt clerici causa negotiandi, non gaudent immunitate. de hoc in gl. à contrario. Zabarella.

† al. ita: diligenter prius abstineãt.

† Nota ꝙ res clericorũ gaudẽt eodẽ priuilegio, quo res ecclesiarũ. ca. vlt. de vi. & ho. cle. c. ecclesia rũ seruos. 12. q. 1. Anc.

[Prima glo. summat, & dicit quid declarat.]

b ¶ Præsenti.] Casus Diœcesani (quib. hoc constat) illos qui exigendo à clericis pedagia vel guidagia excõmunicati sunt vel interdicti publicare debent. venit executiue ad decre. quamquam. eo. tit. li. 6.

c ¶ Iubemus.] ergo obligat ex pręcepto. 14. q. 1. quod præcipitur, quod non bene ponderatur. simile sup. cad. compil. de sta. mo. c. 2. de relig. do. c. 2.

d ¶ Personis.] vide quod dixi in decre. quamquam.

e ¶ Rebus.] vel personis, vt in pdicta decre. quamquã.

f ¶ Proprijs.] scilicet personarum vel ecclesiarũ, vt sic etiam professos, qui proprium habere non possunt, includat pro talibus rebus quæ ad vsum proprium portantur, etiam laici non soluunt vectigalia. C. de vecti. & com. l. vniuersi. Plures alios casus in quibus non soluuntur, vide quæ no. ff. de publi. l. 4.

Laici qñque vectigalia non tenentur soluere.

[Glo seq. arguit ad contraria, & remittit: mouet dubia, & soluit.]

g ¶ Non negotiandi.] à cõtrario daꝛ intelligi, ꝙ in his quas causa negotiandi deferunt, non gaudent immunitate, vt etiam not Guli. in Specu. de immu. eccl. in fi. vbi etiam arguit contra emptores reddituum clericorum, qui volunt immunitate gaudere, sed ipsi etiã clerici non gauderent negotiationis causa deferendo, vt hic Si autẽ inter leuatorẽ pedagij & delatorem sit questio, vt quia ille negat eũ clericum, vel dicit res deferri negotiationis causa, vel res illius non esse, graue esset sp iudicẽ adiri pro fide huius rei recipienda, vnde videtur committendũ iuramento deferentium vel suorum nuntiorum, si personarum qualitas non dissuadeat, vel nisi de contrario fides haberetur in promptu. facit de iureiur. c. si. quod me. vau. ca. fi. Quo ad personam videtur sufficere si sit in habitu & tonsura clerica li. per decre. si iudex. de sent. excom. lib 6.

Pedagij ratione orta qõtio inter leuatorẽ ipsius & delatorẽ terũ qualiter terminabit.

alijs autem grauaminibus expressis superius, prælati diligenter † abstineant, si Dei & Apostolicæ sedis indignationem voluerint euitare.[a]

¶ Idem in eodem.

¶ Diœcesani (quibus hoc constat) illos qui exigendo à clericis pedagia vel guidagia excommunicati sunt vel interdicti publicare debent. Io. And.

CAP. III.

PRæsenti[b] † cõstitutione iubemus[c], vt locorũ diœcesani contra eos, qui ab ecclesijs vel personis[d] ecclesiasticis pro earum rebus[e] proprijs[f], quas non negotiandi[g] causa deferunt, aut deferri faciũt vel transmittunt, pedagia[h] vel guidagia suo vel alieno[i] nomine, exigunt vel extorquent[k] in animarum suarum periculum, & eorum à quibus ea exigunt præiudicium & grauamen, excõmunicationis[l] & interdicti[m] sententias à à iure[n] prolatas, postquam de † his ipsis constiterit[o], omnino, publicent, vel à suis subditis[p] tamdiu faciant publicari, donec[q] illi sic exacta † restituerint[r], & de transgressione huiusmodi satisfecerint[s] competenter.

TITVLVS XIIII.

De celebratione † Missarum, & alijs diuinis officijs.

¶ Clemens v. in cõcilio Vien.

¶ Prælati ad quos spectat correctio, & illis negligentibus superiores ipsorum debent esse solliciti, vt horis debitis in cathedralib. & collegiatis ecclesiis Horæ canonicæ deuote psallantur, & quòd in ecclesiis alijs celebretur conuenienter & debite diurnum officium & nocturnum. Io. An.

h ¶ Pedagia vel guidagia.] exponũtur hæc de verborũ significatione, super quibusdam, & omnia ista dicuntur portoria vel vectigalia, vt ibi not.

i ¶ Alieno.] de regu. iur. quod alicui. lib. 6. cum concor.

† al. & ipsis eis cõstiterit, &c.

K ¶ Extorquent.] vbi enim reciperentur ista à sponte soluentibus, non est locus pœnis. simile de simon. dilectus 2.

l ¶ Excommunicationis.] quo ad singulares personas.

† al. extorta.

m ¶ Interdicti.] quo ad ciuitates, castra, vel loca, quorũ collegia, vel vniuersitates in his delinquunt, & periculosissimum est: per ꝙ forsan tota Italia est interdicta; & vltra Italiam, testificentur experti. & vide quod dicam inf. de sen. excom. grauis in prin.

† al. ita: De celebratione missarũ, & aliorũ officiorũ.

n ¶ A iure.] eod. tit. quamquam. lib. 6.

[Glo. seq. supplet & remittit: secundo dubium soluit per duas rationes.]

o ¶ Constiterit.] parte vocata, contra quã fit publicatio. de quo satis scripsi ea. compi. de offi. deleg. c. vnico, Puto autem de hoc inquiri, & constare posse etiã in illo, qui soluit de hoc nõ conquerente: tum quia hoc beneficiũ respicit fauorem ordinis clericalis, non personæ tantũ, & spectat ad ius publicum. de foro compet. si diligenti. de sent. excom. contingit. 1. dist. ius publicum. tum propter animarum periculum, de quo præmisit, & præcipue in facto manifesto, de vsu. cum in diœcesi. de di uor. porro.

p ¶ Subditis.] vicinos etiã episcopos requirere possunt 11. q. 3. curæ. de treu. & pace. c. 1. sup. ea. compil. de foro compe. quamuis. § penul.

q ¶ Donec.] licet isti restituant, & satisfaciant, vt sequitur: est tamẽ necessaria absolutio excommunicationis vel relaxatio interdicti, vt in pręcdicta decr. quamquam in fine.

Restitutiõ & plena restitutio in idẽ sonant.

r ¶ Restituerint.] plenarie dicit dec. quamquam. quod forsan hic omittit: quasi sonet in idem verbum restitutionis & plenæ restitutionis. facit ff de verb. signi. cum prætor. ff. de vsur. videamus 2. §. in Fauiana. nec sufficeret hic cautio concord. quod not. de elect. quia sępe. lib. 6.

s ¶ Satisfecerint.] vide quòd dixi post Inno. de cohabi. cleri. sicut.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, &c.

[Visum est supra de capellis & ecclesijs tam religiosorũ, quam sæcularium, in quibus diuina officia & Missarum solemnia celebrantur: ideo, &c.

Ravi.] CASVS. Concilio generali Spiritu sancto legitime congregato fuit propositū, ꝙ plures clerici dicebant Horas Canonicas discurrendo, & quandoq; verba inhonesta proferendo, & dum ibant ad diuinum officium, ducebant secum canes venaticos, & aues: vnde modicā reuerentiam faciebant ipsi ecclesiæ, & scandalum inde oriebatꝰ: constituit concilium ꝙ ipsi celebrent diuinum officium cum deuotione & reuerentia, & pro hoc deputauit aliquos, vt compellāt clericos ad celebrandum cum deuotione vt decet, & cantor, vel decanus, vel Prior tenetur compellere clericos suæ ecclesiæ, & in defectu ipsorum eps Nota: ibi, [Ministri.] iuncta glo. ꝙ clerici nō beneficiati non tenentur ad Horas Canonicas dicendas, nisi essent in sacris constituti. Nota: ibi, [Fructū.] iuncto c. dolentes. eo. tit. in antiq. videlicet quod qui est adstrictus ad dicendum Horas, illas debet dicere attente Not. ꝙ obligatus ad Horas canonicas debet singulas dictiones & syllabas distincte proferre. Nota ꝙ beneficiati cum ad ipsas ecclesias accedūt, debēt accedere, id est ire cum humilitate. Item debent esse honesti in corona seu tonsura & in ve stibus: vnde tonsura est rasura in superiori parte capitis: Sed rasura est in inferiori parte capitis. No. quod in cœmeterijs non debent celebrari choreæ, nec cantilenæ dici, & multo minus in ecclesijs. Not. ꝙ licitum est turbari super delinquētes: nā Deus his turbatur & irascitur. de reb. eccl. non alie. si quis. Not. ꝙ Horæ Canonicæ debent dici cum puritate. Ex hoc arg. ꝙ qui est in mortali, si dicit eas, nihil agit, sicut sunt concubinarij, fures, & similes, vnde in psal. Peccatori autem dicit Deus, quare tu enarras iustitias? Zabarella.

† De materia huiꝰ Clemen. præter doctores hic vidē canonistas ī c. 1. & c. dolētes. ex de celeb. Missarū.

CAP. I.

Gravi [a] † nimirū turbatione mouemur, qđ ex nonnullorum rectorum negligētia, quæ [b] dum spem impunitatis permittit, multā nutrire pestilentiam consueuit [c] in subditis, plerique ecclesiarum ministri [d] modestia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo sacrificiū laudis [e] fructum [f] labiorum suorum in puritate conscientiæ & animi deuotione deberēt, Horas [g] Canonicas [h] dicere, seu psallere [i] transcurrendo, syncopando [k], extranea quidem & plerunque vana [l], profana, & inhonesta intermiscendo colloquia [m], tarde ad chorum conueniendo, seu ecclesiam ipsam absque rationabili [n] causa ante finem officij exeundo [o] frequenter, aues interdum portando seu faciendo portari, canesque secum ducendo venaticos [p], ac quasi nihil prætendentes de clericali militia [q], in corona vestibus & tonsura [r] diuina etiam celebrare, aut eis interesse nimis indeuote præsumunt.

¶ Nonnulli etiam tam clerici quam laici præsertim in festorum certorum vigilijs [s], dum in ecclesijs deberent orationi [t] insistere, non verentur in ipsis earumq. cœ

[Prima glo. dicit, quid facit, & diuidit, & summat.

a ¶ Graui.] prima pars ponit res species excessuū, quos secunda pars per superiores corrigi præcipit: ibi, (Ne igitur.) Et est prima species de clericorū excessibus in celebratione diuinorum. Secunda: ibi, (Nonnulli.) de dissolutionibus clericorum & laicorum, quas in ecclesijs & suis cœmeterijs faciebant. Tertia: ibi, (In multis.) de indecentia vestimentorum, vasorum, & ornamentorum ecclesiasticorum Et principaliter hoc intendit, prælati ad quos spectat correctio, & illis negligentibus superiores ipsorum debent esse solliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis ecclesijs Horæ Canonicæ deuote psallantur, & quod in ecclesijs alijs celebretur conuenienter, & debite diurnum officium, & nocturnum.

1 Vidē Io. An & alios ī c. 1. de celebra. Mis. & Archi. in c. Eleuterius. 91. dist.

b ¶ Quæ.] negligentia.

c ¶ Consueuit.] de vita & hon. cle. vt clericorum. cum suis concord.

d ¶ Ministri.] argue pro clericis, qui beneficiati non sunt, quod non teneantur 1 ad horas. de quo satis scripsi. eo. tit. c. 1. super glos.

e ¶ Laudis.] Psalmus. 9. Deus Deorum. ibi, Immola Deo sacrificium laudis.

[Glo. seq. dat quotam: arguit & remittit.]

f ¶ Fructum labiorum.] sumptum ad Hebręos vltimo, vltra mediū. Et arguitur ex hoc ꝙ satis est labijs 2 seruire in diuinis Horis, licet cor diuertat ad alia. de hoc scripsi post Inno. & Host. eod. titul. dolentes, & facit quod de oratione dicam inf. de relig c. vnico. in glos. de oratione, in septimo membro.

2 Princip. defectus in hanc gl. sanam consule Theologos & præsertim B. Thomam lib. 4 sent. dist. 15. q. 4. & ibi de Paluda. num dist. 15. q. 5. & Gabriel in canone Missæ lectione 11.

g ¶ Horas.] aspiratur, vt dixi sup ea. compil. de vi. & hone. cle c. 2.

h ¶ Canonicas.] septem de quibus eod. tit. cap. 1. & quare sic fuerint per ecclesiam institutæ, & qui teneātur ad eas dicendas, ibi scripsi: Missam de officio dicimus, sed non de Horis: quod patet, quia etiam epi de honestate inuitantur ad illas dicendas vel audiendas, de priuile. c. fin. lib. 6. distributiones tñ pro Missis vt p Horis in ecclesijs statuuntur. facit inf. ti. 2. c. 1. in fi. Canon distinguit solum duas Horas Matutinalem, & Vespertinam. 11. q. 3 si qs episcopus in concilio, quod quomodo intelligatur, not. 92. dist. c. vlt. Pythagoras etiam dicebat duorum temporum curam habendā, scilicet mane & vesperi, id est eorum quę acturi sumus & eorum quæ gessimus.

i ¶ Psallere.] hic iunge litteram infra, nimis indeuote præsumunt.

k ¶ Syncopando.] hoc exponiꝰ. eo. tit. dolentes. in 1. gl.

l ¶ Vana.] cū tñ de omni verbo otioso reddituri sumus rationem in die iudicij. Matth. 12. 22. q. vlt. c. quotiens.

Verbi otiosi ratio reddenda.

m ¶ Colloquia.] 1 ad Corinth. 15 Corrumpunt bonos mores colloquia mala. & not. 37. dist. turbat.

n ¶ Rationabili causa.] esset rationabilis qñ nimis fatigatus est spiritus, & causa recreationis sine scādalo aliquantulum exijt ecclesiam, vt scripsi post Inn. eo d. tit. dolentes. Idem si infirmitas vel iusta occupatio superueniret. 7. q. 1. illud. & c. seq. de conse. dist. 1 nullus. de cler. non resi. ex parte 2. eo. tit c. vnico. lib. 6.

o ¶ Exeūdo.] ēt laici Missā audiētes ante benedictionē sacerdotis exire nō dēnt. de cōse. dist. 1. Missam. & c. seq.

Missa integraliter audienda.

p ¶ Venatico.] quod etiam extra ecclesiam eis non licet. de cle. vena. per totum.

q ¶ Militia.] quæ cœlestis est 11. q. 1. Christianis. de cle. ægro. c. 1. ne cle. vel mo. c. 1. in fi.

r ¶ Tonsura.] sic de vita & hone. cle. clerici 1. & sup. ead. compil. eo. tit. c. 2. & quid corona & tonsura designet, ibi scripsi, & habetur 12. q. 1. duo sunt.

s ¶ Vigilijs.] in quibus clericalis modestia deberet studiosius obseruari. de statu mon. cum ad monasterium. ver. in refectorio. vbi sepius dixi verbum Senecæ. 18. epistola ad Lucillum: Festiuis maxime diebus animo imperādum est, vt tunc à voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuerit.

Senecæ dictū notabile.

t ¶ Orationi.] vide quod de oratione dicam inf. tit. 2. c. vnico. ad fin.

a ¶ Choreas

a ¶ Choreas.] dr à choro: chorizantes.n. in suis ludicris, cantilenis & saltibus quodãmodo tenent chorũ. & de his forte loquitur Psal. 11. In circuitu impij ambulant, & facit de vita & honest. cleri. cum decorē. 16. q. 1. legi. & has euitare debent Moniales. sup. ead. compil. de statu monac. 2.

Chorea vnde dr.

b ¶ Cantilenas.] 37. dist. c. 2.

† al. ita: et interdum, &c.

c ¶ Insolentias.] de offi. ordi c. 1. ea. compil. & ibi exposui.

d ¶ Violationes.] in talibus. n. facile veniri solet de ludo ad rixam, ex qua sequi solẽt effusiones sanguinis, vulnera & homicidia, per quę loca polluuntur. de consec. ecclе. vel alta. proposuisti. & quando vno polluto pollulum sit reliquum, dic vt eod. tit. c. vnico. lib. 6.

Pollutio loci sacri ex quib. pcedit.

† al. perturbant.

e ¶ Perturbatur.] vide quod not. & dixi de appel. dilectus.

f ¶ Indecentibus.] nõ ex immunditia cõtra quam prouisum erat. de custo. Euch. c. 2. sed ex vilitate pretij, vel æstimationis ipsorũ: quod patet ex eo quod de facultatibus quæritur. & de his de cõsecr. dist. 1. altarius palla. & c. vasa. cum duobus c. seq. In fratribus vero Minorib. reprobatur excessus circa ista ornamenta. sup. de verb. signifi. exiui. versus finem. §. quamuis.

g ¶ Inualescant.] principijs obstat, & c. vt not. de rescri. ad hæc. in finem.

[Glossa sequens arguit, & remittit.]

h ¶ Negligentiã.] arguo ꝙ de iurisdõne minorum prælatorũ diœcesani se non intromittunt, nisi in casu negligẽtiæ, de hoc de offici. ordin. cum ab ecclesiarum, & ca. pastoralis.

[Glossa seq. quæstionem soluit.]

¶ Superiores.] voluit his casibus dare diœcesanis delegatã potestatem, sicut fecit ead. compil. de supplen. neglig. præla. c. vnico. de sta mona. c. 2. de relig. domi. c. 2. quia propter hæc multum vsitata nimis præiudicatũ fuisset priuilegijs exemptionis.

K ¶ Relegata.] hic iunge litteram, sollicitam curent diligentiam adhibere.

l ¶ Debitis.] dicebat Host. eo. tit. c. 1. ꝙ pulsare & psallere Horas debitis horis seruabatur in cathedralibus & collegiatis ecclesijs.

meterijs choreas [a] facere dissolutas, & † interdum canere cantilenas [b], 10 ac multas insolentias [c] perpetrare; ex quibus ecclesiarum & cœmeteriorum violationes [d], inhonesta variaque delicta quandoque sequuntur, & ecclesiasticum plerumque perturbatur [e] † officium in diuinæ maiestatis offensam, & astantium scandalum populorum. 20

¶ In multis insuper ecclesijs cũ vasis, vestimentis, & cæteris ornamentis ad diuinum cultum necessarijs, indecentibus [f] vtique (pensatis earum facultatibus) deseruitur. ¶ Ne igitur transgressiones inualescant [g] huiusmodi, 30 alijsque veniant in exemplũ, sacri concilij approbatione hoc fieri prohibentes: sancimus, vt illi ad quos id pertinet, & in eorum, si vtique exempti non sint, negligentiam [h] vel defectũ locorũ ordinarij: si vero exempti fuerint, aut aliàs circa hoc priuilegiati, superiores [i] 50 ipsorũ (omni negligentia vel incuria penitus relegata [k]) circa reformanda præmissa, & eorũ singula corrigenda, necnon vt in Cathedralibus, Regularibus & Collegiatis 60 ecclesijs horis debitis [l] deuote psallatur: In alijs vero conuenienter & debite celebretur diuinũ † diurnum, & nocturnum [m] officium, si Dei & Apostolicæ sedis indignationem euitare voluerint, sollicitam curent diligentiam adhibere: cõtradictores per censuram ecclesiasticã (dummodo ad eos illam exercere [n] pertineat) alijsque opportunis remedijs compescendo, facientes prout ad eos spectat in his, & alijs, quæ ad diuinum cultum, & morum reformationem pertinent, ac ecclesiarum & cœmeteriorum respiciunt honestatem, sacrorum statuta canonum, ad quæ [o] scienda [p] diligens curent adhibere studium [q] irrefragabiliter obseruari. 40

† al. ita: diurnum officium pariter & nocturnum.

m ¶ Nocturnum.] eod. tit. dolentes, in fine.

n ¶ Exercere pertineat.] excludit fęminas licet prælatas, quod dic vt de maio. & obed dilecta. De maioribus curatis, & qui iurisdõni præsunt, dic vt not. 2. q. 1. nemo. de offi. ordin. cum ab ecclesiarum, plenius per Hosti. in sum. de senten exc. §. quis possit excommunicare. in vlt. col. Ioan. And.

o ¶ Ad quæ.] statuta. Ioan. And.

p ¶ Scienda.] propter medium horũ trium q̃ pmisit, s. de reformatione morum, non esset facile iura colligere, de quibus sciendis hortatur, sed sufficiat allegare. de vi. & hone. cle. per totum, ad primum eo. tit. p totum. de consec. dist. 1. per totum. ad vltimum, de cust. Eucha. c. 2. de immuni. eccle. per totum, & eo. titu. per totum lib. 6.

q ¶ Studium.] 20. dist. si decreta.

¶ Idem in eodem.

¶ Clerici etiam religiosi, domestici, commensales Cardinaliũ vel episcoporum, se possunt illis in diuinis officijs coaptare. h. d. Ioan. And.

CAP. II.

Dignum [r] † prorsus & congruum [s] arbitrantes, quod clerici tam religiosi, quàm alij [t] Cardinalium sacrosanctæ Romanæ [u] Ecclesiæ, ac, quoruncumq; Pontificum commensales domestici, sibi propter hoc licent aliqua, aliàs quæ nõ licent, vt hic. de hoc de statu. mo. recollentes.

Dignum.] Primo ponit dictum. Secundo circa illud remouet dubium. Secũda: ibi, [Nec ad dicendum.] Imol. ¶ Præsupponendũ est ꝙ quilibet tenet dicere Horas canonicas ad vsum illius diœcesis, in qua est bñficiatus. CASVS. Ego sum cõmensalis vel domesticos alicuius cardinalis vel epi, qui dicit Horas ad vsum ecclesię Romanę: Ego sum de alia diœcesi, quæritur, an possim dicere Horas meas sicut ipse, & in tali vsu? Dicit Clemens quòd sic.

Not ꝙ appellatione Pontificum non ueniunt electi in episcopos & confirmati, nisi sint consecrati, etiam in concessione priuilegiorum, vt gl. cum tex. in verbo, Pontificum. Not. ꝙ quis debet se coaptare ijs cum quibus cõuersatur. 22. dist. illa. in fin. 40. dist. ca. 1. in tantum quod etiam sibi propter hoc licent aliqua, aliàs quæ nõ licent, vt hic. de hoc de statu. mo. recollentes.

† Vide omnino Extrauagantẽ Pij V. Pontificis maximi incip. Qđ à nobis p quã recitatio Romani Breuiarij restituitur, & aliorũ aboletur.

[Glossa prima summat.]

r ¶ Dignum.] Clerici etiam religiosi, domestici, commẽsales Cardinalium vel episcoporum, se possunt illis in diuinis officijs coaptare.

s ¶ Congruum.] quasi conueniens.

t ¶ Alij.] commensales domestici: quod est inf.

u ¶ Romanæ.] non Compostellanæ vel Rauennatis, de offic.

de offi.archipresbyt.cap.2.& dixi de constit. cum omnes, super tertia glossa.
a ¶ Pontificum.] electos confirmatos nondum consecratos non videtur includere.
b ¶ Habentium]simile de præscrip.veniẽs,& exponitur hoc verbum, de offic. ordin. ꝙ sedem. in vlt.glo.
c ¶ Domestici.] de his de verborum signific.c.fi.lib.6.
d ¶ Possint.] non dicit quod teneantur:facit ff.de iud.non quicquid.
e ¶ Ipsis.] Cardinalibus vel episcopis.
f ¶ Officijs.]si de cibis addidisset, hoc multum monachis placuisset, per ea, quæ not.16.q.1.c.3.
g ¶ Coaptare.] facit 12.dist.illa. & hic iunge finem.
h ¶ Officium.] sit Gregorianum, Ambrosianum, vel monachale cuiusuis ordinis. Itẽ siue dicant de feria, uel de festo.
i ¶ Licite dicere.] No ta ad quæstionem 1 de monacho prælato ecclesiæ sæcularis, ꝙ reget illam ſm officium clericale non monachale. hoc placet Ioan.17.q.1.cap 3.Goffr.de statu mona. in summa.§.sed nunquid absoluitur.& Hosti.in sum.ipsius tit.§.2.versi.sed nunquid talis, facit de præscrip. cum olim. Sed dices contrarium probari per hanc decretalem, dum hic fuerit concessa specialis indulgentia, præter quam hoc non licuisset, vt dicam in fin.Solu.isti non sunt perpetuo trãslati, sed ille nihil habet commune cum monachis.16.q.1.ne pro cuiuslibet.
K ¶ Indulgemus.] prius ergo hoc non licebat.

† al. ita: sacro approbante concilio indulgemus.

1 Monachus prælatus ecclesiæ sæcularis ꝙ officiũ dicet, huc spectant tradita p. B.Th.2.2. q.185.art. 8.cum videor.

ficum a gratiam & cõmunionem Apostolicæ sedis habentium b, commẽsales domestici c se possint d ipsis e in diuinis officijs f coaptare g, vt illud quod ijdem Cardinales seu Pontifices dicent officium h licite i dicere valeant: Nec ad dicendum aliquod aliud teneantur, sacri † approbatione concilij indulgemus k.

TITVLVS XV.

De baptismo & eius effectu.

¶ Clemens v. in concilio Vien.

¶ *In fontibus ecclesiarum nõ in priuatis domibus debet baptisma concedi. duos casus excipit, & transgressores puniri præcipit. Ioan. And.*

CAP. VNIC.

Præsenti l † prohibemus edicto, ne m quis decætero in aulis n, vel cameris o, aut alijs priuatis p domibus, sed duntaxat in ecclesijs, in quib. sunt ad hoc fontes specialiter deputati q, aliquos r (Nisi regum s vel principum, quibus valeat in hoc casu

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.
¶ Visum est de sacramento Ecclesiæ, quod est sacramentum Eucharistiæ: nunc videndum est de sacramẽto baptismi.

Præsenti.] Tres sunt partes principales, quia primo ponit regulam. Secũdo, duos casus ex cipit ab ea:ibi:[Nisi.] Tertio punit ꝯ facientes:ibi.[Quia autem.]Imol.
CASVS. Fuit à nonnullis in concilio generali expositum, ꝙ licet fuissent in ecclesijs parochialib. deputati sacri fontes ad baptizandos paruulos:tamen plures baptizabant in suis domibus, vel alijs locis priuatis, ꝑꝑ quod fuit ortum scandalũ:ideo constituit concilium, ꝙ decætero nulli baptizentur nisi in ecclesijs, demptis & exceptis filijs principum, vel nisi subsit rationabilis causa, & contrafacientes puniuntur, vt in textu. Nota quòd æquiparantur nobilitas & necessitas, de hoc in glo.hic, comparantur. nota quod necessitas legi non subiacet, de obser.ieiu. consilium.regula, quod non est.lib.Zabarella.
[Glossa primo summat, & diuidit.
l ¶ Præsenti.] in fontibus ecclesiarum, non in priuatis domibus debet baptisma cõcedi. Duos casus excipit, & transgressores puniri præcipit. Exceptio: ibi, Nisi.] punit io:ibi, [Qui autem.]
m ¶ Ne quis.] omnes comprehendit, nedum eos quibus ex officio competit baptizare 2, vt presbyteros. De diaconis dic vt 94 dist.diaconos.
n ¶ In aulis.] aula dicitur sala vel spatiosum habitaculum communiter quattuor habens alas.
o ¶ Cameris.] cõcor. de appel.qua fronte, & quod ibi not in glo.2.
p ¶ Priuatis dominibus.]bene concor.in Authen.vt in priua do.sacra myst.non fiant.coll.5.per totum.
q ¶ Deputati.]de maio & obe. & his quæ. de capel.mo.c.2.& tales ecclesiæ dicuntur baptismales, de no. ope.nun.c.1. in princ. & de his.16.q.1.de decimis.§.2. 13.q.1.§.2. ver. decimas, & quia renascimur per baptismum, dicuntur matrices. de præscrip. ex transmissa. inf. de sent.excom.c.1.
r ¶ Aliquos.] hic iunge litteram infra, audeat baptizare.
[Gl.seq.dat tres cõcord. quęritur quis dicatur princeps: ponit xij. æquiuocationes, & soluit, dicens tyrannos non includi, & respondet contrario.]
s ¶ Regum.]simile de offi.delega.ca.vlti.de priuil.ne alqui.lib.6. Sed iura illa loquuntur solũ de regib.hic addit de principibus. sic sup.ead.comp.de testib.c.1. Et quos hic dicat princeps, dubitaẽ. Deus.n.princeps dr, Isaiæ 9.ibi, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Interdum Angelus de se dicens Iosuæ 9. Ego sum princeps exercitus. Interdum Papa de consecra.dist.1. corpora. Interdum epĩ.de maio.& obe.si quis, vel alij iudices ecclesiastici.17.q 4.diffiniuit.in fine. Imperator. de re iudic.ad Apostolicæ.in princ.lib.6.Rex.de sacra vnc.ca.vnico. ver.vnde in veteri.de accus.veniẽs, de elec.innotuit. de bap.maiores, circa fi 45.di.de Iudæis.vel alius princips populo, de maior.& obed.omnes.Exodi.22.principi populi tui non maledices, vel loco.de Iudeis.Iudei.& c.seq.& c.in nonnullis.in fi. de vsuris, quanto. & inf.de Iudeis, c j.in prin.de hæreti.cum ſm in fi.de homi. pro humani. lib 6. Sed si sic large principatus sumatur pro domino vel dominatione populi, iam videretur ꝙ omnis baroniam habens, sit princeps: sic & large omnis regens prouinciam, dominium, gentem, prolem vel plebem dici põt rex.23.q.4.duo ista. Apes ẽt & grues habent principem 7.q.1.in apibus. & diabolus ẽt dr princeps mundi, Ioan.14. & vitiorum, de pænit.dist.2.princeps, & in his multum posset instari, sed non expedit. Et componitur princeps ex primum & capio, & dr quasi primum capiens locum vel dignitatem. Sunt etiam certæ dignitates seculares specialiter sic vocatæ, vt principatus Achaiæ, & his similes, ad illas tamen hunc textum non puto restringi. facit de verb.sig.quamuis. Est aduertẽdum, ꝙ decre fundamenta.§.vt ergo.loquens de Imperatore, tege, & principe, submittit de marchione, duce, comite, & barone, vel alio 3 notabili potẽtatu, per quod vr ex ordine ꝙ princeps maior sit ꝑdictis, marchione, duce, & c. Et ex hoc puto ꝙ principatus hic sumatur pro notabili potentatu merito comparando regiæ dignitati. facit ea. decra.fundamenta.in fin. Tyrannos autem (quibus in Italia constellatio nunc fauet) includi non puto: Nã (vt ait Gregorius) Tyrannus est ꝓprie, q in republica nõ iure principatur: Et Philosophus, ꝙ sicut regnũ est rectus principatus, ita tyrannis est peruersũ dominiũ, de quo

a Vide B. Th.3.par. q. 97. de ministris sacramẽti baptis.

Ecclesiæ baptismales dicuntur matrices.

† Concordat tradita p B. Th.par.3. q.84 art.

Principis appellatio mul. toscõpre hendit.

Princeps vnde dicitur.

3 Al. ita: vel alios notabilis potentatus.

Tyranni quis di.

deferri, liberi [a] extiterint, Aut talis neceſſitas [b] emerſerit, propter quam nequeat ad eccleſiã abſq; periculo [c] propter hoc acceſſus haberi) audeat baptizare. Qui autem ſecus p̃ſumpſerit [d], aut ſuã in hoc præſentiam [e] exhibuerit, taliter per epiſcopum ſuũ caſtigetur [f], quòd alij attentare ſimilia non præſumant [g].

TITVLVS XVI.

De reliquijs & veneratione Sanctorũ.

¶ Clemens v. in conci. Vieñ.

¶ *Feſtum corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauum Pentecoſtes, & certæ indulgentiæ conceduntur ijs, qui in feſto vel intra octauam officio, vel horis interervnt. Ioan. And.*

CAP. VNICVM.

SI Dominũ [h] † in ſanctis eius laudare iubemur [i], dignum profecto [k] iuſtum & ſalutare nobis exiſtit, vt ſibi in ſui [l] quo nos quotidie ſpiritualiter reficit [m] memoriã corporis laudes feſtiuæ venerationis & gratias referamus. Hac igitur cõſideratione inducti, cõſtitutioné à bonæ memoriæ Vrbano [n]

---

de quo ſatis. 4. & 5. Politi. cum ergo princeps tendat ad bonum cõmune, tyrãnus ad propriũ: ergo nõ eſt princeps: Vnde Iſa. 32. Princeps ea quæ ſunt digna principe cogitat. Abſit ergo ꝙ illos quanticunque ſint potẽtatus, hæc cõſtitutio priuilegiet. ad hoc de reſcri. gratioſe. in fi. li. 6. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. 2. rñſo. Non obſtat de hæret. p̃ſidentes. lib. 6. quia illud ſpeciale fauore fidei.

[Glo. ſeq. ponit differentiam inter filios & liberos: arguit pro naturalibus: ſoluit contrariũ, ad allegata reſpondens.]

Liberi & filij differunt.

a ¶ Liberi.] comprehendit nepotes ex filijs & alios deſcendẽtes. ff. de verb. ſig. l. liberorum. ſecus ſi dixiſſet, filij. Appellatio enim filiorum regulariter nõ cõprehendit nepotes. inſtitut. qui teſta. dare tu. poſ. in fi. caſualiter cõtra. ff. de verb. ſig. filij. & ibi de hoc. Et quod dixi, cõprehendit nepotes, intellige de deſcendẽtibus ex filijs maſculis. ff. de ſena. l. liberos. in fi. de pœnis, vbicumque. lib. 6. Vr̃ hoc etiã intelligi poſſe de naturalibus, nõ de legitimis, per prædictã l. liberos. 1. reſponſo. & per id quod notat. de ꝓbat. in p̃ſentia. in prin. 1. gl. & dixi poſt Hoſt. de ſent. excõ. ſi vero. §. fi. Verius vr̃ illos non comprehendi, per l. cũ legitime. & per ibi nota. ff. de ſtat. ho. facit inſtitu. de nup. §. fina. ff. de in ius vo quia ſemper in authen. qui. mo. na. effi. ſui. §. fi. colla. 8. & 1. l. liberos. non intelligitur de naturalibus qui legitimi ſunt, vt ibi not. Ad not. in decre. in p̃ſentia. reſponde per not in l. ibi allegata ff. de Trebel. l. ex facto. §. ſi q̃s rogatus. Ad vlt. allega. dic ꝙ quo ad parentum reuerentiam bene habetur ratio naturalium tantum, ſed quo ad commodum liberorum vel honores, non: vt in contrarijs.

[1] In plenis; antiquioribus. ita, & lex liberos. intelligitur de naturalibus. q legitimi ſũt, & ita vr̃ legere. Io. Imol.

b ¶ Neceſſitas.] hic cõparantur nobilitas & neceſſitas alibi nobilitas & litteratura de præb. de multa. in fine.

c ¶ Periculo.] forte pueri baptizandi exiſtẽtis in mortis articulo. eod. tit. cap. pen. vel deferentium, vt quia eſt hoſtilitas vel locus obſeſſus.

d ¶ Præſumpſerit.] baptizando in locis talibus.

e ¶ Præſentiam.] ex propoſito. s̃. ea. compil. de ſta. mo. ne in agro. §. porro. in fi. & §. ſeq. & huic concor. de vi. & hone. cle. clerici, ne cle. vel. mo. c. pen. in prin. & de clande. deſpon. c. vlt. circa finem. de vſur. quamquam lib. 6. ad finem.

f ¶ Caſtigetur.] arbitrarie. de offi. deleg. de cauſis. cũ concordantijs.

g ¶ Non præſumant.] s̃. ead. compil. de offi. ordi. c. 1. cũ ſuis concordantijs. licet autem puniatur faciens, baptiſmi collatio tenet: ex quo enim concurrunt debita materia & debita forma cum intentione baptizãdi, valet à quocunq; [2] collatũ. de ſumma trin. c. 1. ſacramẽtũ. & in quocunque loco ẽ facit de baptiſ. debitũ.

[2] Vide B. Th. 3. par. q. 67. per totã qõ. vnde intelliges veritatẽ huius gloſſæ.

DE RELIQVIIS ET VENERAtione Sanctorum.

[Viſum eſt ſupra de eccleſijs tã ſæcularibus quàm regularibus, etiã de quibuſdã ſacramentis eccleſiaſticis: nũc vidẽdũ eſt de reliquijs & veneratione Sãctor.

SI Dominum.] ¶ Præſupponendũ eſt quòd Vrbanus Papa Gallicus qui præfuit Eccleſiæ Romanæ tribus annis, fecit conſtitutionem, ꝙ feria quinta poſt feſtum Pentecoſtes celebretur feſtum de corpore Chriſti, & ad animandum populum Chriſtianum dedit indulgentias illis qui intereſſent diuinis officijs. Et quia illa cõſtitutio Vrbani non fuit recepta ab omnibus, ideo Clemens Papa quintus innouauit illam conſtitutionem, & illam præcepit ab omnibus ſeruari. Accipiatis diuiſionem glo. & proſequamini ſicut ipſa tradit.

† Vide cõc. Tri. ſeſ. 13. de ſanctiſſimo Euchariſtie ſacramẽto. & ſeſ. 22. de ſacrificio Miſſæ. & & B. Thomã opuſculo. 57.

¶ Colligo aliqua notabilia. Primo ex principio text⁹, quòd valet argumentum a minori ad maius affirmatiue, vt in authen. multo magis. C. de ſacroſanct. eccle. Nota plura miracula & plures effectus ſacramenti altaris. Nota rationem conſtitutionis feſti omniũ ſanctorum, cur in illo die fiat. Nota effectum huius cap. ꝙ die Iouis poſt feſtũ Pentecoſter debet celebrari feſtũ Corporis Chriſti. Et nota indulgentias cõceſſas illis qui intererunt omnibus diuinis officijs. Nota lecturã tui textus, & pulchra verba in illo exiſtentia Nota ꝙ Deũ iubemur laudare in ſanctis eius, ideſt laudare Dei mirabilia, laudando ea, quę ſancti fecerũt in Dei virtute. de hoc in gl. 2. Nota ꝙ quandoq; iuſtum & honeſtũ ſimul concurrunt, vt in littera ibi, [Dignũ profecto, iuſtum, &c. quandoque videtur aliter. Zabarella.

[Prima gl. diuidit dicens quid ſingulæ partes faciant, & deponit ſummam.

h ¶ Si Dominum.] duæ ſunt principales partes: in prima procemiũ Clemẽtis, q̃ expreſſa, motione ſeruari cipit cõſtitutionẽ Vrbani. in ſecũda p̃dicta cõſtitutio ibi: [Vrbanus.] quæ ſubdiuidit̃ in titulũ & proſam ibi, [Tranſiturus.] in qua præmitiit de corpore Chriſti ſuaue, formoſum & prolixũ exordiũ, principaliter oſtendens cauſam inſtitutionis ipſius ſacramẽti, & ipſius effectũ. Secũda ibi, [Licet igitur. ponitur narratio in qua p̃miſſa multiplici cauſa celebrationis feſti corporis Chriſti, diẽ ſtatuit, qua debeat celebrari. Tertio ibi, [Ideoq;.] cõcludit ponens exhortationẽ de feſto colendo cũ certis indulgẽtijs. Et hoc intẽdit. Feſtũ corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauã Pentecoſtes, & certæ indulgentiæ concedunt̃ his, qui in feſto vel infra octauã officio vel Horis intererunt.

i ¶ Iubemur.] Pſalm. vlt. Laudate Dñm in ſanctis ei⁹. ADDITIO. Facit eo. tit. c. 2. & e. tit glorioſus. li. 6.

k ¶ Profecto.] pro certe. [3] & eſt ſenſus laudare iubemur Dominem in ſanctis, fortius in ſeipſo. & eſt argumentum à minori. de quo de elect. cũ in cunctis, vel quo dicimus, propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

[3] Hæc gl. notanda eſt ꝓpter modos arguẽdi. Io. Imola.

l ¶ In ſui.] corporis memoriam, quod ſequitur.

m ¶ Reficit.] de cõſecra. diſt. 2. qui manducat. in prin.

n ¶ Vrbano.] qui fuit natione Gallicus & Trecẽſis, & parũ vixit vltra trẽniũ ĩ Papatu. & fuit is q̃ regnũ Siciliæ

ciliæ cōtra Manfredū contulit Carolo fratri regis Frāciæ, vt patet in Chronicis.

a ¶ Præcipimus.] Licet hoc proœmium sit simile illi quid habetur s̄. ea. compil. de sepul. dudum tamen in hoc differunt: quia illud in concilio, hoc est extra cōciliū. Item hic constitutio Vrbani solū seruari præcipitur: ibi constitutio Bonifacij innouatur. ratio patet. quia illa fuit ꝑ constitutionem Benedicti reuocata, ista uero non fuit reuocata sed per aliquos non recepta.

b ¶ Sumpta cœna.] ratio huius habetur de cōse. dist. 2. liqdo.

c ¶ Instituit.] Matthęi 26. de cōse. dist. 2. panis est in altari. de celebra. Mis. cum Marthæ.

d ¶ Poculum.] facit hæc littera ꝙ alia sit transubstantiatio corporis, & alia sanguinis. de hoc de cōsec. dist. 2. cum omne. & cap. comperimus. & cap. quia corpus.

e ¶ Annuntiamus.] 1. ad Corinth. 11. circa finem.

f ¶ Apostolis.] Lucæ 22. de conse dist. 2. in Christo semel. in fin. & vide quod ibi not.

g ¶ Prætiosum.] 95. dist. ecce. de consecra. dist. 2. nihil.

[Glo. seq. primo allegat quotam, & remittit, secundo ponit septem mirabilia in corpore Christi, ad singula inducens latem vnum casum & figuram.]

h ¶ Mirabilia.] quod optauit Ecclesiast. 36. c. ibi: Innoua signa, & immuta mirabilia.

† In antiquiorib. codicib. deest dictio, hoc.

† Vide oīno B. Tho. par. 3. q̄s. 73. art. 5. & q. 83. ar. 2. vbi agit de glorio sa & sanctissima huius venerabilis sacramēti institutione.

Papa quarto prædecessore nostro superhoc editam, de fratrum nostrorū cōsilio districte præcipimus [a] obseruari, cuius tenor sequitur in hæc verba: Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs ecclesiarum prælatis: & cætera. ¶ Trāsiturus de hoc † mundo ad patrē Saluator noster Dominus Iesus Christus, cum tēpus suæ passionis instaret, sumpta [b] cœna, in memoriā mortis suæ instituit [c] † summū & magnificū sui corporis & sanguinis sacramentum, corpus in cibum, & sanguinem in poculum [d] tribuendo: Nam quotiens hunc panē mā ducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus [e]. In institutione quidem huius sacramenti dixit ipse Apostolis [f]: Hoc facite in meam cōmemorationem vt præcipuum & insigne memoriale sui amoris eximij, quo nos dilexit, esset nobis hoc præcelsum & venerabile sacramentum: memoriale, inquā, mirabile ac stupendum, delectabile, suaue, tutissimū, ac super omnia pretiosum [g], in quo innouata sunt signa, & mirabilia [h] immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis saporis suauitas [i], ipsaque dulcedo Domini degustatur, in quo vtique vitæ suffragiū cōsequimur & salutis. [k] Hoc est memoriale dulcissimum, † memoriale sacratissimū, & memoriale saluificum, in quo gratam redemptionis nostrę recensemus memoriam [l], in quo à malo retrahimur & in bono [m] confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipsius corporali præsentia Saluatoris. Alia namque quorum memoriam agimus, spiritu menteque cōplectimur: sed nō propter hoc realem eorum

fulcit animæ nostræ substantiam, & quotidie [3] accipiendus est iste panis, vt quotidie prosit. de cōsecr. dis. 2. non iste panis, & qui de eo manducat, in æternū nō deficit. ead. dist. Christus panis est & hoc figuratū fuit 3. Regū. 19. post princ. vbi Heliæ fugienti per desertū viā vnius diei, & tandem dormienti, angelus ad caput eius posuit panem subcinericium, dicens: surge & comede, qui cum comedisset, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctib'. Et qui cōtemnit vel negligit hunc panē sumere, debilitaē & cadit à virtutibus. de consecr. dist. 2. si quotiens. & c. si quis intrat: quod figuratum est 1. Regū. 28. ad finē, ibi: statimq. Saul cecidit super terrā, & robur nō erat in eo: quia panē non comederat illa die. Itē mirabilis mūditia: quia nisi digne & à dignis sumatur, propinat mortis iudicium [4] de cōsecra. distinctio. 2. q̄ scelerate. & capitu. timorē. quod tangere voluit Psalm. dicens: Qui manducatis panē doloris. & cum buccella, quam Christus dedit Iudę, introiuit diabolus in eum. de cōsecra. distin. 2. esca. Item mirabilis translatio, quia etiā precce iniusti [5] fit transubstātiatio virtute Spiritus sancti, nō merito sacerdotis. 1 q. 1. cum scriptura. qđ figuratum fuit in historia, q̄ ibi tangitur de Gedeon, Iudicū. 6. circa mediū, cui ꝑcepit angelus, ꝙ panes, azimos & carnes tolleret, & illa poneret super petram: & extendit angelus summitatē virgæ, q̄ habebat in manu, & ascendit ignis de petra, & consumpsit sacrificiū. Itē mirabilis transmissio, quia transmittitur ēt ad defunctos, non summe malos, nec summe bonos. 13. q. 2. non æstimemus. & cap. animæ. ꝙ figuratum fuit Danielis vlt. ad finem. vbi pręcepit angelus Abachuc ꝙ panes & pulmentū qđ ferebat messoribus, portaret in Babylonem Danieli posito in lacu leonum, & cum nesciret Abachuc locum, apprehēdit illū angelus capillo capitis sui, & posuit eū in Babylone super locum, & accepit Daniel prandiū, &c. quędam alia miranda ex inferioribus collige. Io. An.

3 Vide omnino B. Thom. 3. par. q. 80. ar. 10.

† B. Thomas opusculo 57.

4 B. Thomas 3. par. q. 80. ar. 4. & 5.

5 B. Thomas 3. par. q. 82. art. 7. & 8.

de his mirabilibus dixi de celebr. Mis. cū Marthæ. §. quæsi uit. Et nunc aliter tractando dicamus cū theologis. quòd in hoc sacramento notatur mirabilis productio: quia de cęlo nobis productū est, & ad vocē sacerdotis aperiuntur cæli. & c. de consecra. distin. 2 q. d est sanguis, quod figuratū [1] fuit Exod. 16. in prin. Ego pluam vobis panes de cælo. Itē notatur mirabilis multiplicatio, quæ quotidie conficitur & sumitur, nec cōsumitur. de conse. dist. 2. in Christo semel. & cap. q. mā ducat 2. quod figuratum fuit 2. Regū. 6. circa finē, vbi dr, ꝙ Dauid partitus est in vniuersam Israelis multitudinē singulis collyridā panis vnā, & assaturā bubulæ carnis vnam. & 4. Regum. 4. in fine. de viginti panibus saturati sunt centū viri. Itē mirabilis ministratio, quia quo ad effectum, ita per malos [2] vt ꝑ bonos ministratur. 1. quæst. 1. intra catholicam. cum c. sequē. vsque ad §. sed obijcitur. de consec. distin. 2. vtrum. qđ figuratum est 3. Regū 17. in prin. vbi dicitur quòd Heliæ, qui fugerat ad torrentē, corui deferebant panē, & carnes mane & vespere. Item mirabilis cōfortatio: q. a

1 De figuris huius sacri. B. Thom. 3. par. q. 73. art. 6. & q. 80. art. 10. ad 2. argumentum.

2 B. Thomas. 3. par. q. 82. art 7. & 8.

i ¶ Suauitas.] Sapientiæ 16.

k ¶ Salutis.] de consec. dist. 2. cum omni. in prin. & c. species, in fin. Ioan. And.

l ¶ Memoriam.] de consec. dist. 2. semel Christus. & c. in Christo semel.

m ¶ In bono.] sic de statu monа. cum ad monasteriū. ver. prior.

a ¶ Forma

præsentiam obtinemus. In hac vero sacramentali Christi cõmemoratione Iesus Christus pñsens sub alia quidem forma [a] in propria vero substantia est nobiscum: Ascensurus enim in cælũ dixit [b] Apostolis & eorum sequacibus [c]: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi: benigna ipsos promissione confortãs, quòd remaneret, & esset cum eis etiam præsentia corporali. O digna & numquam intermittenda memoria, in qua mortem [d] nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum interiisse, ac lignum [e] viuificum ligno crucis affixum fructum nobis attulisse salutis. Hæc est commemoratio gloriosa, quæ fidelium animos replet gaudio salutari, & cum infusione lætitiæ deuotionis lacrymas subministrat. Exultamus nimirũ nostram memorando liberationem, & recolendo passionem Dominicam, per quam liberati sumus, vix lacrymas cõtinemus. In hac itaque sacratissima commemoratione adsunt nobis suauitatis gaudium simul & lacrymæ: quia & in ea congaudemus lacrymantes, & lacrymamur [f] deuote gaudentes, lætas habendo lacrymas, & lætitiam lacrymantem: nam & cor ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas. O diuini amoris immensitas, diuinæ pietatis superabundantia, diuinæ affluentia largitatis: dedit enim nobis Dominus omnia, quæ subiecit sub pedibus [g] nostris, & super vniuersas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum. ¶ Ex ministris etiam spirituũ superiorum † nobilitat & sublimat hominis dignitatem: Administratorij [h] namque sunt omnes in ministerium propter eos, qui hæreditatem salutis capiunt destinati. Et cum tam copiosa fuerit erga nos eius munificencia, volens adhuc ipse in nobis suam exuberantem charitatem præcipua liberalitate monstrare, semetipsũ [i] nobis exhibuit, & transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in domum, & datum est idem penitus cum datore [k]. Quàm larga & prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum [l]. Dedit igitur nobis se in pabulum; vt quia per mortem [m] homo corruerat, & per cibum ipse [n] releuaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum †, releuatus est homo per cibum ligni vitalis: In illo pependit esca mortis, in isto pependit vitæ alimentum. Illius esus meruit læsionem, istius gustus intulit sanitatem: gustus sauciauit, & gustus sanauit, vide quia unde vulnus est ortum, prodijt & medela [o]: & unde mors subijt, exinde uita euenit [p]. De illo siquidem gustu dicitur [q]: Quacumque die comederis, morte morieris. De isto uero legitur [r]: Si quis comederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Hic est cibus, qui plene reficit, uere nutrit, summeque impinguat: non corpus sed cor, non carnem sed animam [s], non uentrem [t] sed mentem. Homini ergo, qui spirituali alimonia indigebat, saluator ipse misericors de nobiliori & potentiori huius mundi alimento pro animæ refectione pia dispositione prouidit, decens quoque liberalitas

a ¶ Forma.] & quare hoc, not. de conse. dist. 2. forte.
b ¶ Dixit] Matthæi vltimo. in fine.
c ¶ Sequacibus.] per fidem. de successoribus Apostolorũ not. 12. q. 1. videntes.
d ¶ Mortem nostrã.] æternam.
e ¶ Lignum viuificũ.] scilicet Christũ.
f ¶ Lacrymamur.] simile 2. ad Corint. 6. de excess. prælat. nimis 1. in princip.
g ¶ Sub pedibus nostris.] Psal. 8. Domine Dominus noster. & ad Hebr. 2. vbi dicit Apostolus, quod omnia submittendo nil dimisit non subiectum, & concor. de maior. & obed. solitæ. circa finem.
h ¶ Administratorij.] sumptum ad Heb. 1. c.
i ¶ Semetipsum.] ad Ephesios. 5.
K ¶ Cum datore.] concor. de conse. dist. 2. nec Moyses. & sum. trinit. cap. 1. §. vna. in princip.
¶ Glo. seq. duo notat, & secundum tripliciter probatur.
l ¶ Seipsum.] not. pro forma saturationis, qua quis offert seipsum: qua breuitatis & causa multum vtor. Itẽ not. pro theologis, qui tenent, quod idem opus meritoriũ laudabilius est in vouente [1] vel professo, quàm in alio. probãt, quia vouere opus latriæ est, quę præcipua virtus est inter morales: opus autem nobilioris virtutis est melius & magis meritorium, ergo & de latria, quæ est cultus & seruitus, quæ soli Deo debetur. de consecr. dist. 3. venerabile. Secundo, quia vouens non solum quo ad actum, sed etiam quo ad potestatem subijcit se Deo, vt de cætero aliud agere non possit: ergo plus dat, secundum Anselmũ lib. de similitudinibus: cum det fructum & arborẽ, quàm qui dat solũ fructum. Tertio, quia propter votũ immobiliter voluntas firmatur in bonũ: ad perfectionem autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono, vt patet per Philosophũ 2. Ethicorũ. Et Augustinus: Felix necessitas, quę ad meliora compellit. ergo magis meritorium. Ioan. And.
m ¶ Mortem.] clariùs ad propositũ dixisset, quia per cibũ in mortem homo, &c.
n ¶ Ipse.] homo.]
o ¶ Medela. & sic de cibo dicere possumus, cibus damnauit, qui saluauit, vt de muliere dicitur, & not. de sacra vnct. c. vnico. ver. per frontis. sed non est idem specie, vt hic patet. Ioan. And.
p ¶ Euenit.] concor. præfatio crucis, vt dixi sup. ead. compil. de sum. trinit. ca. 1. super ver cruci.
q ¶ Dicitur] Genes. 2. circa medium.
r ¶ Legitur.] Io. 6. circa finem. de pœnit. dist. 2. charitas est à qua. Ioan. And.
s ¶ Animam.] de offic. ordin. inter cætera.
t ¶ Non ventrem.] de conse. dist. 2. vt quid paras.

Matth. vt

1 Vide p. ceteris B. Th. 2. 2. q. 88. art. 6. vbi plene de hac quæstione & cum per omnia fere conf. hic glossa.

† Al. ita: dedit. n. Dñs nobis oĩa, quia subiecit oĩa sub pedibus nostris, & sup. &c.

† al. superiorum.

Heb. 1.

† al. mortiferi.

Gen. 2.

Ioan. 6.

a ¶ Factum

litas

litas extitit, & † conueniens operatio pietatis, vt verbum Dei ęternum quæ rationabilis creaturæ cibus est & refectio, factum a caro, se rationabili creaturæ carni & corpori, homini videlicet in eduliū largiretur: panem.n. Angelorum mā ducauit b homo: & ideo Saluator ait c, Caro mea vere est cibus. Hic panis sumitur, sed vere non cōsumitur: manducatur, sed nō transmutatur: quia in edentē minime transformatur: sed si digne recipitur, sibi recipiens conformatur d. O excellentissimum sacramētum. O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis prę conijs exaltandum, cunctis honorandum studijs, deuotis prosequendum obsequijs, & syncceris mētibus retinendum. O memoriale nobilissimum intimis cōmendādum præcordijs, firmiter animo alligandum, diligenter reseruandum in cordis vtero & meditatione, ac celebratione sedula recensendum. Huius memorialis continuā debemus celebrare memoriā, vt illi⁹ cuius ipsum fore memoriale cognoscimus, semper memores existamus: quia cuius donū vel munus frequentius aspicitur, huius memoria strictius reminetur. ¶ Licet e igitur hoc memorale sacramentum in quotidianis Missarum solemnijs frequētetur f; cōueniens † tamen arbitramur & dignū, vt de ipso semel saltē in anno ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam & insaniam g, memoria solemnior, & celebrior habeatur. In die namque cœnæ Domini, quo die ipse Christus hoc instituit sacramētum, vniuersalis Ecclesia pro pęnitentium reconciliatione sacri confectione h chrismatis, adimpletione mandati circa lotionem i pedum, & alijs plurimum occupata, plene vacare non potest celebrationi huius maximi sacramenti. Hoc enim circa sanctos, quos per anni circulū veneramur, ipsa obseruat Ecclesia, ut quāuis in lętanijs & Missis, ac alijs etiam ipsorum memoriam sæpius renouemus: nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solemnius recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa solemnitatis debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut aliàs ex humana fragilitate omittitur; statuit ipsa mater Ecclesia certam k diem, in qua generaliter omnium l sanctorum commemoratio fieret: vt in hac ipsorum celebratione cōmuni, quicquid in proprijs ipsorum festinitatibus omissum existeret †, solueretur. Potissime igitur exequendum est erga hoc viuificum sacramētum corporis & sanguinis Iesu Christi, qui est sanctorum omnium gloria & corona m, vt festiuitate ac celebritate præfulgeat speciali: quatenus in eo, quod in alijs Missarum officijs circa solemnitatem est forsitan prætermissum, deuota diligentia suppleatur, & fideles, festiuitate ipsa instante, intra se præterita memorantes, id quod in ipsis Missarum solemnijs sæcularibus forsan agendis impliciti, aut aliàs ex negligentia vel fragilitate humana minus plene gesserunt; tunc attente in humilitate spiritus & animi puritate restaurent. Intelleximus autem olim dum in minori essemus officio constituti, quòd fuerat quibusdam catholicis diuinitus reuelatum n, festum huiusmodi generaliter in Ecclesia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem & exaltationem catholicæ fidei, digne ac rationabiliter duximus statuendum, vt de tanto sacramento præter quotidianam memo-

† al. ita: & non incō ueniens, &c.

Psal. 77.

Ioan. 6.

† Vide cōcil. Trid. sess. 13. de sanctissimo Eucharistiæ sacro. c. 5. & cano. 6.

Ioan. 13.

† al. exstit.

Philip. 4.

a ¶ Factum caro.] Io. 1. de biga. debitum.
b ¶ Manducauit homo.] Psal. 77. Attendite popule meus.
c ¶ Ait.] Io. 6. de consec. dist. 2. dupliciter.
d ¶ Conformatur.] vide quod not. de cōsecrat. dist. 2 non iste. & quod no. & dixi de Iud. et si Iudæos.
e ¶ Licet igitur.] secunda pars.
f ¶ Frequentetur.] quod ex multis causis sapientia Dei vtile fore puidit, quod dic vt de consec. dist. 2. iteratur.
g ¶ Insaniam.] de quibusdam illorum erroribus, de consecra. distin. 2. cum omne. Ioan. And.
h ¶ Cōfectione.] quæ fieri debet singulis annis, & vetus cremari. de conse. dist. 3. in litteris. Et potest fieri tempore interdicti. de sentent. excomm. quoniam. lib. 6.
i ¶ Lotionem pedū.] Ioan. xiij.
K ¶ Certam diem.] s. calendæ Nouembris sic dicti: quia nouus mensis inchoando à Martio, vt inchoabāt antiqui, qui solū decem menses habuerunt vsque ad tempus Iulij Cæsaris & Numæ Pompilij, & tunc distincto & correcto anno secūdum cursum solis redeuntis in fine anni ad eundem punctum addit fuerūt duo menses ī principio anni, s. Ianuarius & Februarius: & propter horas sex quæ supererant, oportuit singulis quatuor annis addi diem bissextilem, quod dic vt de verb. sign. quæsiuit. & tunc temporis Iulius vocabatur Quintilius, & Augustus Sextilis: qui postea à Iulio & Augusto denominati fuere, vel propter ipsorum ortū, vel pp rem prospere gestam.
l ¶ Omnium sanctorum.] quo Italici anseres deuorant: quod Romani facere non deberent, vt enim dicit Ambrosius in Hexameron V. Merito debes anseribus Roma qp regnas, dij tui dormiebant & anseres vigilabant; illis potius debes sacrificare quàm Ioui; cedant .n. dij vestri anserib. à quibus se sentiunt esse defensos: ne & ipsi ab hoste caperētur. Et Isidorus 12. etymolog. Gallorū ascensus in Capitolio anseris clāgore deprehensus est. nullum .n. animal ita odorem hominis sentit vt anser. Ioan. Andr.
m ¶ Corona.] ad Philip. 4.
n ¶ Reuelatum.] hoc nō creditur simpliciter

ter afferenti. de hæret. cum ex iniuncto: Mihi autẽ reuelatur, quòd hoc festum adiungetur ad alia festa: de quibus in decreta. vlt. de senten. excomm. lib. 6. & tūc eadem constitutione notabilia ipsius constitutionis dubia supplico declarari.

a ¶ Feriam quintã.] scilicet diẽ Iouis: & licet pprie feria sumatur pro festo: tamen omnem diem vocamus feriam, vel à fando: quia qualibet die fabatur Deus, Gen. 1. vel quia singulis diebus fari possumus in diuinis vel humanis. simile de verb. sig. forus.

b ¶ Proximam.] intelligebat. ff. de verb. oblig. eum qui calendis.

[Glo. seq. signa cōtrarium & soluit.]

c ¶ Octauam.] contra de ferijs, capellanus. illud quo ad officij celebrationem, hoc quo ad dierum numerum. & concor. eod. tit. c. 2. de resti. in integ. coram, in fine.

d ¶ Pentecostes.] sic dicitur à pente quod est quinque (facit de deci. cap. 1. in fin. & quod ibi not.) & coste, decem, quia quinquies x. dies sunt inter festum Resurrectionis & Pẽtecostes, copulato vtroque festo, & quidam declinant pentecoste pentecostes: alij vero hoc pentecoste indeclinabile.

e ¶ Cantica.] ad Ephisios 5.

f ¶ Hymnos.] hi sunt cantica laudis, sicut Threni cãtica lamentationis, vt scripsi de immu. eccle. non minus.

g ¶ Plaudat.] quasi manus iungat.

h ¶ Iubilet.] quod est cantare voce quadam confusa prę gaudio. vnde dicunt quidam quòd iubilus est gaudium quod verbis explicari non potest, nec tamen penitus reticeri.

i ¶ In pretium.] 1. Corint. 6. in fi. ibi, Empti enim estis prætio magno.

k ¶ In præmium.] Tobiæ 4. post princip.

l ¶ Largitionem.] 86. dist. fratrem de triplici eleemosyna 45. dist. tria. sed aliter per Host. in summa de pæn. §. qs sit effectus. ver. eleemosyna. de tẽp. ord. §. & cui. sub §. septima.

m ¶ Attentas & sedulas.] id est cōtinuas vel assiduas.

[Glo. seq. de oratione, primo remittit. secundo format summam, quęrens de nouem. in fi. gl. prolixitatẽ excusat. Ad primum membrū summæ quadrupliciter rñdet. Ad secundum dat mista etymologia. Ad tertiū vnica diuisio. Ad quartum & ad incidens prouerbiū respondet, & obiectionem soluit. Ad quintum respondet & incidẽter quærit, an peccatorū oratio exaudiatur, arguit pro & contra, & soluit. Ad sextum respondet, & responsum determinat. De septimo remittit ad plura: sed quattuor prosequitur, incidenter quærens an oratio dẽat esse vocalis. alleg. pro & cōtra. & soluit. Circa octauum tria prosequitur. Circa nouum & vltimum ponit duplicem effectum: secundum probans, iuribus, quinq; auctoritatibus, & tribus exemplis, de pluribus remittens.]

n ¶ Orationes.] De oratione r tractauit Hosti. in sum. de pænit. §. qs sit effectus. ver. carnis autem ma. ceratio. Sed plenius per modū summæ videamus quid sit ora tio: vnde dicatur, q̄ sit eius diuisio, ad quem sit porrigenda, p quẽ, ad qd, qualiter, vbi, & quis sit eius effectus. De primo, oratio ſm augustinum lib. de verbis Domini, est quædam petitio. Alibi dicit, ꝙ est pius mentis affectus directus in deum, & plerunque ne pigriretur in vocẽ prumpẽs: & colligit de cōsec. dist. 1. qñ autẽ. Vel oratio est congeries vocum in Deū tendentiū ad aliquid impetrandū. Et ſm Damascenum est ascẽsus intellectus in Deū, vel petitio ducentiū ad Deū, vel petitio descendentium à Deo. 2. dist. cap. fin. Ad secundum dic, ꝙ dicitur ſm Cassianum Isidorum & Bernardū, quasi oris ratio: vt scilicet, rationabile petatur: aliàs non esset oratio: simile de reb. eccle. nō ali. c. fi. & p hoc vr̄ q debeat esse vocalis de quo dicam sub septimo membro. De tertio sciendū ꝙ Cassianus 2 post Apostolū 1. ad Timo. 2. hanc diuidit in quattuor species: In obsecrationẽ, qua quis cōpunctus pro cōmissis veniam depræcatur: Orationem per quam fit ascensus intellectus in Deum, vel per q̄ aliquid Deo vouet vel offertur: Postulationẽ q̄ cōstitutus in spiritus feruore pro alijs solet emittere: Gratiarum actionem, q̄ mens Deo refert per excessum ineffabilẽ recolendo præterita Dei beneficia, vel contẽplando p̄sentia, vel prospiciendo futura iā p̄parata dilectis B. Bernardus in quodā sermone dicit, ꝙ obsecrationes fiūt effectu verecundo, orationes puro, postulationes amplo, gratiarū actiones deuoto. De quarto dic, quòd porrigenda est ad Deū. Matth. 6. cū oraueritis, dicite: Pater noster, &c Ad Sāctos aūt porrigi pt non tamquam per ipsos implenda, sed vt precibus & meritis

memoriam, quam de ipso facit Ecclesia, solẽnior & specialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc designantes & describentes diem, videlicet feriam [a] quintam proximam [b] post octauā [c] Pentecostes [d]: vt in ipsa quinta feria deuotæ turbæ fidelium propter hoc ad ecclesias affectuose concurrant, & tam clerici, quàm populi gaudẽtes in cãtica [e] laudum surgant: tunc enim omnium corda & vota, ora & labia, hymnos [f] persoluant lætitiæ salutaris: tunc psallat fides, spes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat [g], iubilet [h] chorus, puritas iocundetur: tunc singuli alacri animo pronaque voluntate conueniant, sua studia laudabiliter exequendo, tanti festi solemnia celebrantes: & vtinam ad Christi seruitium sic eius fideles ardor inflamet, vt per hæc & alia proficientibus ipsis meritorū cumulis apud eū, qui sese dedit pro eis in pretiū, [i] tribuitq; se ipsis in pabulum, tādem post huius vitæ decursum eis se in præmium [k] largiatur. ¶ Ideoq; vniuersitatē vestram monemus & hortamur in Domino, & per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientię districte præcipiendo mandamus in remissionẽ peccaminū iniungentes, quatenus tam excelsum & tam gloriosum festum, prædicta quinta feria singulis annis deuote ac solemniter celebretis, & faciatis studiose per vniuersas ecclesias ciuitatum vestrarum & diœcesum celebrari: subditos vestros in Dominica, dictā quintam feriam proxime præcedentẽ, salutaribus monitis sollicite per vos & per alios exhortātes, vt per ueram & puram confessionem, eleemosynarum largitionem [l], attentas [m] & sedulas orationes [n], & alia deuotionis & pietatis opera, taliter se studeant præparare, quòd huius pretiosissimi sacramenti mereantur fieri participes illa die, possintque ipsum susci-

Feria qd significat & vnde dicitur.

Pẽtecoste qd est & vnde dicitur.

Hymni & threni differunt.

Iubilus quid est.

Eleemosyna est triplex.

r De materia huius glossæ vide plenissime B. Thomā. 2 2. q. 82. per totam quæstionem.

2 In collationibus patrū, collat. 9. c. 11. 12. & 12.

Oratio ad quem porrigi debet.

meritis ipsorũ exaudiat̃ à Deo. patet hoc ex modo orãdi, quo vtitur Ecclesia: ad Christum enim nõ dicit, ora pro nobis: sed audi nos, vel miserere nobis: ad Sanctũ dicit, ora pro nobis. Et tenent theologi, quòd Sancti orationes nostras cognoscũt: vnusquisq; enim beatus tantum in essentia Dei videt quantum perfectio beatitudinis requirit: hoc autem requirit ad perfectionẽ beatitudinis, vt homo habeat q̃dq̃d velit, nec velit aliq̃d inordinatũ: sed recta voluntate quilibet cognoscere vult, quæ ad eũ ptinent: ergo ẽt Sãcti (cũ eis nulla rectitudo desit) hoc volunt: oportet igitur ꝙ vota hominũ orationes & deuotiones in verbo cognoscãt: Nã ad eorũ gloriã pertinent ꝙ auxiliũ egentibus pbeant ad salutẽ: Sic enim Dei cooperatores efficiunt̃. Et si dicis, solus Deus cognitor est cordiũ: de simo. tua in fi. cũ concor. sed oratio consistit in corde: ergo & c. Rñdeo ꝙ cordium cogitationes solus Deus nouit p seipsum, sed tantũ alij cognoscere possunt quantũ eis reuelatur, vel per visionem verbi, vel alio modo. Fatẽdũ ergo ꝙ orationes, quas ad Sanctos verbo vel corde dirigimus, Deo manifestante cognoscunt. De quinto dic, ꝙ porrigenda est per bene dispositũ, contritum & pænitentẽ: quia cũ is qui displicet, &c. 3. q. 7. iudicet. 49. distinct. §. 1. vbi etiam not. an orationes malorũ ꝓsint ijs pro quibus orant. Competit autem orare etiã summe perfectis, vt dicam ĩ. de hært. ad nostrum. versic. 2. De hoc autem dubitatur, an exaudiat Deus peccatores orantes. Argu. ꝙ sic. 1. q. 1. ipsi. contra ead. q. si qs inquit. ver. ad hæc oĩa. &c. sacrosancta. Dicit Thomas 1 ꝙ si peccator petit aliquid inquantũ peccator, idest secundum desiderium peccati, non audit̃ à Deo ex misericordia: sed quandoq; exauditur ad vindictã dũ permittitur amplius ruere in peccata. Vnde secũdũ August. 2. Deus quedã negat propitius, q̃ cõcedit iratus. Sed si peccatoris oratio procedit ex desiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, nõ quasi ex iustitia: quia talis non meretur: sed ex pura misericordia: si tñ alia in oratione concurrant, de quibus ĩ. dicetur. De sexto dicendũ, ꝙ orare debemus principaliter salutifera, Matth. 6. Primũ q̃rite regnũ Dei, & iustitiã eius. & licet Valerius lib. 7. c. 2. dicat ꝙ Socrates quasi quoddã humanæ sapiẽtiæ terrestre oraculum, nil vltra petendum à dijs immortalibus arbitrabat̃ quã vt bona tribuerent: patet tamẽ ex oratione Dñica, ꝙ ẽt aliquid determinate petere possumus. vnde Augu. ad Probã, 3 dicit ꝙ ad Deum id licet orare, quod licet desiderare. dicens ꝙ oratio Dominica ostẽdit ẽt tẽporalia à Deo peti posse dum dicit: Panẽ nostrũ quotidianum, & c. Tenent ergo Theologi ꝙ temporalia à Deo orando petere possumus, non vt finẽ constituamus in illis, sed vt sint adminicula beatitudinis consequẽdæ: vt. s. quasi instrumentaliter nobis deseruiant ad sustentationẽ vitæ corporalis exercendæ ad actus virtuosos. facit. 1. q. 3. si quis obiecerit. & q̃d dixi de regula. Ioannes. in oppo. 2. De septimo scias ꝙ Host. in prædict. ver. ponit xiiij. q̃ requiruntur in orõne: s. q̃d sit fidelis, secura, humilis, discreta, deuota, verecunda, secreta, pura, lacrymosa, attenta, cõis, feruida, operosa, & assidua. Sed in quãtũ ad psens mẽbrũ ptinet, breuiter dic ꝙ modus orandi requirit humiliationẽ corporis, deuotionẽ cordis, attẽtationẽ, & breuiloquiũ. de primo Eccles. 35. Oratio humiliãtis se penetrabit nubes. de elec. vbi periculum. §. pen. lib. 6. & Cyprianus lib. de oratione Dominica. Sit orantibus sermo cũ disciplina quietẽ cõtinens & pudorem: incuruatio tamen vel corporis humiliatio, non refectionis sed deuotionis obtentu fieri debet: vt dicit Cassianus. & facit 8. q. 1. sciẽdũ. C. de ijs q̃ spon. mu. sub. l. 1. & 2. Et de scdo probat̃ de vo. magnæ. circa fi. & pdic. decr. vbi periculũ. §. pen. Et Aug. Quid prodest strepitus labiorũ si mutũ est cor? & Grego. in moral. Veraciter orare est amaros in compunctione gemitus, nõ verba cõposita resonare. Et ibidem: Animarũ verba sunt ipsa desideria, in quibus tã qs minus clamat, quãto minus desiderat. De tertio patet hic, de consecr. distinct. 5. numquam. in princ. & Cyprianus: Nil aliud cogitet animus quã id solum q̃d præcatur. de consec. dist. 1. q̃ñ aũt. & dicit Grego. ꝙ illam orationem Deus non audit, cui illa qui orat nõ attẽdit. Dicunt tamen theologi 4 hoc intelligẽdũ q̃ñ attentio nullo modo orationi coniungitur; non enim requiritur ꝙ attentio semper manet in oratione per actus essentiam. Psalm. 37. Cor meum dereliquit me. satis enim est ꝙ maneat per virtutẽ: quod est q̃ñ cum bona intentione quis ad orationẽ accedit, etsi in prosecutione mens ad alia rapiatur. Semper enim primæ intentionis vis permanet: nisi tanta sit euagatio ꝙ attentio omnino depereat, & tunc locus esset ei q̃d dicit Cyprianus lib. de oratione Dominica: Quomodo à Deo audiri te postulas, cum ipse te nõ audias? & Beatus Bernardus: Causamur nobis deesse gratiã: sed iustius ipsa gratia conqueritur nonnullos deesse sibi. & Cassianus: Numquam orat quisquis etiã flexis genib. si vagatione distrahitur: & facit q̃d de officijs scripsi de celebra. Mis. dolentes. De quarto 5. Matth. 6. Cũ oraueritis, nolite multũ loqui, & c. facit. de consecr. dist. 5. non mediocriter. & vide quod not. de æta. & quali. ta. c. pen. in vlt. glo. Nec tamen putes breuiloquiũ esse de necessitate orationis: nã oratio nõ solũ secũdũ suã causam, quæ est desiderium charitatis: sed etiam secũdũ seipsam potest esse diuturna: nã & de Christo legimus ꝙ pernoctauit orãdo, Lucæ 6. & q̃d prolixius orauit, Lucæ 22. Itẽ dicitur Luc. 18. in prin. oportet semp orare, & nõ deficere. facit. 76. dist. nosse. ibi: orationi p noctanter instistimus. Sed quia vt dicit Aug. ad Probã: Multum loqui in orando, est rẽ necessariã superfluis agere verbis, cum plerũq; hoc negotiũ plus gemitibus q̃ sermonibus agatur: ideo monemur ad breuiloquiũ: nã vt dicũt Sancti, frequens & breuis dẽt esse oratio: ne immorantibus nobis aliud cordi nostro inferat inimicus. Sed dubitat̃ an oratio dẽat esse vocalis: 6 q̃d vr̃ Psalm. 3. & 76. Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad Dominũ deprecatus sum. Contra, oratio Deo porrigitur, vt dictũ est: sed Deus cordis locutionẽ cognoscit: frustra igit̃ vox oris adiungitur. facit 35 dist. sedulo. Dicunt theologi, ꝙ cõis oratio q̃ fit p ministros Ecclesiæ. 12. q. 1. duo sunt. in prin. in personã totius populi, vt innotescat ei pro quo fit, merito ex institutione debet esse vocalis. Sed singularis, quam quis pro se vel alio porrigit, de necessitate non est vocalis: adiungitur tamen vox triplici ratione: Primo ad excitandum interiorem deuotionẽ: verbis enim & signis nos ipsos interius excitamus ad sanctũ desiderũ augẽdũ. vt dicit August. ad probam 7. Secũdo ad redditionem debiti, s. vt seruiat orans Deo, secundũ se totũ, scilicet corde & corpore, de consecr. distinct. 5. numquã. Tertio ex quadã redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione. vnde Psalm. 15. Iætatũ est cor meũ, & exultauit lingua mea. De octano patet Matth. 6 Cũ oraueris intra cubiculũ tuũ, & clauso ostio ora patrẽ tuum in abscondito. Et vt dicit Cassianus, intra cubiculum oramus, cũm à cogitationũ & sollicitudinũ strepitu corde remoto, secrete & familiariter preces nostras soli Deo referamus. & facit quod not. 4. dist. parsimoniam & August. de sermone Domini: Videri ab hominibus nõ est nefas, sed id agere vt ab hominibus videaris: recipit enim ille mercedẽ suã. de pænit. dist. 3. cauendum. Orationes enim principaliter sunt in Ecclesia faciẽdæ. de pur. post. par. c. vnico. de immu. ecclesi. decet. lib. 6. sup. ead. compil. de cele Mis. c. 1. Sed vt dicit beatus Bernar. lib. meditationũ Vbicumque fueris, intra teipsum ora, si longe fueris ab oratorio, non quæras locum, quoniã ipse locus est. Vr̃ quibusdam ꝙ fieri debeat ad Orientẽ; sed cũ Deus sit vbique, ad omnem partẽ possumus ad eum orare: æque tamẽ oramus & Missæ sacrificium facimus versus Orientẽ. de hoc 11. dist. ecclesiasticarũ. De vltimo dicendũ, ꝙ orationis effectus 8 est duplex: hẽt enim virtutem merendi & impetrandi. primum dupliciter. primo,

1 Id hẽt B. Thomas 2. 2. q 83. ar. 16

2 Tractat. 73 in Io. & de verbis Domini sermone 53.

3 Epistola 121 c. 4. 5. & 12.

4 Vide B. Tho. 2. 2. q. 83. art. 13.

5 B. Tho. 2. 2. q. 83. art. 14.

6 Oratio dẽat esse vocalis, B. Tho. 2. q. 83. art. 12.

7 Epistola 121. c. 9.

8 B. Tho. 2. 2. q. 83. art. 15.

pere reuerenter, ac eius virtute augmentum consequi gratiarum. Nos enim Christi fideles ad colendum tantum festum & celebrandum donis volentes spiritalibus animare, omnibus vere pænitentibus & confessis [a], qui Matutinali officio festi eiusdem in ecclesia [b] in qua idē celebrabitur, interfuerint, centum [c]: Qui vero Missæ, totidem: qui autem in primis [d] ipsius festi vesperis interfuerint, similiter centum: Qui vero in secundis: totidem [e]: Illis vero qui Primæ, Tertiæ & Sextæ, Nonæ ac Completorij officijs interfuerint, pro qualibet Horarum ipsarum quadraginta [f]: Illis autem qui per octauas † illius festi Matutinalibus, Vespertinis, Missæ, ac prædictarum Horarum officijs interfuerint, centum dies singulis octauarum ipsarū diebus de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi, de iniunctis [h] sibi pænitentijs relaxamus.

TITVLVS XVII.

De immunitate ecclesiarum.

¶ Clemens quintus in cōcil. Viennensi.

¶ Reuocat et pro infectis vult haberi decretalē, clericis. eo. tit. li. 6 cum suis declarationibus. Io. An.

C. VNI. VO.

Primò, quia vitat̄ per eā tentatio. Hieron. sup Matth. 14. In tētationē intrat, qui orare negligit. Et Aug. oratio est orāti psidiū, aduersario icēdiū, angelis solatiū, Deo gratū sacrificiū. Nam principaliter valet contra vitia spiritalia. vnde Hiero. sup Matthæ. c. 17. ibi, Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio quod etiam habetur Matth. ix. dicit sic: Nō sanat oculum quod sanat calcaneum: Ieiunio sanantur pestes corporis: oratione vero sanātur pestes mentis Secundo quia procedit ex radice charitatis, penes quā cōsistit omne meritum, & est fons viuus, & c. de pænit. dist. 2. charitas 2. de regula. licet. in fi. De virtute impetrandi probatur 23. q. 8. in qualibet. sup. ea. cōpil de ele. ne Romani. in fi. Mar. xi. Quodcumq; orantes petitis credite, qa accipietis. Vnde per orationē reuelantur secreta diuina. 8. q. 1 si ergo. Boetius dicit: non frustra in Deo spes ponit̄: præces enim quæ recte fiunt, ineffiaces esse nō possunt, & beatus Bernardus lib. meditationum: Ex duobus vnū indubitanter sperare debemus: aut dabit nobis quod petimus aut quod nouit esse vtilius. Et Augu. in lib. sent. Prosperi 1 dicit, orās misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit vtile, magis nouit medicus quàm ægrotus. De his Valerius li. 7. c. 2. dicit, quòd votis sępe experim' quod nō impetrasse melius foret. & ponit exempla, dicēs: Diuitias appetis, quæ multis fuerūt exitio: honores concupiscis, q quamplures pessundederunt: regna tecū ipsa voluis, quorum exitus sępenumero miserabiles cernūtur: splendidis coniugij manus inijcis ad hoc ut aliquando te illustrent, ista nonnumquam funditus domos euertūt. Suadet ergo cęlesti arbitrio nos submitti 2: Effectū orationis sumus in Italia nup expti: quādo enim cum versibus illis: Exurgat Deus, & c. cœpit Ecclesia cōtra rebelles orare: perempti & exterminati sunt quasi subito, q censura ecclesiastica & armis bellicis iam dudum domari non potuere. bñ facit. 35. dis. ca. vlt. vbi dicitur q orante Moyse vincebat populus: vincebat̄ autem dum dimittebat manus. & vide Host. in sum. de remis § ad quid valent. ver. fateor. vbi ponit exēpla de Daniele, Moyse, & Dauid orātibus. Sed qui leget tipertitam historiam Hug. Horaceñ. Helimādum, Rufinū & historiographos, inueniet q Theodosius Imperator senior suis orationib. miraculosam uictoriam obtinuit ꝯ Eugenium & Arbogastē, quorum exercitus iacula vehemētissimus vētus retorquebat ī ipsos, & iacula partis Theodosij cū maiori fortitudine ultra mēsurā humani ictus impingebat ī illos, & hoc voluit ipse Claudianus poeta, q tunc florebat dicens:

> O nimium directe Deo, cui militat ether:
> Et coniurati veniunt ad classica venti.

2 Non tñ hīc īferas nō esse orādū: sed ita orādū vt ipse, q oia nouit liberet nos a malo.

Claudiani versus.

Hoc autē obtinuit ipsius Theodosij oratio; quæ talis fuisse legitur: Omnipotēs Deus, tu nosti q in nomine Christi filii tui vltionis iustæ, vt puto, plia suscepi: sin aliter, in me vindica. si vero cū iusta causa, & in te ꝯfisus huc veni, porrige dexterā tuis: ne forte dicāt gentes: vbi est Deus eorū concor. huic fi. de vo. magnæ post princ. Et huic glos. sit finis: de cuius prolixitate sum excusabilis: tum quia in orationis suffragio sperans, sum effectum illius expertus in assequendis prosperis & euitandis vel saltem temperandis aduersis: tum quia secundum materiam deberem esse prolixior: & si per ista non satisfeci, excuset coæquatio textualis [de hoc de immuni. eccle. decet. lib. 6. per Archi. 1. q. 1. dictum.]

a ¶ Confessis.] Quis est hic, & laudabimus illum? Eccle. 31. has ergo remissiones quib. pauci participant amarè interpretari nec decet nec expedit. vt dixi de pænit. & remis. quod autem.

Remissiones festi coporis Xpi pauci participant.

b ¶ In Ecclesia.] per hāc litteram, quæ habetur etiam sup. parte proxi. in fi. patet q nō sufficit interesse Horis extra ecclesiam: & intelligo etiam si dicantur in priuato oratorio. de quo de consecra. dist. 1. cōcedimus. & c. vnicuique. & c. si quis. extra de censibus. c. fi.

c ¶ Centum dies.] quod est infra.

d ¶ In primis.] facit ad not. de sent. excō. c. vlt. § in festiuitatibus. lib. 6. in 1. glo. & quod de completorio sequitur facit contra.

[Glo. seq. arguit ad duo.]

e ¶ Totidem.] argue pro æquādis distributionibus in his trib. Horis, Matutino, Missa, & Vespere Itē argue q vbi in illis Horis dantur decem, in aliis dari debēt quattuor. vide q dixi sup. ead. compil. de ætat & qualitat. vt hi qui ad finem.

f ¶ Quadraginta.] & sic ducentos.

[Glo. sequens dubium soluit.]

g ¶ Officijs.] omnibus quo ad dies octauæ. nec puto quòd hic fiat distributio, ut partem habeat qui certis interest.

h ¶ De iniunctis.] vide quod scripsi de pęnit. & remis. cum ex eo.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

[Visum est s. de ecclesijs & reb. ipsarū: verū quia res ecclesiæ gaudent immunitate ecclesiarū: ideo, & c.]

Q Voniam. [Primo præmittit causam & reuocationem constitutionis c. clericis laicos. supra eodem li. 6. Secundo illam reuocat. Tertio seruari præcipit ius antiquum ante prædictam constitutionem. Secunda ibi (Nos.) Tertia ibi. (Volentes.) Imol. ¶ Præsupponendū est illud quod habetur in c. non minus: & in c. aduersus. eodem ti. in antiq. dicitur in ca. non minus. q cle

rici pro rebus suis nō dent soluere tallias, nec aliqua onera, ad quę laici adstringuntur: Et si dñi temporales cōpellant eos ad soluēdū hmōi onera de rebus ecclesiarum suarum, etiam de rebus proprijs, tales dñi temporales sunt monendi ut non compellant: & si nō desistant, sunt excommunicandi: tamē dicitur quod clerici possunt dare per modum eleemosynæ de consensu prælati aliquid laicis. Et dicitur in c. clericis eodem tit. lib. 6. quòd etiam clerici de consensu prælati non possunt dare laicis: immo dr̄ qd̄ recipientes huiusmodi dona etiā gratis, sunt excommunicati ipso facto: & positum fuit illud ca. clericis. in odium Philippi regis Franciæ, q. confereoat beneficia in suo regno: vnde Papa indignatus fecit illam cōstitutionem, clericis. & ex illa constitutione fuerūt orta multa scandala: vnde Clemens Papa voluit quod antiqua iura seruarentur, & non illa constitutio, clericis. eod. tit. in 6. vide diuisionem glo. Not. quod laudatur celeritas. de hoc in glo concor.

† No. succurrendū esse magnis periculis & incōmodis grauibus. de dolo, finem. de of. or. vt litigātes. li. 6 de statu reg. vt periculosa. lib. 6.

† al. præsumūtur.

† In vetusto codice manuscripto ita: ac oīa & singula contenta in eis penitus, &c.

[Prima glo. summat & diuidit, ponit tempus editionis, & causam constitutionis.]

niam [a] † ex constitutione Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, quæ incipit, Clericis [b] laicos. & ex declaratione [c] seu declarationibus [d] ex illa postmodum subsecutis, nonnulla scandala, magna pericula, & incommoda grauia sunt secuta, & ampliora sequi (nisi celeri [e] remedio succurratur) pręsumitur † verisimiliter in futurum: Nos de consilio fratrum nostrorum constitutionem & declarationem seu declarationes prædictas, & † quicquid ex eis secutum est, vel ob [f] eas, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis [g]: Volentes & firmiter statuentes illud [h] (contra quoscunque [i] laicos exigentes seu extorquentes ab ecclesijs ecclesiasticisque personis tallias, seu collectas, aut exactiones quascūque [k], & contra dantes [l] ad id faciendum consilium, auxilium, vel fauorem [m]: nec non & circa præstandas subuentiones laicis ab ecclesiarum Prælatis, ac aliis viris ecclesiasticis) inuiolabiliter obseruari, quod super his à prædecessoribus [n] nostris in Lateranen. & generali concilijs [o], quæ nos sub obtestatione diuini iudicij pręcipimus obseruari districte, salubriter est prouisum.

a ¶ Quoniā ex constitutione.] Casus reuocat, & pro infectis vult haberi decret. clericis eo. ti. li. 6. cum suis declarationibus, & præmittit reuocationis causā. Secūdo reuocat, ibi: [Nos.] Tertio seruari præcipit ius antiquū ibi. [Volentes.] Et fuit ista de primis constitutionib. Clemētis editis à principio ꝓmotionis suæ, & incipiebat; Pastoralis. cuius decidit exordium, post ꝙ sequebatur, sane quoniam, & c. Et Rex Francię, qui fuit passiua causa ꝯstitutionis, fuit actiua causa reuocationis, ut sic conueniat. de reg. iur. c. 1.

b ¶ Clericis. eod. tit. lib. 6.

c ¶ Declaratione.] declarauerat. n. Benedictus in sua extrauag quę incipit: Quod olim. illam quo ad sui pęnas extēdi solū ad exigētes, vel dantes in exigēdo auxiliū, cōsiliū, vel fauorē: ita ꝙ pœnæ locū nō haberent in soluētibus, vel recipiētibus à sponte soluentibus.

d ¶ Declarationibus.] dicebātur & aliæ processisse: & ideo ad omne dubium tollendum plurali vtitur.

e ¶ Celeri.] cōcor. de accu. cap. fi. ꝟ. ead con pil. de iureiu. Romani. in prin.

ADDITIO. De resc. ad hęc. Et casus in quibus desideratur celeritas, not. Archid. 93. dist. cap. 1. & illos in quibus non desideratur, notat 23. dist. communis. & de hoc de ele. c. fi. lib. 6. Cardinalis.

f ¶ Ob eas.] concor. de elect. qualiter. in fine.

g ¶ Pro infectis.] per hoc puto ꝙ excōicatus ex viribus illius constitutionis absolutione non egeat. Et vide quanta est papalis potestas 1 circa ea quæ simpliciter sunt de iure positiuo: quia reuocat illa ut ex tūc. & facit ad ea, quæ scripsi, qui fin. sint legi. per venerabilem glo. 2.

h ¶ Illud.] inuiolabiliter obseruari: quod est infra

i ¶ Contra quoscūque, &c.] quod super his & c. vsq; ad finem.

K ¶ Quascunque.] vide quod no. & dixi eod. tit. non minus. Ioan. And.

l ¶ Dantes.] Dicebat cōstitutio Bonifacij publice vel occulte: per quod ꝓbatur, quòd excommunicatio canonis ligat etiam occulta 2 delicta: vt ꝟ. dicam de hæret. multorum. ad finem.

m ¶ Fauorem.] vide quod dicam ꝟ. de pœniten. siquis in princ.

n ¶ Prędecessoribus.] Alex. 3. eo. ti. non minus. Innoc. 3. eod. tit. aduersus.

o ¶ Cōcilijs.] vtrūque generale, & Laterañ sed Alexādrinum vocamus Lateranēse: Innocentianū vocamus generale. de hoc de cap. monach. c. finali.

1 Vid. Tor recrema. tā in summa de Ecclesia. li. 2. c. 51. versi. no. no, plenitudo Ro. Pōtificis.

2 Vid. singularē distinctionē Caietani apud B. Th. 2. 2. q. 11. ar. 3. & Alfonsū Cast. li. 1. de iusta hæret. puni. ca. 13.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.
DE CONSANGVINITATE & affinitate.

¶ Visum est supra de actibus clericis competentibus: nunc videndum est de actibus laicis conuenientibus: ideo, &c.

Cōtinuatio.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I. CAP. VNIC.

¶ Clemens v. in cōcilio Vieñ.

De consanguinitate [a] & affinitate.

¶ Scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatus est ipso iure, & publicari debet & vitiari. Idē in professo & professa vel constituto in sacris. Io. And.

Eos [b] † qui diuino timore [c] postposito, in suarum periculū animarum scienter [d] in gradibus cōsanguinitatis & affinitatis constitutione canonica [e] interdictis [f], aut cum Monialibus contrahere [g] matrimonialiter [h] non

E Os qui] ¶ Primo ponit statutum pœnale. Secundo illud aggrauat. Tertio protestatur. Secunda: ibi, [Præcipientes.] Tertia: ibi, [Per prędicta.] Imola.

c ¶ Multorum.] procurantes capi viros ecclesiasticos, ut renuntient beneficiis, uel ut citati non uadant ad curiam, præter pœnam excommunicationis, quam p canones antiquos incurrunt, si sint p̄lati a perceptione fructuum per triennium sunt suspensi: inferiores vero beneficijs sunt priuati. Eandem pęnam incurrunt ipsi citati, qui se capi procurant. Resignatio etiam sic facta non tenet, etiam si per prælatos recepta fuerit, uel ratificata. Et primo ponit excessum. Secundo: ibi, [Cõsiderantes.] prouidet, statuẽdo pœnam. Tertio: ibi, [locorũ] prouidet circa ipsi' publicationem, & executionem.

d ¶ Dominium.] qđ quandoque etiam habent clerici: quem casum etiam vr̃ includere. ne cleri. vel mona. c. vlt. lib. 6.

[Glossa seq notat à contrario.]

e ¶ Ecclesiasticos.] in laicis ergo si caperentur ad impediẽdam citationem ipsis factam ad curiam, non est locus pœnæ.

[Glossa sequens dubium soluit.]

f ¶ Captosque.] hic iũge litteram, ausu detinere sacrilego nõ verentur: & per hanc copulam dico, ꝙ procurãs capi clericum non ad resignationem beneficij uel ad citationem impediendam: licet excõicationem incurrat, non tamen alias pœnas hic insertas.

g ¶ Ad Apostolicam sedem.] si citati essent p alium, non est locus huic pœnę.

h ¶ Ab homine.] de do. & contu. cum dilecti. de accu. ueniens.

i ¶ A iure.] de ele. c. 1. & c. cupientes. de off. ord. quamuis. de appel c. 1. lib. 6.

K ¶ Honori.] quem Papa negligere nõ debuit. de vsu pal. nisi. de immu. eccle. quoniam. lib. 6.

l ¶ Canonis.] 17. q. si quis suadente. de sent. excom. nuper.

m ¶ Pręmissas.] captiones scilicet & detẽtiones ob causas prędictas.

n ¶ Ecclesiasticę.] laicos non punit, nec sunt capaces huius pœnæ.

o ¶ Prælati.] nõ curo siue sint ad quorum collationẽ spectant beneficia, de quorũ renũtiatione q̃ritur, vel

spensi[a]. qđ si inferiores[b] extiterint, eo ipso obtentis[c] beneficijs sint priuati. Illis pœnā incursuris eādem[d], qui ne citati (vt præmittitur) ad sedē Apostolicam ueniāt, sed vt se sub obtētu huiusmodi à ueniendo excusent, a potestate sæculari[e] se capi, (vt interdū cōtigisse audiuimus) procurarint[f]. Sane resignationes beneficiorū modo[g] supradicto extortas (licet a resignantiū ipsorū prælatis receptæ[h], aut ratæ[i] habitæ fuerint) nullius[k] omnino decernimus† esse firmitatis: Locorū ordinarijs iniūgētes, ut postq̄ eis cōstiterit[l] aliquos sibi subiectos pœnā & sñiam incurrisse præmissas, ipsas publicare[m] nō differāt, executioniq; debitæ (prout ad eos pertinuerit) demandare.

Idem.

¶ Excōmunicat religiosos Mendicātes trāsgressores constitutionis Bonifacij de excessibus prçla. c.unico.li.6. Item oēs religiosos, qui in sermonibus uel alibi proferūt aliqua ut retrahant a solutione decimarum, quarum solutionem certis diebus, et in cōfessionibus suadere tenentur sub certis pœnis, quas incurrunt: Nisi sint tales, quorum monasterijs uel ecclesijs competat percipere decimas. Ioan. And.

CAP. III.

CVpientes[n] eos, quos ad obseruantiam iurium, virtutum[o] præmia non inducunt, tam adiectarū exaggeratione[p] pœnarū, q̄ adijciēdarū de nouo formidine[q] à temerarijs ausibus refrçnare, trāsgressores constitutionis[r]

† Singularis tex. ad hoc ꝙ not. in 3. not. quia aliàs ut notāt de Imo. ī gl. nullus & Anch. gesta ꝑ metū tenent ipso iure. ca abbas. ꝙ met. cau. & dicit hic Imo. gñaliter act⁹ qui fiunt cū icarcerato non ualere. l. q ī carcerēm. ff. qđ me. cau. Pont.

alij: cum generaliter loquatur. & fortius hoc quo ad secundum casum de impedienda citatione.

a ¶ Suspēsi.] vide quod no. de elect. cum Vuintoñ. in glo. not. quòd, in fin.

[Glo. seq. alleg. 3. concor. & ex his infert, & remittit.]

b ¶ Inferiores.] similis distinctio sup. ead. compi. de vi. & hone. cle. quoniam. in prin. & circa fin. de deci. c. 1. de statu mon. ne in agro. §. si quis. Et sic patet, quod in pœnis defertur dignitati. de de offi. delega. c 2. lib. 6. de hoc de trāsactio. cap. vlt. in vlt. glossa. de iureiuran. cum quidam.

c ¶ Obtentis.] in obtinendis non videī impedire: econtra supra ca. proximo, ver. ipsius filij.

d ¶ Eandem.] suspensionis a ꝑceptione fructuum per triennium. si sint prçlati, & priuationis beneficiorum quo ad inferiores.

e ¶ Sæculari.] non est ergo locus pçnæ, cum per potestatem ecclesiasticam se capi ꝓcurant. Et scias quod sæcularis potestas hoc faciens, canonis excommunicationem incurrit, etiam si clerico nō intēdat iniuriari: manus enim est sæua & iniuriosa sedi Apostolicæ, & ordini clericali. de sent. excommu. contingit. Ioan. And.

f ¶ Procurarint.] & tales non solnm hanc pœnam incurrunt: sed etiam, si de hoc constiterit, procedetur contra ipsos ut contra contumaces: ut lit. nō conte. quoniam. post prin. sup. ea. cōpil. de iudi. dudū. ff. si quis cau. l. 2. in fin. cum concor. & huic est simile de offi. delega. pastoralis, in fine.

g ¶ Modo supradicto.] scilicet per captionē & detentionem sæcularium potestatum. & facit qđ not. quod metus cau. abbas. & c. seq.

h ¶ Receptæ.] a principio.

i ¶ Ratæ habitæ.] ex post facto.

[Glo. seq. exponit, arguit, quærit, remittit & soluit.]

k ¶ Nullius oīno.] ita ꝙ nō ualeant ēt quo ad renuntiātē. & facit ad ea q̄ notaui & scripsi de renun. ꝙ in dubiis. Quid si interuenerit iuramentū? vide ꝙ no. de iureiur. si vero. & tene quod habes eo. ti. verum.

l ¶ Constiterit.] parte uocata. & vide quod not. s̄. ead. compil. de offic. deleg. c. vnico.

m ¶ Publicare.] non requiritur sñia, quam incurrunt ipso facto, sed sufficit publicatio. concord. de homi. ꝓ humani. in fi. lib 6. sup. ead. compi. de censi. præsenti. de priuileg. c. 1 in princ.

CVpiētes.] Tres sunt partes principales. secūda: ibi, [Illos] tertia: ibi, [Sane] Imola.

CASVS. Dicit in ca. 1. de exces. ꝑlat. in 6. ꝙ religiosi Mendicātes nō acquirāt aliqua loca de nouo Romano Pontifice inconsulto: nec loca donata a laicis recipiant, nec aliquas domos ꝑmutent ipso Romano Pontifice incōsulto, & ignorante: Ponamus ꝙ quidam religiosi fecerunt totum contrarium, quia acq̄siuerunt res hr̄ditarias, domos suas permutauerunt, & sine consilio Romani pontificis: quæritur quam pœnam tales incurrunt? Dicit Clemēs ꝙ vltra pœnas contētas in c. illo primo de exces. prçlat. in 6. ipsi incurrunt sententiam excommunicationis. Item multi erant religiosi, qui in sermonibus suis subtrahebant parochianos a solutione decimarum. Item in confessionibus dicebant populo, ne decimas soluerent suæ ecclesiæ parochiali: & quod non soluēdo nō peccabant. Dicit Clemens Pontifex Romanus, quod tales ipso facto sunt excommunicati: immo mandat ipse Pontifex Romanus, quod ipsi religiosi commoneant populum, ut soluant decimas locis quibus debentur, & ꝯtrafaciētes vltra pœnam illius capituli incurrunt sententiam excommunicationis. hoc dicit. H R. ¶ Colligo aliqua notabilia, & primo ꝙ constitutio disponens contra mendicantes, non includit alios religiosos non mēdicantes: secus si constitutio disponat contra religiosos ī genere: tūc enim comprehenduntur Mendicantes & non Mendicantes, ut dicit gloss. in verbo religiosus. No. diuisionē gl. & summariū: & scđm illā lege tex. & facilē reperies. No. ꝙ virtutib. p̄mia tribuēda sunt. de hoc in glo. 2. & ꝓ hoc 12 q. 2. ecclesiasticis. vnde in psalm. Beati qui faciūt iustitiā in oī tempore. Not. ꝙ qui non pn̄t per præmia induci ad obseruantiam iuris: debent per pœnas coerceri. pro hoc quia quos Dei timor, & c. de elect. cum in cūctis. §. clerici. & de hoc in glo. 4. Zaba.

[Prima glossa dicit quid faciat.]

n ¶ Cupiētes.] Excōicat religiosos Mēdicantes transgressores cōstitutionis Bonifacij de excessibus ꝑlat. c. vno, li. 6. Item omnes religiosos: qui in sermonibus uel alibi proferūt aliqua, ut retrahant a solutione decimarum: quarum solutionem certis diebus & in cōfessionibus suadere tenētur sub certis pœnis, quas incurrūt: nisi sint tales, quorum monasterijs uel ecclesijs competat ꝑcipere decimas. Vltimo ibi, [Sane.] excommunicat uiolatores decre. 1. de sepul. lib. 6. & absolutiones Papæ reseruat.

o ¶ Virtutum p̄mia.] facit. C. de sta. & ima. l. vl. in prin. ff. de iusti & iur. leg. 1. post prin.

p ¶ Exaggeratione.] idest, aggrauatione.

q ¶ Formidine.] de elect. cū in cunctis. in fi. cum suis concordan. & de præben. eum qui. 2 respon. li. 6. [adde not de off ord, irrefragabili. in vlt. glo.

r ¶ Cōstitutionis,] Bonifacij de exces. prçla. c. vnico, lib. 6.

a ¶ Men-

quæ religiosis mendicantibus [a] domos ad habitandum, vel loca quæcunque de nouo recipere, recepta hucusque mutare, vel ea trãsferre in alios cuiusuis alienationis titulo interdicit: Illos † ẽt religiosos [b], qui aliqua proferre, vt audientes à decimarũ ecclesijs debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis vel alibi proferre præsumũt: excõmunicationis subiacere sententiæ decernimus ipso facto. ¶ Et quia nisi fiat quod bonum est, à malo abstinere non sufficit [c]: religiosis omnibus iniungimus sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vt quotiens populo [d] prædicabunt in prima [e] Dominica, quarta, & vltima Quadragesimæ, & in festis ascensionis Dominicæ, Pentecostes [f], natiuitatis beati Ioannis Baptistæ, assumptionis, & natiuitatis beatissimæ virginis Mariæ matris Dei, audientes expresse [g] studeant informare, si ab ecclesiarum rectoribus vel vicarijs, aut loca tenentibus eorundem requisiti [h] fuerint: Necnon & his, quorũ confessiones audient, conscientiam facere, quòd decimas soluere non omittũt. Quod si forte in prædicationibus hoc ipsum supradictis diebus suadere scienter omiserint, per superiores eorum grauiter arguantur [i]. Quibus etiam superioribus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, vt contra taliter omittentes statuta pœnalia faciant [k]: secundum quæ sic acriter puniant transgressores, quod pœna eorum sit cæteris in exemplũ: Constitutione bonæ memoriæ Gregorij [l] Papæ decimi † prædecessoris nostri circa hæc edita in suo nihilominus robore duratura. Qui vero sciẽter postposuerint confitentibus conscientiam facere de soluendis huiusmodi decimis, ab officio prædicationis tamdiu maneant ipso facto suspensi [m], donec confitentibus ipsis (si hoc ipsum si-

† Vid. cõcilium Trident. sess. 25. de reformat. c. 11.

a ¶ *Mendicantibus.*] qui sint hi, hr̃ de relig. domi. c. vnico. lib. 6. sic & alibi differunt mendicantes à nõ mẽdicantibus. de elect. quorũdã. lib. 6. de regu. nõ solum. & c. cõstitutionem. de sta. reg. c. vnico. §. sane. eo. lib. & facit quod dicam infra de sent. excom. cap. 1.

b ¶ Religiosos.] Mẽdicantes vel alios. facit j. ver. proxi. sæculares ergo clericos vel laicos non arctat hæc pœna. concordantias dabo infra de sent. excom. c. 1.

c ¶ Non sufficit.] Psal. 33. Benedicã Dominũ, ibi declina. aliàs diuerte à malo, & fac bonũ, inquire pacem, &c. & 22. q. 5. de forma. 12. q. 1. duo. in fi. de pæni. dist. 2. si. n. ibi, scienti bonum & non facienti illud peccatũ est. quod fuit verbum Iaco. c. 4. in fine.

d ¶ Populo.] cum sermocinantur, ad clerũ non videnr̃ adstringi.

[Glo. sequens quæstionem soluit.

e ¶ In prima.] octo festa enumerat quibus voluit hoc prædicari. fuit autẽ de arbitrarijs. & facit quod dixi de rescrip. si quando. & sic non cogimur aliter respondere, quare non dixerit de festo Natiuitatis Domini, & Resurrectionis.

f ¶ Pentecostes.] vide quod dixi sup. ea. compil. de reliq. & vener. sanctorum. ca. vnico: circa finem.

g ¶ Expresse.] satis exprimunt, sed parum informant.

h ¶ Requisiti.) aliàs non tenentur. de iure iur. breui de sent. excom. c. 1. cum concor. lib. 6.

i ¶ Arguantur.] hoc spectat ad prælatorum officium. dist. 45. cap. 1 & ca. cum beatus. in princip. de accus. qualiter 2. ver. licet autem.

K ¶ Faciãt.] Nota qđ religiosi correctio primo spectat ad suum prælatum. de hoc, de offic. ord. quanto.

l ¶ Gregorij.] de deci cap. 1. lib. 6. quæ dirigitur solis Prædicatoribus & Minoribus & loquitur non solum de decimis, sed de alijs rebus ecclesijs debitis: hic solum de decimis.

[Glo. seq. primo remittens de varietate pęnarum. de suspensionis pœna prosequitur ponens xxv. suspensionis species cũ suis diuisionibus: secundo infert suspẽsum ab officio nõ suspensũ a bñficio, ponẽs circa id quinq; opiniones, quarũ tres vltimas dicit cõiũgẽdas.

Pœnarũ species, variæ sũt iure statutæ.

m ¶ Suspensi.] Nota nouam speciem suspẽsionis. Ad cuius euidẽtiam sciendum varias species pœnarum a iure statutas. de offic. ordi. ad reprimendam. & ibi de his in glo. 2. plenius per Hostien. in summa, de pęnis. §. quot sint species. inter quas est pœna suspensionis, de qua prosequendo sciendũ est, ꝙ de suspẽsione multiplici tractant iura: Est. n. suspensio à communione fratrũ simplex. 18. dist. si quis autem. determinata ad duos menses. ea dist. c. si. Quandoque ad fratres nõ suæ ecclesiæ. ead. dist placuit. 58. dist. c. fin. Est etiam suspensio à cõmunione Eucharistiæ donec pœniteat. de elect. Osius. de his quę fiunt a ma. par. ca. cap. 1. in fi. Item ab oblatione altaris. 27. q 4. miror. Item à perceptione sacramentorũ. 11. q. 3. sicut Apostoli. & cap. sequentibus. de cleri. excom. mini. ca. fi. Item à cõsecratione episcoporum simpliciter. de transla. ca. 2. & determinata ad annũ de elect. prouida. li. 6. Item à collatione ordinum omniũ, & simpliciter. de temp. ordi. vel non est & ca. dilectus. & cum determinatione anni. eod. tit. eos qui. lib. 6. & triennij. de simo. c. penult. Quandoque cæterorũ ordinum tantum. eo. tit. litteras. Quandoque clericalis tonsuræ tantum. eod. titul. nullus. lib. 6. Item ab ipsorum exeutione qñque simpliciter. eod. tit nullus. lib. 6. Quandoque certi ordinis tãtum simpliciter. eo. tit. litteras vel ad tempus, eo tit. vel non est, de simo. c. pen. Quandoque à pontificalib. tãtum. dę transla. c. 2. Qñque ab officio sacerdotali. de of deleg. sane. 2. eod tit. c. 2. lib. 6. Qñq; non à toto sacerdotali officio, sed solum a celebratione Missæ. Qñq; per duos menses. de cleri. percus. præterea. Quandoque per annum. 55. dist. nullus de consecra. dist. 2. relatum. Quandoque per duos annos de cler. percus. præsentium. Item est suspensio ab ingressu ecclesiæ quandoque simplex. 17. q. 4 nullus. & c. si quis deinceps. de pęnit. & remis. omnis. de offi. deleg. c. 2. lib. 6. Quandoque determinata ad mensem. de sent. excom. sacro. Qñque quousque satisfecerit de censi. exigit. lib. 6. Quãdoq; suspenditur quis ab ingressu & diuinis ꝑ mensẽ. de sent. exco. eo. 1. lib. 6. Et quid importet suspensio ab ingressu, habetur de sent. excom. is cui. lib. 6. Itẽ est suspensio ab officio quandoq; simplex. de vsur. quia in omnibus. in fi. & sup. ea. cõpil. dę reb. eccl. nõ alie. c. 1. Quandoque per annum. de of. deleg. c. vlt. fi. vt autem. lib. 6. de re iud. cum æterni. eod. lib. Quãdoq, per trienniũ de cland. despo. c. fi. ad fi. & sup. ea. cõpil. de hæret. c. 1. ad fin. Item est suspensio a voce capituli donec q̃s ordinetur. s̃ ea. compil. de æta. & quali. vt hi qui. 2. iñ.

Suspẽsio est multiplex.

† In manuscripto codice legit̃ noni. Iam cõstitutio cuius hic fit mẽtio, q̃ habet̃ ĩ c. de decimis, li. 6. in omnibus exẽplarib. tã manuscriptis, q̃ ẽt impressis quę videre licuit, tribuitur Gregorio nono.

bi dicendi [a] commode facultatem habuerint) conscientia fecerint: Exinde [b] excommunicationis incursuri sententiam ipso facto, si prædicare præsumpserint prædicta negligentia (vt præmittitur ;) non purgata. Ad† religiosos tamen monasteriorum vel rectores ecclesiarum decimas percipientium [c] nolumus hoc extendi.[d]

¶ *Excommunicat violatores decre.1.de sepul.li. 6.& absolutiones Papę reseruat: hoc dicit. Ioan. Andr.*

¶ Sane temerarios violatores constitutionis [e] illius, quę religiosis & clericis sęcularibus prohibet, ne aliquos ad uouendum, iurandum, uel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, ut sepulturam apud eorum ecclesias eligant, vel iam electam ulterius nō immutent: similem [f] sententiam (pœna in dicta constitutione contenta [g] in suo perdurante robore) incurrere uolumus ipso facto; ab alio quàm à sede Apostolica (præterquam in mortis † articulo) nullatenus

† In antiquorib. codicib. & impressis cōstanter legitur ita: Ad religiosos tñ monasteriorū vel ecclesiarū decimas percipientiū &c.

Itē a beneficio habito simplex.de elect.nihil.est determinata ad sex mēses & annū, sup.ea.compil.de vita & honesta.cleric.c.2. Ad triennium de reb.eccle.nō alie. c.2.lib.6.de ele.cum in cunctis.eo.tit.c.1. & c. cupientes.§.cæterum.lib 6. Ad tempus incertum, scilicet quā diu tacuerit. de elect. generali lib. 6. determinata etiam quo ad partem distributionum, vt in prædict. decre. vt hi qui. 2. respon.suspenditur etiā quis a beneficio obtinendo per sex menses & per annum, vt in prædi.decre 2.de vita & honest cleric. Quandoque per annum, & biennium. de statu mona.ne in agro. §. si quis. Item est suspensio ab officio & beneficio simplex. de testi. tam litteris. in fi. de secun.nupt.c.1. de priuileg. tuarum. Quandoque determinata ad tempus satisfactionis vel restitutionis: de electio.quia sæpe.de censi.exigit.lib. 6. & quandoque hæc suspensio dicitur ab ordine & dignitate. de schismati.cap.1. in fi.& quandoque fit alternatiue.de vita & honesta.]cleric.a crapula. Item suspenditur quis ab administratione simpliciter.de solut.c.2.& cū determinatione triennij.de reb.eccl.non alien.c.2 Et interdum suspenditur ab officio, administratione, & beneficio vsq; ad satisfactionem.sup ea.compil.de deci.c.1. Item suspenditur quis a priuilegio clericali, quandoque in persona, quādoque in rebus.de vita & honestate cleri.c vlt.& sup. ea compil eod tit.c.1. Item suspenditur quis a collatione beneficiorū simpliciter.de præben. graue. ne sede vacante.ca.vnico.lib.6. & cum determinatione anni vel biennij sup.ea compil de statu mona. ne in agro. §.si quis. Item suspenditur quis a confirmatione epōrum simpliciter. de transla.c.2. quandoq; per annum. de elect.prouida.lib.6. & quandoque a confirmatione inferiorum de elect.nihil est. Item suspenditur prælatus regularis a receptione professionis.de regular nō solum.in fi.lib.6. Item suspenditur officium minoris legati præsente legato de latere.de offic.leg.volentes. Item suspēditur status canonicarū Alemaniæ.de elec. indemnitatibus.§ pen.lib.6.& sup. ea. compilatione. de statu regul.attendentes.§.illas quoque. Item suspēditur quis ab officio aduocationis & notariæ.de hæ. si aduersus. Itē a collatione magisterij sup.ea.compilatione.de magi.cum sit. Item ab officio prædicādi, vt hic. Et quia supra posui vt diuersa suspēsionem officij, & benefici, videtur ꝙ suspensus ab officio: nō per hoc sit suspensus a beneficio: aliàs superflue adderet secunda, si includeretur sub prima, & hoc putabat Hostiensis verum in suspēsione iuris vt not. post eum de iud.cum æterni.li.6.cui concor. Archid.ibi vt sic statutum iuris pęnale restringatur.de elect.statutum lib.6. facit de deci.ad audientiam.cum concor. secus dicūt ibi in suspensione hominis de cleric.coniuga.diuersis.& cap.Ioannes.de præbend.cum secundum. de ætate & quali.cum bonæ.de appel.pastoralis. de excep Apostolicæ.& sic dixit Hostiensis intelligēdum quod not.in summa.de verbo. signifi.§.vlt. ver.in fin no & seq Ad hoc facit quod dicitur mitius agi cū lege quā cum ministro legis ff.de arbi.l. Celsus. nec dēt iudex esse clementior lege.in Auth.de iudic.§. oportet.colla.6 In cōtrarium 81. dist. si quis sacerdotum. & cap. eos.& quod ibi no.de consue.cum dilectus. in glo. suspensus.circa medium.& de cleri.excom.mini.latores nam beneficium dātur propter officium. de rescri.c.fi.lib. 6. & videtur expressum. 23 dist.præter hoc.& ibi directe contradicit Ioannes supradictæ distinctioni Hostiensis, vt scilicet suspensus ab officio a iure, sit suspensus a beneficio: si ab homine, non: nisi in sententia exprimatur. & ibi vide. Tancre. & Vinc. dicebant de ætate, & qualita.cum bonæ. vt ibi dixi super glos. 2. tunc demum suspenso subtrahi beneficiū, cum est in mora petendi absolutionem; alias non: allegant de electio.c.vlt.2 q.5.super causa. facit ne sede vac. cap. vnico.§. cum vero.lib.6. Abbas in decreta. a crapula. de vita & hone. cleri. vt ibi dixi, super glos. 2.distinguebat suspensū ab officio ꝓ crimine, vel pro infamia tātum, vel facto, de quo dubitetur an sit mortale, vt primo casu sit suspensus a beneficio: secundo, non. facit secunda q.5.presbyter.de purg cano. c 2.& c inter.fine forsan habuit a Gosfr. qui not.de appel. pastoralis. in vlt. glos. quod cum plerunque suspensio fiat ex leui causa, vt propter infamiam vel scandalum: vt prædicto.c presbyter. non subtrahetur per id beneficium, quod sine magna causa subtrahi non debet. 16. q. 7. inuentum: quia nec sunt subtrahenda stipendia quandiu, &c C.de exec.rei iu.l.stipendia. secus vbi suspensio sit ex magna causa.de pur.can.cum inter vel si suspensus contemnit suspēsionem de ætate & quali, cum bonæ. Videntur istæ tres vltimæ opiniones coniungendæ & sequendę: nisi aliud pro vel contra in sententia iuris vel hominis exprimatur.

Suplicij leuius dat ius iura ministrāt.

Beneficium sine magna causa non est subtrahēdum.

a ¶ Dicendi.] Nota contraria contrarijs purgari. ad idem de purg.can.inter.& c cum in iuuentute. de hæret.c.2.in prin lib.6.peccatum ergo tacendi dicendo purgatur.43.dist.sit rector.

b ¶ Exinde.] posset exponi, id est post suspensionem, vel, id est, postquam omiserint: cum potuerint cōsciētiam confitentibus facere, de qua præmisit. Io.And.

c ¶ Percipientium.] soli enim non percipientes solēt in his delinquere.

d ¶ Hoc extendi.] in originali littera est hæc, per qđ videtur respicere etiam versi.illos etiam, vt scilicet religiosi tales asserentes aliqua, quæ retrahant a solutione decimarum, excommunicati non sint.

e ¶ Constitutionis.] de sepul.c.2.lib.6.

f [Similem sententiam] excommunicationis, de qua dixit vltimo, & illam supra vocauit sententiam. reliquæ sunt pœnæ.

g ¶ Contenta.] punit illa cōstitutio eligentes, vt quo ad sepulturam intestati decedant. Item allicientes, vt si eos sepelierint, restituere teneantur corpora, si petātur, & omnia quæ peruenerunt ad eos ratione sepulturæ intra decem dies, alias ipsorum ecclesię vbi sepulti fuerunt, & ipsarum cœmeteria sunt interdicta.

† In articulo mortis nulla est casū reseruatio, atq; ideo oēs sacerdotes quoslibet pœnitētes a quibusuis peccatis, & cēsuris absoluere possūt, ita concilium Tridēt. sess. 14 c 7. de casuū reseruatione

a ¶ Absoluendos.] hoc respicit ultimũ casũ tãtũ sic separatũ ab alijs: a superiorib. ergo excõmunicationibus absoluẽt ordinarij. de snĩa excõicationis, nuper.

DE POENITENTIIS ET remissionibus.

[Visum est supra de pœnis in foro contentioso, seu litigioso: nunc uidẽdum est de pœnis in foro pœnitẽtiali. Et quia in remissionem uel diminutionẽ pęnæ solent concedi indulgẽtiæ: ideo, &c.]

Cum secundum. CASVS. In concilio Vienn. fuit a nonnullis expositum, q licet in statutis canonicis sit cautum, q condemnatis nõ debet denegari sacramẽtum pænitentiæ & Eucharistiæ: tamen plures iudices temporales condemnatis hoc denegabant, & ad suã excusationẽ allegabant consuetudinem: Concilium primo damnauit illam consuetudinem, quæ potius abusus dicitur, & mãdat ordinarijs locorum, ut moneant iudices, ut non faciant denegari illa sacramenta condemnatis: & si recusauerint obedire, illos compellãt censura ecclesiastica, idest, excommunicatiõe & interdicto, qđ continetur nomine censuræ. hoc dicit. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo q sacramentum pænitentiæ condemnatis ad mortẽ nõ debet denegari. Idem de Eucharistia, quamuis nõ loquatur tex. Clemen. formaliter, nec ualet consuetudo contraria. Nota q aliquando uerba exhortatiua & deprecatiua imponunt necessitatẽ: quia habemus cõsilium reuerẽtiæ, quod obligat sicut præceptum, quãdo materia est necessaria, s. ob reuerentiam personæ, quibus Papa scribit: uerbjs deprecatiuis, & exhortatiuis, ut hic. Nota q diœcesanus potest monere & excommunicare dominum temporalem. Nota modum obsecrandi per uiscera misericordiæ Iesu Christi. concord. de elect. ubi periculum. §. cæterum. lib. 6. Nota q qui misericordiam facere recusat, Christum qui est misericordia, negat. 7. q. 1. omnis. de pæn dist. 1. serpens. Zab.

¶ Vide no tata p doctores in ca. 2. extra de furtis.

[Prima glossa summat; & diuidit.]

b ¶ Cum secundum.] Damnatis ad mortem hoc petẽtibus pænitentia concedi debet, nec ualet contraria consuetudo. Secundo, locorũ ordinarios ad hoc exequendum excitat: ibi, [Locorum.]

c ¶ Canonica.] 1. q. ult. c. penult. de furtis. c. 2.

d ¶ Si petant.] facit de eo qui dux. in matrim. c. significasti, in fi. & quod ibi not.

absoluendos [a]: nullis priuilegiis, aut statutis cuiuscunq; tenoris existẽtibus, super his ualituris.

TITVLVS IX.

De pœnitentijs & remissionibus.

¶ Clemẽs v. in cõcilio Vien.

¶ *Dãnatis ad mortẽ hoc petẽtib. pænitentia cõcedi dẽt, nec ualet cõtraria cõsuetudo. Secũdo locorũ ordinarios ad hoc exequẽdũ excitat: ibi, Locorũ, hoc dicit. Io. And.*

CAP. I.

Cum † secundum [b] statuta canonica [c] ultimo deputandis supplicio, negari (si petant [d]) non debeat pœnitentiæ [e] sacramẽtum: abusum damnabilem in quibusdam partibus contra hoc introdu- 10 ctum aboleri omnino volentes, iustitiarios omnes & dominos temporales, vt ab huiusmodi desistãt abusu hortamur in Domino, & obsecramus per uiscera misericordiæ [f] Iesu Christi: Locorum ordinarijs nihilominus 20 iniungentes, ut eos ad hoc cum primũ commode [g] poterunt diligenter monere, & si necesse [h] fuerit; ecclesiastica censura [i] compellere non omittãt. 30

¶ Idem.

¶ *Repetit cõcilium generale de quæstorib. nõ admittẽdis sine litteris Apostolicis, uel diœcesanorũ. Et addit per diœcesanos litteras Apostolicas 40 prius examinari. h. d. Io. And.*

CAP. II.

Abusionib. [k] †, quas nõnulli eleemosynarum quæstorrs in suis 50 proponunt prædicationibus, ut simplices dec-

e ¶ Pœnitentiæ.] nec Eucharistiæ. eo. ti. quod in te. & de hoc satis dixi. de celebr. Miss. sane. & de sepultura pater in prin. c. ult. 13. q. alt. no. Host. de sepult. ex parte 2. q furca suspensus non deponetur sine licẽtia [1] iudicis, q̃ tamẽ petitã facile cõcedere dẽt. ff. de cada. pu. l. 1. & 2. & 3. & si postea fuerit pænitens, sepeliẽt, ut in præd. c. ultimo.

f ¶ Misericordiæ.) cui nec mẽsura poni põt, nec eius tẽpora possunt definiri. 26. q. 6. is qui. de pæn. distin. 1. multiplex.

g ¶ Commode poterunt.] simile de elect. quã sit. & ca. cupientes. §. cæterum. lib. 6.

h ¶ Necesse.] q a monitioni non parent.

i ¶ Censura.] de uer. sig. quærenti.

Abusionib.] Tres sunt partes principales, quę patent. CASVS. Fuit in concilio Viennen. expositum, q nonnulli, idest, aliqui quæstores eleemosynarum plures abusus perpetrabant, ut subtraherent pecunias a populo. Concilium decreuit vt nullus quæstor ad mittatur, nisi ostendat litteras domini Papæ, uel diœcesani, per quas sit ei concessa facultas & licẽtia faciendi quæstum: & nisi etiam declaret causam sui aduentus, & debet litteras suas ostendere diœcesano, in cuius diœcesi vult facere quęstum. Et si Dięcesanus timet de abusu, nõ debet illos admittere, nisi constet, de approbatione sedis Apostolicę. Postea in uersi. [Ad hæc.] recitat Clemens abusus, quos perpatrabant & faciebãt isti quæstores, & mandat ut ab ipsis abstineant. hoc dicit. H R. ¶ Colligo aliqua notabilia. ¶ Primo ex principio ca. q quæstores nõ sunt permittendi prædicare, sed solum declarare cõtenta 60 in suis indulgentijs. Nota q quæstores non sunt recipiendi, nisi exhibeant, idest, nisi ostẽdant litteras suę facultatis & potestatis. Nota iuncta gl. q minores episcopis non possunt sua auctoritate concedere indulgentias. Not. ex fine, q quæstores in huiusmodi officio subijciuntur ordinarijs: non obstante priuilegio exemptionis. Nota q abusio est euitãda: unde priuilegium perdit qui abutitur. 11. q. 3. priuilegium. damnatur etiam abusus clauium. 11. q. 3. ipse. Nota q simplices non sunt decipiendi, & uidetur hic excusari simplicitas, [& quoad hoc simplices dicuntur qui de facili credunt. 22. q. 4. innocens. Zabar.

[Prima glossa dicit quid facit, & diuidit.

k ¶ Abusionib.] repetit concilium generale de quæstoribus nõ admittẽdis sine litteris Apostolicis, uel diœcesanorũ. Et addit p diœcesanos litteras Apostolicas prius examinari. Ponit scđo octo rephẽsibiles actꝰ

1 Vide Antoniũ Gomeriũ tom. 3. uariar. resolut. ca. 14. nu. 8. ubi pulchre agit de materia huius gl.

† Quæstorũ nomen & usũ omnino aboleuit cõciliũ Tridẽ. sess. 21. de refor. c. 9

quæstorum, quos fieri prohibet: & contraria priuilegia reuocat. Tertio delinquentes per episcopos puniri præcipit non obstantibus priuilegijs. Secunda: ibi, [Ad hæc.] Tertia: ibi, [Quæstores.]

¶ al. cedũt

† al. statutum.

a ¶ Ingenio.] sumptum. C. de commer. & mer. l. 2. facit. 14. q. 5. dixit.

b ¶ Possibile.] de elec. ut circa. in prin. lib. 6. ∫. de uerbo. signific. ∫ępe.

c ¶ Generalis.] eo. ti. c. cum ex eo.

d ¶ Quæstores.] eleemosynarum. de quibus de priui. tuarum. in princip. habemus enim quæstores iudiciorum, de quibus de ver. signi. forus. & de his quæstoribus pecuniarum & ærariorum, uide quod not. ff. de offic. quęsto. l. vnica.

e ¶ Nec permittantur.] vllatenus ipsi populo prædicare, quod sequitur.

f ¶ Competat.] concor. de hęret. ut officium. §. compescendi. lib. 6.

g ¶ Nec.] repete, permittantur.

h ¶ Litteras.] hoc addit concilium generale.

i ¶ De facto.] Hoc enim est episcoporũ, & non inferiorum. de excess. præla. accedentibus. & quo ad proprios subditos, non quo ad extraneos. eod. titu. quod autem.

K ¶ Votis.] hoc etiã est episcoporũ. quod dic vt dixi de do. c. 1.

l ¶ Incerta.] vide q̃d dixi supra. ea. compil. de priuil. c. 1. ver. nec legata.

m ¶ Quartam.] idẽ puto de alia quota.

n ¶ Mendaciter.] cũ sint Dei iudicio reseruatæ. 25. dist. qualis. prosunt tamẽ suffragia, 1. de quibus 14. q. 2. animę defunctorum. & vide quod dixi s̃. eod. tit. ꝙ autẽ. & quod not. Host. in summa. de remiss.

1 Vide Theologos scholasticos li b. 4. sen distin. 45. & Ioannem Roffensẽ cõtra Lutherũ ar. 19. & aliquot sequẽtibus.

piant, & aurum subtili vel fallaci potius ingenio [a] extorqueant ab eisdẽ: cum in animarum cedat † periculum & scandalum plurimorum, viam, prout est nobis possibile [b], præcludere cupientes, iuxta statuta † concilij generalis [c] duximus prohibendum districte, ne quæstores [d] aliqui (nisi Apostolicas, vel diœcesani episcopi litteras exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur [e] (Cum solum ipsis competat [f] indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitatiua postulare subsidia suppliciter ab eodem) vllatenus ipsi populo prædicare, nec [g] aliud exponere, quàm quod in litteris cõtinebitur supradictis: Litteras [h] quoque Apostolicas, diœcesani episcopi (ne quid fraudis committi valeat per easdem) antequam admittãt quæstores ipsos examinent diligenter.

¶ *Ponit octo reprehensibiles actus q̃storũ, quos fieri prohibet, & contraria priuilegia reuocat. Ioan. Andr.*

¶ Ad hæc, cum aliqui ex huiusmodi quæstoribus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu suo proprio de facto [i] concedant, super votis [k] dispensent, à periurijs, homicidijs, & peccatis alijs sibi cõfitentes absoluant: male ablata incerta [l] (data sibi aliqua pecuniæ quantitate) remittãt; tertiã †, aut quartam [m] partem de pænitentijs iniunctis relaxent; animas tres vel plures parentum uel amicorum illorum, qui eleemosynas eis conferunt, de purgatorio (ut asserũt mendaciter [n]) extrahãt, & ad gaudia paradisi perducant; benefactoribus locorum, quorũ quæstores existunt, remissionem plenariam peccatorũ indulgeant, & aliqui ex ipsis eos à pœna [o] & à culpa (ut eorum uerbis utamur [p]) absoluant: Nos abusus huiusmodi, per quos censura uilescit ecclesiastica, & clauium Ecclesiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodo abolerí uolẽtes: Ea per quoscunque quæstores fieri, uel attentari decætero district is inhibemus: Omnia & singula priuilegia, si qua super præmissis, uel eorum aliquo sint aliquibus locis, ordinibus uel personis [q] quæstorũ huiusmodi quomodocunque † concessa (ne ipsorum prætextu sit eis materia talia ulterius pręsumendi) auctoritate Apostolica quãtũ ad præmissa penitus reuocantes.

§. quibus prosint. & §. vlt.

o ¶ A pęna & culpa.] ista est illa plenissima peccatorum remissio, quę conceditur cruce signatis pro subsidio vltramarino. de qua scripsi post Hosti. de Iudę. ad liberandam quæ datur in anno centenario 2. in extrauaganti Bonifacij: Antiquorũ habet. quam solus Papa concedit.

p ¶ Vtamur.] cõcor. s̃. ea. compil. de priuile. c. 1. in principio.

q ¶ Vel personis.] quandoque hoc differunt. de priuil ne aliqui. lib. 6.

[Gl. seq. ponit quattuor species iurisdictionis, quas per Clement. habent ordinarij in exemptos.]

r ¶ Puniri.] per has Clementinas quãdoque ordinarius punit exemptos, vt hic, & supra de testa. c. 1. de sta. reg. c. 2. d̃ reli. do. c. 2. d̃ iure pat. c. 2. quãdoque non punit, sed pęnam iuris publicat. s̃. de priu. c. 1. quãdoq; non punit, sed absoluit. de sepul. c. 1. quãdoq; solum circa loca datur iurisdictio. de sup. negli. præla. c. vnico. de priuile. c. 2. generaliter datur iurisdictio contra eos. de priuil c. 1. lib. 6.

s ¶ Propensius.] idẽ verbum s̃. e. ad compila. de ętate & qualitate. vt hi qui. & ibi exposui.

† al. ita; tertiã, aut quartam, partẽ alij de pœnitẽtijs &c.

2 Vide alias extrauagantes aliorũ põtificũ tit. d̃ pęni. & remiss. in cõib[9]. vbi annus cẽtesim[9] ad minus tẽpus reducitur.

Exempti, quãdoque puniũtur per ordinarium

† al. quomõ.

¶ *Delinquentes quæstores per episcopos puniri o pręcipit, non obstãtibus priuilegijs. hoc dicit. Ioan. And.*

¶ Quæstores autem, qui deinceps in p̃missis uel aliquo pręmissorum deliquerint, uel aliàs etiam quibuscunque suis priuilegijs abusi fuerint, sic per locorum episcopos puniri [r] uolumus (nullo prorsus eisdem questoribus in hac parte priuilegio suffragãte) quòd à suis temerarijs ausibus, qui ubique (ut communis habet assertio) nimium excreuerunt, pœnæ formidine propensius [s] compescantur.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIOnis, suspensionis & interdicti.

[Visum est supra per discursum titulorum de plurib. delictis: verũ quia pro delictis homines incurrũt sententiã excõicationis: ideo videndũ est de sententia excõicationis: Vel sic potest continuari ad rubricam precedentem, videlicet, de penitentijs, &c. Visum de sacramento penitentiæ, cuius sacramenti excõicati sunt incapaces: idcirco videndũ est de sententia excõmunicationis.

Ex frequentibus.] ¶ Casus sic figuratur. Concilio generali in spiritu sancto legitime celebrato, fuit à nonullis prælatis expositũ, ꝙ plures religiosi, maxime exẽpti tã Mendicantes, quam non Mendicantes violabãt interdictum generale celebratum in aliqua prouincia, & istud faciebant latenter & secrete seu colorando facta sua: Cum enim prohibitum sit omnibus clericis celebrare diuinũ officium quotiens interdictum est positum. Item cum sit prohibitum, vt nulli accedant ad Ecclesiã, vt valeant audire Missam vel aliud diuinũ officium: Isti religiosi faciebant foramina in ianuis suis & in parietibus suis, vt populus audiret diuinum officiũ: ex quo ecclesiæ cathedrali graue generabatur scandalum, propter quod ordinauit concilium, vt postquam interdictũ generale erit celebratũ, ꝙ nulli sint tã audaces vt faciant decætero, & amodo seu deinceps talia foramina in ianuis suis vel parentibus suis, aliàs ipso facto incurrunt sententiã excõicationis, vt in c. alma. li. 6. hoc dicit. H. R. No. ꝙ vnica ecclesia est, licet ipsius plura sunt membra. Et dicitur ecclesia cõgregatio fidelium in ea existentium: quia Sarraceni & Turci non sunt de ecclesia. Not ꝙ vniformitas ecclesiæ est seruanda. Not. ꝙ religiosi exẽpti debent seruare interdictum celebratũ in ecclesia matrice vel cathedrali No. ꝙ non solũ in legem committit qui offendit verba: sed etiam ille qui offendit mentẽ legis. No. ꝙ tempore interdicti in tãtum debet ianuis clausis celebrari, vt nec per foramina vel fenestras laici respiciant. No. ꝙ sententia censuræ est neruus ecclesiastic æ disciplinę. de hoc in glo. 5. Zabarella.

[Prima glossa summat, diuidit, & in fine remittit de tempore huius constitutionis.]

† Not. ex verbo, frequẽtibus ꝙ iura adaptãtur ad ea, q̃ frequẽter emergũt. de hoc ĩ respon. i. pub. litteras. Zabarella.

TITVLVS X.

De sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti.

¶ Clemens quintus in cõcil. Viennensi.

¶ Religiosi etiam exempti uiolantes interdictum positum per sedem Apostolicam vel ordinarium loci, vel generaralem cessationem diuinorum factam per prouinciale concilium, vel eum qui hoc possit; seruatam per cathedralem vel matricem ecclesiam loci, excommunicati sunt ipso facto: Non obstantibus priuilegijs, conuentionibus, consuetudinibus & statutis: & respicit pendentia: hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. I.

Ex frequentibus [a] † prælatorũ quærelis [b] accepimus & nos ipsi experientia [c] certa ꝓbauimus in minoribus constituti, quod plerunque religiosi nunc patenter excusationibus fucatis [d] & friuolis innitentes, nunc latenter ecclesiarum suarum ianuis perforatis, aut in eis factis fenestris, seu modis alijs exquisitis, nõ absque damno cathedralium & parochialiũ ecclesiarum & scandalo plurimorum, dirumpendo neruum [e] ecclesiasticæ disciplinę, ciuitatum, terrarum, & aliorũ locorũ generalia [f] interdicta præsumptione damnabili violare præsumunt. ¶ Nos igitur in sancta Dei Ecclesia, cui disponente Domino præsidemus, quæ quidem vnica est, & vnũ Deum prædicat atque colit, vnam [g] fidem firmiter & simpliciter con fitetur, vniformitatem (quantum commode possumus) conseruare volentes: circa interdictorum obseruantiam prędictorum auctoritate sedis [h] Apostolicę, uel à locorum ordinarijs positorum, de fratrum nostrorum consilio districte præcipiendo mãdamus: quatenus religiosi [i] quicunque tam exem-

a ¶ Ex frequentibus.] Casus. Religiosi etiam exẽpti violantes interdictũ positũ per sedẽ Apostolicã, vel ordinariũ loci, vel generalem cessationẽ diuinorum factam per prouinciale cõcilium, vel eum, qui hoc possit, seruatam per cathedralem, vel matricem ecclesiam loci, excõicati sunt ipso facto: non obstantibus priuilegijs, cõuentionibus, consuetudinibus & statutis. Et respicit pendẽtia. Et primo ponit religiosorũ excessum: qui fuit constitutionis causa. Secundo: ibi, [Nos igitur.] prouisionem circa obseruationem interdictorum, & cessationum cum sui pœna, quam tertio: ibi, [Porro.] prorogat ad pendentia, & tollit obstantia. Et vt in proœmio dixi, hæc decretalis præcessit concilium: & hæc probat sequens.

b ¶ Querelis.] simile de priuileg. episcoporum. l. b. 6.

c ¶ Experientia.] quę est rerum magistra. de elect. quàm sit. in princip. lib. 6. vbi de hoc.

d ¶ Fucatis.] quasi tinctis vel coloratis. & habetur hoc verbũ de conse. dis. 5. fucare. vbi no. versus.

Si vitiũ frõtis alicuius fucus inauret, &c.

e ¶ Neruum.] de consue. cum inter. [Et expone neruum, id est vigorem. Panormitanus.

f ¶ Generalia interdicta.] de verb. signifi. cum in partibus..

g ¶ Vnam fidem.] ad Ephes. 4. sup. ea. compil. de sum. tri. ca. vnico § ad hæc. de exces. præl. frequens. ad fin. Vide quod de multiplici vnitate scripsi de sum. tri. damnamus. super verbo, collectiuam.

h ¶ Sedis Apostolicæ.] per hoc videtur comprehendere interdictum iuris exemplum sup. ea. compil. de pœnis. si quis suadente. § ciuitas. cum concor.

[Glossa sequens præter istam ponit decem clementinas, quæ ligãt solos religiosos, & quattuor, diuersimode tamen ligant mendicantes, & duas eis fauentes, & ipsorum querelam.

i ¶ Religiosi quicunque] mẽdicantes vel nõ. Et per hoc patet ꝙ clericos seculares nõ seruãtes interdictũ vel cessationẽ, quæ seruat matrix Eclesia, nõ ligat hęc constitutio. Et multos tales casus quib. per has clemẽtinas ligant religiosi tantum, collige sup. de ele. c. i n plerisque. ver. nullus de sup. neg. præ. c. vnico. de rebus eccl. non aliena. c. 1. de testa. c. vnico. de dec. c. 1. de sta. mo. c. 1. de reli. do. c. 1. ver. prædictis de cẽsi. c. 1. de pri ui. ca. 1. de pęnis, cupientes. ver. illos etiam. & ver. seq.

Fucatus quid significat.

Vnitas ẽ multiplex.

Religiosi ꝑ multas clementinas ligantur.

Specialiter contra mendicantes, qui transeunt ad non mendicantes, prout uidet decr. 1. de regul. Generaliter contra mendicantes prædi. decr. cupientes. in prin. de pœnis. Specialiter cōtra prædicatores & minores decre. dudum. de sepul. specialius cōtra minores. inf. eo cum ex eo. pro religiosis emanauit. de censibus, c. 2. de exces. præla. frequens. conqueruntur tamen religiosi, quod constitutiones, quæ fauorem ipsorum respiciunt, sunt sine pœna: sed contra ipsos editæ sunt pœnales.

a ¶ Exempti.] quomodo per diuersas constitutiones Clementinas probatur non expedire priuilegiatis vel exemptis quod sint generalia concilia, dixi sup. ea. compil. de sepult. dudum. in principio.

† Hæc duo verba seu parochialē, desunt in antiquioribus. exēplarib. et impressis.

pti a, quàm non exempti cuiuscunque ordinis, & conditionis existant, cum cathedralem vel matricem b (seu parochialem †) loci ecclesiam illa viderint aut sciuerint c obseruare d (non obstantibus quibuscunque appellationib. e antea etiam ad eandem sedem, vel a-

[Glo. seq. primo exponit quid sit matrix, & quare de ea dictum. & dubiū soluit. Secūdo quærit mistim de duobus, & soluit. Tertio quærit de metropolitana. Arguit pro, soluit contrarium. Quarto quærit, quæstionem specificat, & soluit illam & similem.

Matrix ē ecclesia baptismalis.

b ¶ Matricem.] id est maiorem & baptismalem, quæ dr matrix: quia sicut mater generat, sic & illa regenerat per baptismum. sic sumitur de præscrip. c. 1. & c. ex transmissa. de transac. præterea 2. igitur interdicuntur qnq; loca non habentia intra se ecclesiā cathedralem, habent tn̄ matricē, ideo hoc expressit. & dico hoc locū habere etiam cū illa matrix ecclesia religiosis non seruantib. subest quo ad præsentationem, collationem, vel quia sit ipsorum vicaria, cū hic generaliter loquatur. Sed quid dices hic ecclesiā, an episcopū vel prælatum tantū, vel capitulū tantū, vel vtrūq; mistum? Et quid si vacat ecclesia cathedralis, & pars capituli seruat: & pars non seruat, & partes forte sunt æquales? In omnib. his casib. puto ecclesiam sumi pro ipsa materiali ecclesia & ipsius ecclesię parietibus de hoc ne præl. vic. suas. c. vlt. cū cōcor. & quod ex quo in ecclesia celebreē cōtinue ianuis apertis, &c. siue per plenū siue per capitulū totū, vel per partē, siue per alios clericos ecclesiæ, non sit locus huic pœnæ, licet pęnæ irregularitatis & aliæ, de quib. infra dicam, possent locū habere vt sit mēs litteræ, quod ex quo in matrice ecclesia seruaē & in alijs obseruetur. Sæpissime videmus quod in cathedralib. & matricibus ecclesijs inferiores clerici, mansionarij & capellani, vt plurimū ēt sine plato & canonicis officiant ecclesias ipsas. Sed nunquid quo ad interdictū prouinciæ diceē ecclesia metropolitana matrix, ita quod illa seruāte interdictum religiosi totius prouinciæ non seruātes ligati sint hac pęna: & de scientibus loquor. Vr quod sic, de post. c. 1. ver. sed inde. 12. dist. de his. Hoc contrariū puto per hāc litterā, quæ dicit, cathedralē vel matricē loci. Constat autem quod metropolitana ecclesia, pone Rauenas, non est matrix vel chathedralis ciuitatis Bonon. vel Mutin. de offi. ord. pastoralis. 9. q. 3. si autē. & c. nullus ligabuntur ergo religiosi diœcesis Rauennę tātum Item quid si interdicta est villa vel castrum nō habens inclusam certam ecclesiam cathedralem vel matricem, quod esse posset: puta quia matrix ecclesia est in alia terra non interdicta, vel quia plures sunt ecclesiæ in villa vel castro, & nulla principalior, quia qlibet baptizat suos parochianos, & forte ex illis ecclesijs aliquæ seruant interdictū, aliquæ nō. Puto quòd tunc nō sit locus huic cōstitutioni: deficiunt enim mens & verba: sicut nec locū haberent quando in loco singulariter interdicto nulla ecclesia esset, nisi illa religiosorum non seruantium. Habeant ergo tunc locum iura antiqua, vt dicam infra in glos. additur.

Ecclesia quæ comprehēdit, cle. 1. de senten. excom.

Ecclesia metropolitana an dicatur matrix quo ad interdictū prouinciæ.

c ¶ Sciuerint.] alio sensu quam per visum: de quo præmisit probabiliter: ergo ignorantes talem obseruantiam non ligat hæc pœna.

[Glo. seq. qōnem soluit, quinq; rationes inducens.

d ¶ Obseruare.] Not. quia nō obseruando, non dicit quod se conforment: addere enim intendit hæc constitutio non diminuere ab obseruantiā interdictorum, vt patet in principio. sup. ea compil. de præb. c. 1. in fine. Et statutum hic factum ad pęnam, non debet trahi ad gratiam. de transla. c. 2. vltra medium. Et argumentum à contrario sensu cessat: vbi illius argumenti contrarium reperitur in iure, vt satis scripsi de elect. publicatio. super vltima glo. Item contrariorum non est eadem disciplina, vbi verba & mens resistunt. de verb. signifi. c. fi. de offic. leg. studuisti. Excessus ergo clericorum matricis ecclesię non dabit religiosis materiam delinquendi. de priuileg. pestis. intelligo autem illos seruare quando abstineat animo obseruandi & facit quod ibi dixi super verbo, violauerint.

lium seu alios interiectis & alijs obiectibus quibuscunque f) absque dolo & fraude, cum moderatione tamen decretalis Alma g. inuiolabiliter † conseruent: Alioquin nō seruantes excommunicationis sententiæ h hoc ipso volumus subiacere i, Quod etiam in interdi-

† l. ita sit uiolabiliter ea seruent.

Argumētū à contrario quando cessat.

Cōtrariorū nō sp est eadem disciplina.

[Glossa sequens soluit contrarium.]

e ¶ Appellationibus.] non dicit quod præcedens appellatio non vitiet interdictum ne corrigat. de app. ad hoc quoniam, & c. dilectis. cum similibus. Sed dicit, quod quamuis interdictum sit nullum propter præcedentē appellationem vel aliam causam, ex quo tamē matrix ecclesia illud seruat, religiosi violātes sunt excōmunicati.

f ¶ Quibuscumque.] quibus allegarent nullitatē sententiæ, quod potest esse multis modis. not. eod. tit. præsenti lib. 6.

g ¶ Alma.] eo. tit. lib. 6.

[Glo. seq. enumerat 52. casus quibus excommunicant clementinæ: quorum 16. sunt reseruati.]

h ¶ Excōmunicationis sententiæ.] est sciendum, quod per 18. constitutiones clementinas comprehensi sunt quinquaginta casus; quorum 16. sunt reseruati Papæ, quib. quis ipso iure excōicationē incurrit expresse, & per duas duo tacite. Et est præmittendum quod Hostiensis colligit triginta tales casus iuris veteris in sum. eo. ti. §. 3. in prin. ego collegi 32. lib. 6. eod. tit. eos qui. Nunc exprimā hos nouissimos. Primus est de seque. pos. c. 1 Quatuor de sepul. c. 1. Alij quatuor, de deci. c. 1. Duo de statu mona. c. 1. §. quia vero. Duodecimus, eo. ti. c. 2. fin. Tertiusdecimus & 14. de relig. do. c. 1. Alij sex & sic 20. de consangui & affi. c. 1. Tres, & sic 23. & sunt Apostolicæ sedi reseruati. de hæreti. c. 1. ad finē. Duo & sic 25 eo. tit. c. 2. Septem, & sic 32. de vsu. c. 1. Alij & 6. & sic 38. & sunt etiam Apostolici, de priuil c. 1. stringamus sub duob. casibus, qui sunt etiam Apostolici. sup. de pęnis c. 1. in prin. & ver. potestas. Duo, & sic 43. eo. tit. cupientes. in prin. 43. eo. tit §. qui vero. 44 eo. c. in fin. & est Apostolicus 45. hic quatuor etiā Apostolici, & sic 49 inf. cap. proxi. Quinquagesimus inf. eo. cum ex eo. Duos autem casus tacitos habemus de sum. tri. c. vnico. § porro de vsu. ex graui in fi.

Excōicatur quis ipso facto per clementinas in 52. casibus.

[Glo. seq distinguit quatuor casus diuersos.

i ¶ Subiacere.] additur hęc pęna ad alias, quæ habentur de exces. præl. c. de priui. auctoritate & c. eporū. li. 6. eo. tit. is qui. eo. lib. Posset tn̄ casus esse in quo ista pęna sine illis ligaret, & econtra. Pone quod sententia interdicti vere non ligat impediente appellatione vel alia nullitate, tn̄ matrix ecclesia illam seruat, ligantur religiosi hac pęna, sed non illis Econtra bene ligat snīa cū matrix ecclesia nō seruat illā: tūc ligātur illis & non ista. Qn̄ vero tenet & seruaē per matricē, tūc locū habet

quod

q̃d prius dixi, ꝙ ligãtur vtrisq; : quãdoque non tenet nec seruatur per matricem, & tunc neutris ligantur.
a ¶ Cessationibus] generalibus, sequitur.
b ¶ Comprobatur.] 20.dist.de quib. de offi. deleg.prudentiam, post prin. Prouer.14. Ibi salus, vbi multa consilia. & 15. Dissipantur cogitationes vbi non est cõsiliũ, & vbi sunt plures consiliarij, confirmantur.
c ¶ Generalibus.] speciales.n. seruantur solũ in ecclesijs, in quibus sunt inductæ, de appell. dilectis.
d ¶ Vnico lumine.] sumptum. ff de offi. præsi. illicitas. §. ne tenuis.
e ¶ Edita.] de offi. or. irrefragabili. §. cæterum eo tit. si canonici. & ca. quamuis. lib. 6. & ibi vide in vlti. glo.
f ¶ Pendentia.] concor. sup. ea. compi. de iud. dispendiosam. cũ suis concor.
g ¶ Conuentionib.] sic sup. ea. compil. de sepul. dudum. circa finem.

Grauis.] ¶ præsupponendũ est illud quod dr̃ in cap. alma. lib. 6. eod. titu. quod si interdictũ sit celebratum in aliquo loco, canonici possũt celebrare diuinum officium: sed hoc debẽt facere voce submissa & bassa, & ianuis clausis, & quod nullus admittat̃ ad diuinum officium audiẽdum: aliàs si quem ad mittant seu recipiãt, ipso facto sunt excõmunicati.

† al. ita: porro hãc etiã sanctionem, &c.

Quadragesima fratres nō tenētur ieiunare, nisi sexta feria, nō per hoc includitꝰ ꝙ possint non ieiunare in ieiunijs ab ecclesia institutis: est ergo tm̄ sensus, ꝙ ad ieiunia alia extra sextam feriā non tenenꝰ ex præcepto regulæ, & sic nō plus quàm alij: sed ad ieiuniū sextæ ferię tenentur plus q̄ alij, de obser. ieiun. c. fi. Secundo, nota argum. à verisimili. ff. q̄d met. cau. nō est verisimile, de ꝓb. cū de ætate, de testi. ob carmē. §. fi. de reg. iu. l. in obscuris, de ꝓsum. q̄a verisimile. Tertio, no. ꝙ inductū ad augendum non debet operari diminutionem: & idem è conuerso. ff. de adimen. lega. legata inutiliter, de condict. & demonst. cum tale. §. fin. quia idē nō operatur contrarios effectus, de iureiurando. intellecto. regula, quod ob gratiam. lib. 6. Quarto nota, quod ad ieiunia indicta ab Ecclesia, omnes Christiani obligantur, de obseruat. ieiun. consilium. §. cum autem, quod declaro ibi. quæst. 1. & 2. & dixi sup de hac re. ad nostrū. §. 2. q. 1.

a ¶ Porro.] hic de non recipienda per eos pecunia.

b ¶ Posuerit.] dicto cap. exijt §. cæterum. vbi determinat ꝙ nō licet eis mutuum cōtrahere, sed si quis vult succurrere, possunt se offerre quod volunt fideliter laborare, vt ei satisfiat, & hoc male seruatur: quia sæpe contrahūt mutuum, declarantur ibi & quædam alia, sed præcipuum est, quod fratres non recipiant ipsi pecuniam: sed tamē quod dare possunt aliquem eis notum, cui per eū qui vult eis facere eleemosynam cōmittatur executio: dominium tamen ac proprietas ac possessio pecuniæ remanet penes dantem, cum libera potestate reuocandi vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatam, & dic plenius in dicto cap. & duobus sequentibus.

Pecunia & denarius differunt.

c ¶ Cippi vel trunci.] vel, pro. i. & est cippus lignum inornatum & magnum, & perforatur vt cedat loco capsæ, hæc tamen male seruant fratres, nota differentiam inter denarios & pecuniam: quia denarius est q̄ pro decem nummis olim cōputabatur: pecunia vero proprie est substantia de pecoribus proueniēs: tamen hoc hodie cōiter accipiꝰ pro eodem & ideo expone litteram ibi, denarios vel pecuniā, vel, pro. i. & hic nomine denariorum continetur omnis moneta magna vel parua, aurea vel argentea, vel alterius generis. & hoc q̄a fauorabile est sic intelligi, & quia indistincte loquitur, licet nummis legatis veniant exiguiores tantum. ff. de legat. 3. nummis. Secundo, nota quòd id, quod per me non licet, nec per interpositam personam. regula, qui per alium. lib. 6. Tertio nota, quòd in ijs quæ generaliter prohibentur, omnia intelliguntur prohibita, quæ non inueniuntur concessa. de hoc de transla. cap. 2. ver. sed neque, in glo. argumentum, vt ibi dixi.

d ¶ Cum etiam.] de eodem cum ꝓcedēti.

e ¶ Occurrentes.] pro quibus subuentum fuit ab aliquo, cui habent fratres procurare vt reddatur pecunia, & sic dicuntur necessitates non ingruentes. i. imminentes de præsenti, sed iam præteritæ: tamen quò ad hoc quod hic dicitur, idem in vtrisque, vt probat quod sequitur.

f ¶ Duxerit.] eo cap. exijt. § porro, in fine.

g ¶ Vel similibus.] necessarijs non volūtarijs, declaratur autem in dicto § porro, quòd in ijs, quæ sunt necessaria ad victum, vestitum, diuinum cultum, & spiritualem studium, concessus est fratribus vsus necessariarum rerum. & hæ causæ videntur generaliter omnes necessitates cōprehendere: tñ quia q̄dam etiā sunt eis necessaria, q̄ nō ꝓcise concernunt causas præmissas immediate: ideo hic adiecit ꝙ ēt hoc eis liceat pro causis similibus vt si dū transeant de loco ad locū ex cā ordinis, non permittuntur in certo loco transire, nisi soluant pedagium: licet. n. non debeant ad hoc cogi, tamen ex quo de facto coguntur, licitum est eis acquirere per eleemosynam vt soluant, ne impediātur pro hoc quod in via sequitur, &c.

h ¶ Modi.] vt ꝙ ipsi nō recipiāt nec administrēt, ꝓ hoc ꝙ dixi sup. §. porro, super littera, & infra, § proximo.

i ¶ Totaliter.] nam hic ordo fundatus est in maxima paupertate, supra. § cæterum.

renorum, & specialiter a pecunia & eius usu totaliter inexpertos, sicut ꝓbat prohibitio de recipiēda pecunia in regula sæpius repetita [a]: curare fratres uigilāter necesse est, quòd cū ex causis prædictis & modis ad habētes pecunias deputatas pro ipsorū necessitatibus recurrere oportebit ad tenētes ipsas, qcunq. hi fuerint principales uel nuntii in omnib. sic se gerāt, quòd se cunctis ostendāt in dictis pecuniis (sicut nec habent [b]) penitus nil habere. Quapropter [c] præcipere quod & qualiter pecunia expendatur, cōputumque exigere de expensa, eā quomodocūq; repetere siue deponere, aut deponi facere capsulā pecuniæ, uel eius clauē deferre, hos actus & consimiles sibi fratres illicitos esse sciant: Predicta enim facere ad solos dominos pertinet, qui dederunt, & eos quos ipsi deputauerūt ad hoc ipsū

¶ Proinde [d] cum vir sanctus paupertatis præmissæ in regula modū exprimēs dixerit in eadem: Fratres nihil sibi approprient, nec domū, nec locū, nec aliq̃ rē: sed tanq̃ peregrini & aduenæ in hoc sæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadāt pro eleemosyna confidenter: Sicque declaratum extitit per nonnullos prædecessores nostros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in speciali, quàm etiā in cōmuni, ꝓpter quod & rerum omnium concessarum, oblatarum, & donatarū fratribus (quas & quarum usum facti, scilicet ordini uel † ipsius fratribus licet habere) proprietatem & dominium in se & Romana Ecclesia receperunt, dimisso ipsis fratribus in eis tantummodo usu facti sim-

a ¶ Repetita.] supra 2. §. proximis.

b ¶ Nec habent.] vnde contra ipsos nō habent actionem nec persecutionem in iudicio, nec extra. dicto c. exijt §. cæterum & infra proximo §.

c ¶ Quapropter.] No. singulariter, ꝙ in pecunia non est dare possessionem separatam a dominio, quod probat littera in eo quod dicit, ad solos dominos uel eorum commissarios spectare hæc quæ hic enumerantur, & est ratio, quia pecunia facile fit nostra: vnde etiā aliena mihi mutuata per non dominū per commistionem cum mea fit mea; si bona fide accepi. ff. de solu. l. si alieni. quod est singulare. & est hoc propter singularia præcepta pecuniæ numeratæ. ff. si cer. pet. l. singularia.

d ¶ Proinde.] hic de paupertate & humilitate ipsorū. Et numeratis nouem excessibus prouidet de primo: deinde ꝓuidet de alijs in §. sequenti. Nota ꝙ fratres Minores nō habent ꝓpriū nec in speciali, nec in communi. & hoc non uidetur speciale in eis, sed locum hēt etiam in aliis mendicantibus, ut in Prædicatoribus & similibus, quia ex regula nō licet habere redditus aut possessiones, sed ꝑ q̄stum publicū uictū tribuere solet incerta mendicitas. de relig dom. capitulo unico libro 6. tamen non in omnibus æquiparant̄. Nam Prædicatores habent aliqua in communi quo ad proprietatem, ut in extrauagan. Io. 22. quia quorūdā. §. preterea. hic autem dicitur generaliter, quod fratres Minores nihil sibi approprient: & ꝙ hęc exꝓpriatio intelligitur tam in spāli, quàm in communi. dixerunt & in alijs. quod dic plenius, ut ĩ. quæst one prima, in solutione tertiæ rationis. Secundo. no. in versi. cum. n. quod ex exterioribus actibus repręsentatur mentis dispositio. de præsump. ex studijs. quod tamē proprie non colligitur hic, sed potius colligitur, ꝙ is qui vult esse rectus in mente, hoc indicet ex operib. nam ex fructib. eorum cognoscetis eos. Matt 5. de regu. iur ca 2. Tertio not. qd̄ fratres Minores sunt incapaces successionum, sed legatorum sic, nisi fiat in fraudem. de hoc ĩ. q. 2. Quęro ĩ eo ꝙ dixi ĩ primo not. ꝙ fratres minores nō habēt proprium, nec in spāli, nec in communi: An hoc procedat quo ad oīa? Antequā veniam ad argumenta, sciendum est, quod hęc quæstio scrupulosa est, & peperit in Ecclesia Dei perniciosos effectus, pręcipue tempore Ioannis Papæ 22 quia nonnulli magistri sacræ paginæ uerbis & scriptis nisi sunt ostēdere, ꝙ fratres prędicti etiam ĩ rebus vsu cō sumptibilibus habent tantū simplicem usū facti: & ꝙ

F. Minor. an nihil ꝓprij possint hēre.

hæc est altissima paupertas, in qua sunt fundati, & ꝙ hæc etiam fuit vita Christi & Apostolorum. dicētes ꝙ perfectioni uitę Christi & aliorum perfectorum non est consonum aliquid habere proprium, sed solum facti usum: & inter istos fuit Marsilius de Menandrino Paduanus, de quo memoraui de elect. venerabilem. versi. verū. q multis rationibus & auctoritatibus prædicta confirmat in libris quos allegaui in d. ver. verum. Ipse autem Ioa. xxii. in extrauag. cum inter nō nullos. declarauit, ꝙ asserere pertinaciter, ꝙ redemptor noster & eius Apostoli non habuerunt ius utendi in ijs, quæ sacra scriptura eos habuisse commemorat, & illa uendendi seu donandi, aut ex ipsis alia acquirendi est hæreticum. & idem Ioā. xxij. in extrauang. qa quorundam. late prosequitur hęc, respondendo rationibus, quas tenentes contrarium adducebant: & in eadem extrauag. dicitur, ꝙ in ijs quæ sunt usu consumptibilia, fratres Minores habent ius utendi, & idem dicitur in extrauag. eiusdē Ioa. ad conditorem. quia non est possibile, ꝙ sit usus facti licitus sine iure utendi: & quia illi magistri, qui tenuerunt contrariū, usi sunt rationibus apparentibus, habuerunt sequaces multos: vnde secutū est, ꝙ adhuc hodie est magna multitudo, quæ dr̄ Fraticellorum, qui ex hoc errore lapsi sunt in alios, dicentes quòd à tp̄e illius Io. xxij. quem damnant ꝑꝑ prædictas extrauagantes tanquam hæreticum, non fuit aliquis verus Pontifex: & alia multa nefaria dogmatizant; & in his si comprehē duntur ꝑ ep̄os, persistunt, ēt permittentes se comburi, vt vidi Florentię vnde sæpe cogitaui, ꝙ vtile esset qd̄ Ecclesia Romana permitteret libere de hoc disputari, an Christus habuerit, vel non habuerit, vel habere potuerit propriū, vel nō potuerit: & similiter de vita fratrum Minorū, an possint aliquid habere propriū, cū in hoc nō versent̄ articuli fidei: ex tali. n. libertate occurreret̄ eorum errorib qui forte de facili corrigerent̄ in alijs, nec per hoc ēt si diceretur ꝙ Christus non habuerit propriū, aliquid inferri possit ꝯ ꝓprietatē Ecclesię Romanæ: cū multa sint & in alijs immutata, prout visum fuit sanctis patribus s̄m exigentiam temporum. Sed interea stantibus illis extrauagantibus, & hac constitutione, & constitutione cap. Exijt. videamus aliqua de quęstione: Et videtur quod Fratres habeant quò ad omnia solū simplicem vsum facti, per c. exiit. §. porro, vbi dicitur quòd in rebus temporalibus est considerare proprietatem, possessionem, vsumfructū, ius

† al. ita vel ipsis.

Fraticellorum error.

ius vtendi, & simplicē facti vsum: & ꝙ vltimo tanquā necessario eget vita mortaliū, licet prius carere possit, & ꝙ condecens est huic ꝓfessioni, q̄ sponte deuouit Christū pauperem in tanta paupertate sectari, omniū abdicare dñium, & rerū sibi necessario vsu fore cōtentam. Secundo ad idem inducitur hæc littera, in eo quod dicit, ꝙ rerum concessarum fratribus, licitum est eis habere simplicem vsum facti: & ꝙ dñium & proprietas est penes Ecclesiā Romanam. Tertio quia fratres isti profitētur altissimam paupertatē. de excess. prela. nimis 2. & sic talem, qua nulla maior dari potest. sup. §. cæterum. vbi dixi in 1. no. maior autem est paupertas, quæ nihil sibi appropriat, q̄ quæ habet aliquid proprij. Quarto, quia in eorū regula ponitꝰ in principio: Regula & vita Minorum hæc est, s. Domini nostri Iesu Christi sanctū Euangeliū obseruare, viuēdo in obedientia, sine ꝓprio, & in castitate: ex quibus verbis vꝛ ꝙ beatus Franciscus voluerit, ꝙ fratres obseruarēt consilium Euangelij traditū illis, qui volūt esse perfecti, de quo Matth. 19. Si vis ꝑfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū ī cælo Quinto ad idē inf. §. dicere. vbi dicit ꝙ temerariū est asserere, ꝙ sit hęreticū dicere vsum pauperum includi, vel nō includi sub voto Euāgelicæ paupertatis: & videtur velle, ꝙ sub voto Euangelicæ paupertatis includitur vsus pauper. Sexto, inducitꝰ Matth 10. vbi Christus dicit Apostolis: Nolite possidere neq; aurū, neq; argentum, neq; pecuniā, neq; perā neq; duas tunicas, neq; calceamēta, &c. Itē Matth 19 Apostoli dixerunt ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Item ipse redemptor de se dixit Matth. 8. Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos: filius autem hominis nō habet vbi caput reclinet. Ex quibus & similibus auctoritatibus & rationibus, quæ ad hoc inducūtur, nituntur aliqui inferre, ꝙ perfectissima vita sit carere omni ꝓprio

† An ipsi possint esse testes ī vltimis voluntatib. Guido in decis. Delphinatus. q. 517. tenet ꝙ sic: ꝑ gl. §. congruādum. auth de monac. colla. 1. licet Faber §. testes. ī. instit. de testa. dicat cōtrariū. Et idem Guido. q. 312. dicit qđ possunt instituti hæredes. Font.

plicis. Ad nostrum fuerunt deducta examē, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto voto & puritati ordinis repugnare: videlicet, vt ea prosequamur ex ipsis, quæ remedio credimus indigere, ꝙ se institui hæredes nō solū sustinent, sed procurant: Item quòd redditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quòd conuentus habentes totaliter inde viuunt. Item quòd cum ipsorum negotia etiā pro rebus temporalibus in curijs agitantur, assistunt aduocatis & procuratoribus, & ad inuestigandum eosdem se ibidē personaliter repræsentant: Item quòd executiones vltimarum suscipiunt † voluntatum, & gerunt; seque intromittunt quādoq; de vsurarū vel male ablatorum dispositionibus seu restitutionibus faciendis: Item quod alicubi non solū excessiuos hortos, sed etiam vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligitur ad vendendum: Item quòd temporibus messium vel vindemiarum sic copiose granum & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur à fratribus, & in cellarijs & granarijs reconduntur, quod ꝑ anni residuum & absque eorum mēdicatione possunt transigere vitam suā: [10] Item quod ecclesias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate & curiositate figuræ & formæ, ac sūptuositate notabiliter excessiua, sic quod non videntur habitacula pauperum, sed magnatum: [12] Paramenta etiā ecclesiastica in plerisque locis tā multa habent, & tam notabiliter pretiosa, quod excedunt in his magnas ecclesias cathedrales: [13] Equos insuper & arma eis oblata in funeralib. recipiunt indistincte: Tamen cōmunitas fratrum & specialiter rectores ipsius ordinis asserebant, qđ prædicta seu plura ex ipsis in ordine nō fiebant, ꝙ & si qui reperiuntur rei in talibus, [14] rigide puniuntur: necnon contra talia ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo statuta in ordine multum stricta. Cupientes igitur nos ipsorum fratrum prouidere cōsciētijs, & cuncta dubia (quantum possi[15]bile nobis est) de ipsorū pectoribus remouere, ad prædicta, modo qui sequitur, respondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id quod exterius agitur, interiorem [16] mentis dispositionem & habitum repræsentet: ne cesse habent fratres, qui se expropriatione tanta à temporalibus abstraxe-

& habere solum simplicem vsum facti, & ꝙ hęc fuerit vita q̄ Christus docuit verbo, & exemplo firmauit, vt dꝛ in eo. c. Exijt. §. porro. In cōtrariū sunt rōnes, q̄ fiunt in extrauag. præalleg ad cōditorē & in extrauag. quia inter nonnullos. & in eadem extrauag. ad conditorem determinatꝰ, ꝙ in bonis quæ in posterum cōferentur vel offerētur, vel aliàs quomodolibet obuenire contingit fratribus, seu ordini supradictis, nullū ius seu dñium acquiratur ecclesiæ Romanæ, cuius cōtrariū dꝛ hic, vt dixi sup. in rationibus partis cōtrariæ, rōne secūda. Itē vꝛ ꝙ nihil habere proprij, non summæ perfectionis: quia epī habent propria. 12. q. 1. epi 2. & c. seq. & tñ status eporum est ꝑfectior, q̄ religiosorum. de regula. licet. de renun. nisi. ad fi. ex quibus colligitur, qđ ex vita epali surgit maior fructus & vtilitas quā ex religione. Vnde monachus licite pōt eligi ī epm. 18. q. 1. c. vnico. de elect. nullus. lib. 6. & qa in hoc habemus extrauagantes illas, quib. est standum in eo ꝙ dicunt, ꝙ in his quæ cōceduntur fratrib. ad vsum, ipsi fratres nō habent simplicem vsum facti, immo habent ius vtendi. nō expedit in hoc instare in plurib. rationibus. Sol. vꝛ dicendū, ꝙ fratres non habent aliqua propria nec in cōi nec in speciali, sed habēt vsum facti nō nudi, sed facti iusti & liciti, vt volunt dictę extrauagātes, & sic aliquo modo possunt dici aliqd habere proprium, s. ipsum vsum. Et ex hoc vꝛ ꝙ res vsu consumptibiles eorū proprie dici possint: quia neq; naturali ratione neq; ciuili hęres recipiūt vsumfructū. instit. de vsufru. § constituitur. & sic cū vsus non separetur à dñio, vꝛ ꝙ eoipso ꝙ possunt vti, debeāt cēseri habere proprietatem. Sed qui vellet satisfacere tenētib. cōtrariū, dicere posset, ꝙ licet in his reb. non possit constitui vsusfructus, proprie tñ constituiꝰ quasi vsusfructus, & satisdatur de restituendo tantundē in quātitate. d. §. cōstituitur. ff. de vsufr. ear. rer. quę vsu cōsu.

l. 1. & 2. de pig. c. fi. Item licet nō possit dari vsus licitus sine iure vtendi: tñ dici posset qđ hoc ius vtēdi nō est nisi quædam facultas, quæ nō infert aliquid esse proprium: dicitur enim res propria quando quis potest de ipsa libere disponere vt vult per modos iure non improbatos. quod dixi de resti. spol. olim 1. fratres autem non acceptant res vt velint posse disponere vt volunt, sed ad vsum tantū facti, vt sup. in 1. & 2. ratione partis contrariæ, id est, vt vtantur de facto in suas necessitates: qui tamen vsus nō infert aliquā proprietatē: sed vtuntur de licentia dantis, & dicemus qđ ipse dans: libere pot id quod dedit reuocare quousq; vtantur: & sic dicendo saluaretur intentio illorum, qui dixerunt fratres excludi ab omni proprio quoquo modo: nec esset aliqua absurditas: sed non video quòd in hoc sit summa perfectio, sed potius est contentio de verbis: Nam dummodo abdicauerint propria, ita ꝙ nihil dicant ꝓpriū quin parati sint illud dimittere, nec velint ꝓ illo in iudicio contendere, non potest dici ꝙ habeant proprium qđ impediat perfectionem. vbi considerandū ꝙ abrenuntiatio proprij prout est in actu, non dicit perfectionem, sed est instrumentum perfectionis, secundū ea q̄ dixi de regula. sane q. 14 & sup. § cæterū. sed prout ex aīo surgit in hoc est perfectio, vt sit homo paratus, si opus fuerit, omnia dimittere, vel distribuere de hoc per Thomam secunda secundæ quęst. 182 artic. 7. fratres tamen habent hanc expropriationem, seu habere debent vtroque modo. in episcopis autem sufficit qđ sit vltimo modo nec ex hoc dicuntur fratres esse in perfectiori statu: quia alijs respectibus episcopi sunt perfectiores tamquā per quos veluti alios regentes maior fructus prouenit in congregatione fidelium, immo & inter religiones nō pōt argui, ꝙ vna sit perfectior altera, ex eo ꝙ pauperior posset ēt alias excedere in ijs q̄ pertinent ad obedientiam & castitatē: & tunc diceretr similiter perfectior: quia id qđ excedit in melioribus, est simpliciter melius. de hoc ꝑ Thomam secunda secundæ. q. 188. art. 7. & dixi de regula. sane. q. 14 & seq. Et si dicatur saltem cæteris paribus perfectior est status quando renuntiat quis omni proprietati: Dic quòd etiam hoc concesso nihil resultat contra superius dicta Et denique cum multum cogitaui, vī quod dummodo fratres minores abstineant à proprio, ita qđ nō habeant possessiones immobilium ex quib fructus colligantur, nec insuper habeant mobilia, de quibus agant tamquam domini contrahendo sed habeant solum ad vtendum, & quæ parati sunt dimittere, vt proximo dixi, nihil refert interdicere, qđ ipsi sint domini locorum suorum suo modo, sicut & alia collegia ecclesiastica, vel quòd sint domini suorū librorum, vel aliorum vtensilium, siue dicatur quòd habeant tantū vsum, nam etiam si dicantur domini, tamen improprie dicantur solum quo ad hoc, quia possint libere vti, nec in hoc est vis nisi in verbo, nisi quo ad hoc qđ alij sæculares vel religiosi non mendicantes pro prædictis agere possunt in iudicio: Ipsi autem fratres minores nō inf §. verū Illa vero diuersitas, quę turbauit mundum, videtur penitus exigua & nullius effectus quo ad fratres minores, an dicatur quòd in ijs quibus vtuntur habeant vtendi, an vero dicatur qđ habeant vsum facti, quia vtroque modo saluatur perfectio status eorum, & consistit hoc in sola disputatione respectu eius quod proxime dixi, nec est conueniēs in hac religione, quæ in simplicitate fundata est, his insistere sufficit enim quòd sibi nihil approprient, vt per hoc velint iudicio contendere, pro hoc dicto ca Exiit,

runt, ab omni eo qđ dictæ expropriationi esset, vel posset videri contrarium, abstinere. Quia igitur in successionibus trāsit nō solum usus rei, sed & dominium suo tēpore in hæredes: fratres autem præfati nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possunt, etiam in cōi: declarando dicimus, quod successionum † huiusmodi, quæ etiā ex sui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia

§. cæterum. Ad contraria dic ad primam & secundam rationem, cum dicitur quòd habent tantum vsum facti: dic quòd habent vsum tamen licitum, qui aliquo modo est iuris, nec propterea dicitur non esse simplex vsus facti, quia in his in quibus vsus separatur à dominio, habent tantum vsum licitum. In alijs autem si dicis quòd habeant proprietatem dic quòd non habent tamquam proprietatem, sed in consequentiam vsus: si autem dicis quòd non habent proprietatem, sed est concedentis donec vsi fuerint, tunc cessat ratio.

Et licet extrauagantes prædictæ approbent primū dictum, aliàs modum, quòd habent proprietatem propter inseparabilitatem: non tamen multū in hoc refert, vt prædixi, quodcunque teneatur. Ad tertium cum dicitur, quod sunt in altissima paupertate: dic quòd non excludit hæc paupertas vsum necessarium modo nunc dicto. Item cap nimis. præallega. loquitur etiam de prædicatoribus, quos pariter dicit esse in altissima paupertate, & tamen fratres prædicatores habent aliqua in communi quo ad proprietatem, vt in extrauagan. quia quorundam § præterea. & dic aliqua vt sunt horrea & cellaria, vt dicit ibi glossa Zen quod dixi supra eodem § in primo notabili fratres vero minores in altiori paupertate sunt in eo quod dicitur de pecunia supra §. porro. & quia non habent proprietatem aliquam nisi vt prædixi supra eadem quæst. Item non possunt capere etiam vt vendant infra §. proximo. quod secus videtur de prædicatorib. vt dico infra quæstio. sequen. cap finali. Ad quartum dic quod obseruant illud consilium: vende omnia quæ habes, &c. nam quando ingrediuntur, nihil secum afferunt, nec ex hoc aliquid fratribus obuenit nisi dederint eis intuitu eleemosynæ. supra §. cæterum. & §. cū vero. Ad quintum dic, quòd vsus paupertatis includitur in voto perfectionis seruato vsu licito, vt supra hac quæst. dixi. Ad sextum dic quòd illud, nolite possidere neque aurum, &c non prohibet conseruationē rerum ad tempus, & quo ad vsum de quo per Thomam secunda secundæ quæst 188 art. 7. in fine.

Ad illud, ecce nos reliquimus omnia, dic quòd facit pro his quæ dixi supra eadem quæst. quòd non sit perfectio in hoc quod reliquerunt, sed in hoc quod Christo adheserunt. vnde subiungitur, & secuti sumus te. quod dixi de regula. sane. quæst. 13 Ad illud, vulpes foueas habent. &c. dic quòd non probat nisi quod Redemptor non habuit propriam domum; non per hoc infertur quin habuerit aliqua propria, ut dicitur in extrauagan. cū inter nonnullos. nā loculos habuit, Ioannes xij. & licet illi qui tenent usum facti simplicem ꝑtinere ad summam perfectionem, dicant, quòd habuit solum quo ad usum facti simplicem, ut conseruaret ad casum deficientium necessariorum, contrariū tamen soluit Nicolaus iij in cap. Exiit § porro, ubi dicit, qđ in hoc Christus assumpsit personam infirmorū. quod dicitur in dicta extrauagante, quia quorundam. & de hoc per Thomam in dicto articul. 7. in solutione. Et potest in hoc etiam dici, quòd Christus conseruauit in loculis etiam pro distribuendo in pauperes, ut patet Ioannis xij & hoc etiam non dissonat religioni, immo consonat, dum tamen conseruatio ista non sit ita diuturna, quod per eam tollatur mendicitas. infra §. rursus. Secundo, quæro in eo quod dixi in tertio notabili, quod fratres non sunt capaces successionum, an hoc sit indistincte verum? Solu. Bartolus fecit quendam libellum, qui dicitur Minoricarum, in quo hæc & alia quàmplura similia prosequitur,

quæ

† Per istā tex. dicit Bar. in l. li. minor. 2. dist. qđ si pōt eis relinqui hereditas iure fideicōmissi: si tā esset clausula: & cū meliori modo: et deberet æstimatio cessāte suspitione fraudis: & uide hic q̄ dixi in §. rursus. in extrauagā. ad cōditorē, & eūdē Bar. 2. li. ꝓ totā primā dist. Fon. Fratres ꝓdicatores habere possunt aliqua in cōmuni.

mobilia & immobilia se extendunt, (considerata sui puritate uoti) nullatenus sunt capaces: Nec licet eis ualorem hæreditatum talium, uel tantam earum partem, quòd præsumi posset hoc in fraudem fieri, quasi sub modo & forma legati sibi dimitti facere, uel sic dimissa recipere: quin potius ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus. Cumq; a annui redditus inter immobilia censeantur a iure, ac huiusmodi redditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet, nulla dubitatio est, quòd prædictis fratribus redditus quoscunque sicut & possessiones, uel earum † etiam usum (cum eis non reperiatur concessus) recipere uel

quæ non est ad ppositum attingere, nisi quatenus declaret hæc littera Quo ad quæsitum aũt dic, ꝙ quæri pt, an sint capaces successionum vniuersalium ex testamento. Item an ab intestato? De vtroque tñ modo satis hic decidit, ꝙ taliũ successionũ nõ sunt capaces, & ꝙ ẽt non debeatur eis æstimatio. vr̃ ex eo quod hic dicit, ꝙ etiam iure legati nõ licet eis dimitti ualorem hæreditatũ, uel tantam earũ partẽ, ꝙ præsumi possit hoc in fraudem fieri, & sic si iure successionis relinquitur, non tenet etiam quo ad æstimationem. pro hoc §. cæterum. & §. cũ uero. quia nõ transeunt ad eos bona etiam eius qui profitetur eorum ordinẽ, de quo dixi in d. §. cum vero. q̃ tñ bona transeunt ad religiosos aliarum religionum non Mẽdicãtiũ. de proba. in p̃sentia. ergo multo minus dẽnt posse capere ab extraneis hereditates uniuersales. Et si dicatur ꝙ hoc casu cessat ratio de qua in prædictis. §. quæ est, ne videantur habere occultum ad bona ingrediẽtium: subest tñ ratio gñalis de qua ibi, ut fratres sint remoti ab affectu temporalium: nam si succederẽt in hereditate, tenerenẽ ad onera, dicto c. in præsentia. & sic oporteret eos implicari litibus. Cõtra id ĩ. §. uerũ. Et licet in hoc possit instari ex his quę no. Bart. in tract. Minorica. & Bal. C. de sac. san. eccl. Auth. ingressi. tñ hæc littera clare hoc probat: quæ (vt p̃dixi) ẽt iure legati prohibet fratres accipere ualorem hr̃ditatũ. uel tãtã earum partem, ꝙ præsumi possit hoc fieri in fraudẽ, & sic reliqt unũ solũ casum qñ legaẽ eis aliqd de hr̃ditate: ꝙ nõ est tãtum, ꝙ possit p̃sumi in fraudẽ hoc fieri. omnis ergo ali⁹ modus est phibitus p id ꝙ dixi s̃. §. cũ vero. Ad idẽ s̃. §. porro. & §. cum ẽt. vbi solũ certi modi consequẽdi eleemosynã pmittunẽ. Ad idẽ est c. exiit. §. ad hæc ubi pmittit tm̃ ꝙ iure legati possit eis relinqui. & ultra hoc oportet ꝙ in legato nõ adijciaẽ modus, q nõ sit licit⁹ fratribus: vñ si legaẽ fratrib. uinea uel ager ad excolẽdũ, vel domus ad locãdũ, uel similia, a tali legato dẽnt fratres abstinere, ut ibi: secus si modus est licitus, ut qa legaẽ pecunia pro necessitatib. fratrum, vel domus, ager, uel uinea vt per idoneas p̃sonas distrahaẽ, & pecunia in necessitates fratrũ cõuertaẽ. Si aũt modus nõ fuit adiectus in legato, declaraẽ in eodẽ § ꝙ ualet legatũ & intelligiẽ relictũ sub modo licito cũ ergo tãtum de legato ibi pmittaẽ, vr̃ aliud dicẽdũ de uniuersali successione. Et si dicaẽ ꝙ eodẽ mõ deberet ualere institutio vniuersalis, si adiectus est modus licitus ꝙ bona distribuanẽ, & pecunia in eorũ usus conuertatur, uel ẽt si nullus modus ẽ adiectus, ut pxime dixi. De legato, rñdeo ut dixi sup. ea. q. eo tñ casu quo instituto aliquo uniuersaliter, pręcipitur ei ꝙ hæreditas per eum vẽdatur & erogeẽ in fratres, non prohibebũtur capere talem erogationem. quia cessat iõ præmissa: tranibũt. n. bona in eos deductis oneribus alieni ęris & similibus. Et per hoc de ęquitate dici posset, quod quãdoq. frater instituiẽ eps, q est executor legalis ultimarũ uolũtatum, pcipue piarũ, qualis est hæc. arg. de testa. cum tibi. capiet tamquam hæres, & deductis onerib. distribuet in fratres: sed nõ potest hoc bene probari iure, & hoc quo ad fratres Minores. per aa quæ dixi ead. q. licet multi hoc ultimum seruent In fratrib. aũt Prędicatorib. facilius hoc potest defendi, pręcipue quia dicuntur habere priuilegium Apostolicum, ꝙ sint capaces successionum, & ꝙ possint apprehẽdere & uendere, & per illud priuilegium consuluit Gaspar de Calderinis, ꝙ bona ingrediẽtis trãseãt in monasterium, ut possit vẽdere & cõuertere in usus suos: qa per hoc non dicuntur habere proprium, sicut non dr̃ versum, quod non durat versum. ff. de in rem ver. si p parte. §. versum. pro hoc quod dico de uerb. sign. nam & ego. & ita ut opinor tandem conceditur fratribus Minoribus: quia in multis locis habent & ipsi & Prædicatores possessiones & annuos redditus, licet faciant instrumenta fieri nomine monasteriorũ monialium eis subditarum: & sic fit fraus legi. & quia hęc altissima paupertas (intelligo rigide ut uolunt hæc ꝯstitutio, & c. exijt.) propter refrigescẽtẽ charitatẽ nõ bene seruaẽ, ppterea ad euitãda peiora, faueri põt opinioni illi, q̃ vult ꝙ capiãt ualorẽ successionũ: nam etiam ex coniecturis põt percipi: tandem fient possessionati, & utinã in alijs saltem bene seruent. stantib. autem illius constitutionib. fratres minores non possunt capere immobilia, etiam ut uendant. ĩ. §. proxi. ubi dico in 2. not.

Legati iure cordi digeris, pñt ali. quarelig.

Fratres p. dicatores pñt recipece & vẽdere bona illorũ, q suã religionẽ ingrediunẽ.

† al. eorũ

a ¶ Cumque annui.] prouidet secũdo excessui. Not. ꝙ annui redditus inter immobilia computãtur, & ad hoc singulariter allegatur. & pro hoc in Auth. ut hi qui obli. se habe. perhi. res minorum. §. si vero. colla. 6. ibi glo. in uersi. redditus. de hoc ĩ. q. 1. Scd̃o nota, qd̃ fratres isti non possunt recipere possessiones, & sic ẽt si sint distracturi, pro hoc quod dico ĩ. seq. qõ Quæro in eo qd̃ dixi in 1. not. ꝙ annui redditus computanẽ inter immobilia, an hoc sit indistincte verũ? Sol. Fridericus in consi. 175 alias 180. vbi refert id qd̃ sibi quęrenti rñdit Ioa. Paliarensis, qui dixit qd̃ si legatũ annuũ p̃t contiuere perpetuitatẽ, vt quia legatarius nõ potest de facili deficere: tale legatum impugnatur in hoc § sed si persona legatarij deficere potest, cum non sit aptum esse ppetuũ, vr̃ valere. Vnde dixit, ꝙ si legaẽ hospitali S. Marię domus, ita qd̃ singulis annis teneatur dare Prædicatoribus annuatim decem solidos, istud legatum non ualet: sed si limitetur usque ad decem annos, vr̃ valere. arg. opt. ff. qñ dies leg. ced. si cum p̃finitione. hęc tñ lex non vr̃ facere: ibi enim dr̃ ꝙ legatum annuum cum p̃finitione temporis, puta x. an. si est relictum causa alimentorum, intelliguñẽ plura legata: si ex alia causa, intelligiẽ esse vnum legatum, & primo casu legatari⁹ decedes non transmittit legatum sequẽtiũ annorum ad hæredẽ. secundo casu sic: illa tñ lex melius faceret si relinquereẽ quod dareẽ certis fratribus: quia tunc eorum obitu extinguereẽ legatũ. Ipse autem Frideri. in consi. 112. super hoc ponit duo consilia: & tãdẽ cõcludit distinguẽdo, quod aut redditus annuus relinquiẽ ad certũ usum diuini cultus, puta uinũ p sacrificio, frumẽtũ p hostijs, & conuẽtus est capax. arg. de exces. p̃la. nimis 1. in fin. de testa. c. si de sepul. Clemen. dudũ §. uerũ. ubi dicit de relictis fratrib. ad certos usus quartam deberi, & sic p̃supponit relinqui posse p hoc. quia per hoc nõ tolliẽ mẽdicitas fratrũ: aut redditus depuratur victui vel vestitui, uel indistincte relinquiẽ, & aut ad modicũ tempus, & ꝯuentus est capax: quia vr̃ vnum esse legatum, cuius summa est diuisa quo ad solutionẽ: nec p hoc tollitur mendicitas, sed subleuaẽ: aut relinquitur ad tp̃s non modicũ, & nõ ualet, quia tũc computatur in-

ter immobilia, ut hic: q̄ distinctio est æqua. & dic non modicum tp̄s esse decēniū vel vltra. not. de reb. eccle. non alie. clemen. 1. in gl. fi. & bene facit illa cle. ad p̄dicta: quia ibi locatio reddituum ad modicum tēpus non prohibetur tamquam alienatio.

executores, ut nō sint in iudicio, vel ne contrectēt pecuniam, sed etiam subest ratio gñalis, ne auocentur à spiritalibus laboribus, quibus quotidie debēt occupari. ſ. §. prox. Item posset fieri fraus, quia frater eligeret aliquos, cum quibus participaret: facile namq; in talibus fraudes cōfinguntur: nam nec pōt negari quin electio sit pars executionis, vt nunc dixi: & indistincte hic prohibetur ne sint executores: vnde etiam si ratio prohibitionis cessaret staret prohibitio: sufficit enim quod hoc aliquando contingere potest. pro hoc littera ibi, cum hæc sępius absque litigio & contrectatione, &c & sic etiam si hoc non accidat, locum habet prohibitio.

habere (conditione considerata ipsorum) non licet. Amplius [a] cū non solum quod malum esse dignoscitur, sed & omne quod speciem habet mali sit a uiris perfectis specialiter euitādū [b]. Ex talibus autem assistētijs in curijs & instigationibus, cū de rebus agitur in ipsorū cōmoda cōuertendis, credūtur verisimiliter ex his quæ foris patent (de quibus habent homines foris iudicare) in ipsis rebus fratres † assistentes aliquid quærere tamquā suum [c], nullo modo debent huiusmodi voti & regulę professores se talibus curiis & litigiosis actibus immiscere: vt & testimonium habeant ab his qui foris [d] sunt, & puritati satisfaciant uoti sui, ac euitetur per hoc scandalum proximorum [e]. Verum etiam [f] cum dicti ordinis fratres non solum a receptione, proprietate, dominio, siue usus ipsius pecuniæ, uerumetiam a contrectatione qualibet ipsi⁹ & ab ea sint penitus alieni, quemadmodum sæpe dictus prædecessor noster in declaratione huiusmodi regulæ plane dixit [g]: Cumq; dicti ordinis professores pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri, prędictis fratribus non licet nec competit, quin potius cōsiderata sui puritate status, debent sibi scire interdictum, quòd huiusmodi executionibus & dispositionib. se exponant: cum hæc sæpius absq. litigio, & contrectatione vel administratione pecuniæ nequeāt expediri. Verūtamen in his exequēdis dari consilium ipsorum statui non obsistit, cum ex hoc, ipsis circa bona temporalia nulla iurisdictio, siue actio in iudicio, siue dispensatio tribuatur.

¶ Licet [h] verò nō solū sit licitum, sed & multum conueniens rationi, quod fratres, qui in laboribus spūalibus orationis & studij sedulo occupantur, hortos & areas habeant competentes ad recollectionem vel recreationē sui, & interdum ad seipsos post labores huiusmodi corporaliter deducendos, necnon ad habenda necessaria hortalitia pro seipsis: habere tamen hortos aliquos ut colantur, ac olera, & alia hortalitia pretio distrahantur, necnon & uineas, repugnat suæ regulæ, & ordinis puritati, secūdū q̄ dictus prædecessor declarauit [i] ac etiā ordinauit:

a ¶ Amplius.] prouidet de tertio.
b ¶ Euitandum.] 1. ad Thessal. 5. de vi. & hon. cle. cū ab omni.
c ¶ Tamquam suum.] id est temporale. ad Phili. 2. de censi. cum Apostolus.
d ¶ Foris.] 1. ad Thimoth. 3. de sacra vnc. cap. vnico. vers. ad exhibendum. & dic foris, idest, infedilibus. uel idest, non tantum domesticis, sed etiam alienis, secundū Hieronymum.
e ¶ Proximorum.] 2. ad Corinth. 8. de renūtiatione. nisi. §. pro graui. de noui ope. nun. cum ex iniuncto. Not. quod fratres non debent se curijs immiscere. & hoc nō est in fratribus minoribus speciale, sed locum habet in omnibus monachis. de statu monac. cleme. ne in agro. § qui vero.
f ¶ Verumetiam] p̄uidet de quarto.
g ¶ Dixit.] eo. tit. exijt. §. cæterū. ad idē ſ. §. porro. Nota quod fratres non possunt esse executores ultimarum uoluntatum, sed possunt sup eis exequendis dare consilium, quod dic ut in seq. q. Quæro, an hæc prohibitio, ne fratres sint executores vltimarū uoluntatū indistincte procedat? Sol. Bartolus in Minorica distinguit: inter cætera dicit, quod certo casu ualet, ut si quis regrit q̄ x. floreñ. expendātur in x. pauperes, qui eligantur per talē fratrem Minorem q̄a nullū litigiū habebit fieri, nec ipse frater habebit administrare pecuniam, sed solū eligere: & sic cessant rationes de quibus hic. Itē nec hoc habet speciem mali, immo si fideliter fiat, meritorium est: nam etiam ipsi fratres, q̄ audiūt confessiones, melius cognoscūt pauperes verecundos, quàm alii. Dic indistincte stādū litteræ, quę generaliter prohibet, ne suscipiant executionē argu. dist. 19 si Romanorum de maio. & obed. solitæ. & sic tollit̄ distinctio Bart. etiam in quibusdem alijs, in q̄bus limitat hāc litteram. Item q̄a electio est pars executionis: q̄a nec ista fuit sola ratio prohibēdi ne sint

h ¶ Licet.] prouidet de quinto.
i ¶ Declarauit.] dicto c. exijt. §. ad hæc. No. q̄ orō & studium sunt labores spiritua les. & quomodo conueniunt religioni, dixi de reg. sanc. q. 5. & 6. & de orone. ſ. de reliquijs. clem. si dominū. ver ideoque. in gl. de oratione. Scdo notā, q̄ etiam religiosis licitū est spatiari, dū tñ honeste, & p aream vel hortum. & hoc p̄p recreationem sui a laboribus studij uel orationis: quod facit ꝯ eos qui sine modestia immorantur studio uel orationi: vnde accidit, q̄ sæpe incurrunt graues ægritudines, & qñdoque etiam mentis alienationē, quod est cauendum: nam in omnib. debet seruari modus, vt cum discretione fiāt de offi. cust. c. vnico. Terentius in Andria: Id arbitror in uita apprime esse utile, ut nequid nimis. Tertio nota q̄ non licet fratribus habere hortos, ut inde nascētia pretio distrahantur: quia hoc appropinquat ad naturam prouentuum, ut in littera & de hoc seq. contrario.

Oppono ad hoc q̄ istud non appropinquet ad naturam prouentuum, immo sint prouentus: nam fructus gñali uocabulo dicunt̄ reddit⁹ seu p̄uētus. ff. d̄ annu. leg. libertæ. in prin. C. de dona. si quis argentum. §. 1. & redditus seu p̄uētus, quod dixi de deci. pastoralis. q. 3. & 4. tñ ut ibi dixi, & probāt iura alleg. hęc accipiūtur p̄miscue: potuit enim hęc littera habere respectū, quia ſ. §. cumque annui prohibiti sunt fratribus annui

anni reddi tus, qui tunc videntur dicẽdi annui, qñ sunt certi & constituti: ꝙ non sic est in fructibus horti, qui non sunt certi. Itẽ non semper vendun-tur: propterea dicit ꝙ habere tales fructus vt pretium suis tempo ribus habeatur, appropinquat ad naturã prouentuum, quia nõ est proprie prouentus.

† al. habeant.

a ¶ Rursus.] prouidet de sexto.

b ¶ Pascit.] Matthæi 6. Lucæ 12. Not. arr. à verisimili. sup §. deinde. vbi dixi in 2. not. Secundo not. ꝙ timor leuis non excusat. q̃d metus causa cum dilectus. Tertio, no arg. ab experiẽtia, de electio. quã sit. vbi de hoc in glo. 3. lib. 6. Quarto, not. quod ex præteritis præsumitur circa futura. de præsumpt. scribam. quandoque econuerso. sup. § cum vero. vbi dixi. Quinto no. quod nõ repugnat mendicanti conserua re victualia, quando timetur quod aliquo modo haberi non poterunt. Sexto not. differentiam inter consilium & assensum. de hoc de elect. cum in veteri. de arbit. cum olim & in regula, nullus ex consilio. lib 6. Septimo not. quod quandoque specialiter oneratur conscientia commissarijs. sup. §. vtilitatẽ vbi dixi in 3. notabili.

† al. laxare.

† al. obseruationes.

c ¶ Hinc est.] prouidet de septimo. Nota ꝙ fratres fundati sũt in summa paupertate & humilitate. & de paupertate sup. § cęterum. vbi in 1. not. dixi. & §. proinde. in 1. q. de humilitate. de maiorita. & obed. humilis. Secundo not. quod non debent habere ecclesias, vel alia ædificia excessiua: hæc tamen non seruantur, & mirũ ẽ quod auctor hoc adiecit, cui vsque tũc debuit constare, ꝙ in multis locis habent excellentiores ecclesias, quam sint cathedrales, & Papa scit, & tolerat. Tertio, not. ꝙ ex actibus illicitis pręsumitur de mente contaminata. de pręsump. c. 1. sic enim dicit q̃d ex ædificijs immoderatis p̄sumitur contra humilitatem & promissum paupertatem fratrum.

quòd si talia ad vsus proxime dictos, vt puta agrũ vel vineam ad colendum & consimilia fratribus legarentur, per omnem modum fratres à receptione talium abstinerent, cum etiam præmissa habere vt pretium fructuum suis temporibus habeatur †, ad naturam & formam prouentuum appropinquet. Rursus [a] cum prædictus sanctus, tã in exemplis vitæ, quàm verbis regulæ ostenderit se velle, quòd fratres sui & filij diuinæ prouidentiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cæli pascit [b], quæ non congregant in horrea, nec seminãt, nec metunt: non est verisimile voluisse ipsum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere uitam suam. Et idcirco non ex timore leui relaxare † se debent ad congregationes & cõseruationes † huiusmodi faciendas: sed tunc tantum, cum esset multum credibile ex iam expertis, quòd non possent uitæ necessaria aliter inuenire. Hoc autem ministrorum & custodũ simul & separatim in suis administrationibus & custodijs (cum guardiani & duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum & antiquorum in ordine fratrum consilio & assensu) duximus iudicio relinquendum, eorum super hoc specialiter consciẽtias onerantes. Hinc est [c] etiam, quòd cum uir sanctus fratres suos in paupertate summa, ac humilitate fundare uoluerit, quo ad affectum pariter & effectum, sicut fere regula tota clamat, conuenit ipsis, quod nullo modo deinceps fieri faciant, uel fieri sustineant ecclesias uel alia quæcunque ædificia, quæ (considerato fratrum inhabitantium numero) excessiua in multitudine & magnitudine debeant reputari. Ideoque uolumus, quòd ubique in suo ordine deinceps temperatis & humilibus ædificijs sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamuis [d] etiam paramenta & uasa ecclesiastica ad honorem diuini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipse Deus: tamen qui absconditorũ est cognitor, ad animũ sibi ministrantium respicit principaliter, non ad manum: nec per illas sibi vult seruiri, quæ suorum seruitorum conditioni & statui dissonarẽt: propter quod sufficere debent eis uasa & paramenta ecclesiastica decentia, in numero & in magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem aut nimia pretiositas, uel quæcunque curiositas in his seu alijs quibuscunque, non potest ipsorum professioni uel statui conuenire: cum enim hæc sapiãt thesaurizationem seu copiam, paupertati tantæ quo ad humanum iudicium derogant manifeste: Quapropter præmissa seruari à fratribus uolumus & mandamus. Circa [e] equorum uero & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia obseruandum †, quod per declarationem prædictam [f] in pecuniarijs noscitur eleemosynis diffinitum. ¶ Ex præmissis [g] au-

† al. seruãdum.

d ¶ Quamuis.] prouidet de octauo. Nota quòd Deus fecit omnia ad honorem sui ordinis. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: & dic propter se, id est, propter suam bonitatem, vt ea fruamur. de hoc per Thomam parte 1. q. 54. art. 2. Secundo not. ꝙ solus Deus est cognitor absconditorum. 32. distin. erubescant. de iudi. nouit. de senten. excom. à nobis 2. quamquam em̄ hic non dicat quod solus Deus, tamen illa iura hęc supplent. Item satis dicitur hic, cum hoc tamquam proprium sibi attribuantur. Tertio nota, ꝙ superfluitas etiam reprobatur in rebus ad cultum diuinum deputatis: & ratio redditur in littera, & pro quia debet in omnibus seruari modus, quod dixi sup §. licet, in 2. not. Quarto nota, quòd curiositas reprobatur. de renunt. capit. 1. lib. 6. Quinto nota, ꝙ curandum est etiam per religiosos ne humano iudicio damnentur. supra. §. cęterum.

e ¶ Circa.] prouidet de nono.

f ¶ Prędictam.] sup. §. porro.

g ¶ Ex præmissis.] soluit dubium oriens ex prædictis de paupertate, & refert duas opiniones, & secundam approbat.

tem succreuit non parum scrupulosa quæstio inter fratres: videlicet, vtrum ex suæ professione regulæ obligentur ad arctum & tenuem, siue pauperē vsum rerum: Quibusdam ex ipsis credentibus & dicentibus, quòd sicut quo ad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctissimam, ita ipsis quo ad vsum arctitudo maxima & exilitas est indicta: Alijs in contrarium asserentibus, quòd ex professione sua ad nullum vsum pauperem, qui non exprimatur in regula obligantur, licet teneantur ad vsum moderatum temperantiæ, sicut & magis ex condecenti quam cæteri Christiani. Volentes itaq; cōscientiarum prædictorum fratrum prouidere quieti, & his altercationibus finem dare, declarando dicimus, quòd fratres minores ex professione suæ regulæ specialiter obligantur ad arctos vsus seu pauperes, qui in ipsorum regula cōtinentur: & eo obligationis modo, sub quo continet seu ponit regula dictos vsus.

¶ Dicere [a] autem, sicut aliqui asserere perhibentur, quod hæreticum sit, tenere vsum pauperem includi vel non includi sub voto Euangelicæ paupertatis, præsumptuosum & temerarium iudicamus.

¶ Demum [b] quia ex eo quòd dicta regula per quos & vbi fieri debeat ministri Generalis electio tradens, nullam facit de ministrorum prouincialium electione uel institutione penitus mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio inter fratres: Nos uolentes posse ipsos clare ac secure procedere in omnibus factis suis: Declaramus, statuimus etiam & ordinamus in hac constitutione in perpetuum ualitura, ut cum alicui prouinciæ de ministro fuerit prouidendum, ipsius ministri electio † penes capitulum prouinciale resideat, quā idem capitulū die sequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Ipsius autem electionis confirmatio ad ministrum ꝑtineat generalē. Et si quidem ad electionem huiusmodi per formā scrutinij procedatur (uotis in diuersa diuisis) electiones plures in discordia celebrari contingat, illa quæ à maiori parte capituli numero (nulla zeli uel meriti collatione, aut consideratione habita) fuerit celebrata, exceptione seu contradictione quacunq; alterius partis non obstante, per dictum generalem ministrū de consilio discretorum de ordine (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissa) confirmetur, uel etiam infirmetur, prout eis secundū Deum uisum fuerit expedire: Et si fuerit infirmata, ad capitulum prouinciale electio huiusmodi reuertatur. ¶ Cæterum si capitulum memoratum die prædicta ministrum eligere prætermittat: ex tunc ministri prouin-

a ¶ Dicere.] remouet quendam errorem: quidam enim dicebant, quod hæreticum erat dicere, quod vsus pauper, id est abdicatio paupertatis includatur vel non includatur sub voto Euangelicæ paupertatis. Et videtur isti velle, quod ad votum Euangelicæ paupertatis nihil pertinet dicere quod Redēptor & Apostoli habuerūt bona tantum in vsu, hoc autem asserere dicit temerarium, & præsumptuosum: & sic videtur fauere illis qui dicunt, quod vsus pauper includitur sub voto Euangelicæ paupertatis: tamen hoc non affirmat & hodie standum est extrauaganti, cum inter nonnullos. de qua dixi sup § proinde. q. v post principium.

b ¶ Demum.] hic de electione vel institutione ministri Prouincialis. Et primo determinat generaliter quo ad totum ordinem: secundo, specialem modum tradit quo ad prouincias vltramarinas Hyberniæ, & Græciæ, in § verum. Prima subdiuidit, quia primo determinat ꝙ electio fiat per capitulū prouinciale: & quod fiat die sequēti postquam fuerit congregatum. secūdo: ibi, [Ipsius.] quod confirmatio spectet ad Generalē. Tertio: ibi, [Et si quidē.] quod si plures eligerentur in discordia, cōfirmetur electus à maiori parte numero omissa collatione, & & reiectis exceptionibus. quarto: ibi, [Et si fuerit.] ꝙ si electio fuerit infirmata, redeat ad capitulum. quinto: ibi, [Cæterū.] ꝙ si capitulum prædicta die non elegerit, deuoluatur ad Generalem. Nota differentiā inter hæc verba: declaramus, statuimus, & ordinamus, pro hoc qđ not. de iudi. decernimus. videtur tamen quod verbum, ordinamus, idem importet quod statuimus: & sic quod nouum ius inducat: simile qđ not. de verbo. volumus. de off. vic. clem. vnica. in gl. fi. Secundo, no. ꝙ in electione ministri Prouincialis non habet locū tempus Laterañ. concilij. de concess. præb. c. 2. hic tñ non disponit de congregatione concilij, sed debet intelligi qđ fiat prout constitutum fuerit in capitulo ante celebrato. Item ex hac causa quādoq; cōgregat̄, & solum post congregationem currit tps, qđ hic breuissimum constituitur, s. diei: nec timeri potest ꝙ differatur capituli congregatio: quia super hoc ꝓuidet Generalis vel vicarius ordinis, de quo inf. §. cæterum. Tertio not. casum singularem, in quo confirmatur electio celebrata à minori parte capituli: dummodo sit facta à maiori parte partium comparatione minorum: cuius cōtrarium aliàs est de iure. de elect. ecclesię. 1. Quarto not. alium casum singularem, in quo in electione omittitur collatio zeli & meriti. Simile in electione abbatissæ, quæ fit per moniales. de electio. indemnitatibus. § vt autem. lib. 6. Quinto no. ꝙ in cōfirmatione Ministri prouincialis non proceditur iudicialiter: quia vt dicitur hic, non admittuntur exceptiones partis alterius, quæ tñ in alijs confirmationibus admittuntur. de elect. cap. fi. lib. 6 Simile in electione abbatissæ facta à duabus partibus monialium, quæ etiam confirmatur non obstante contradictione partis alterius, d. ca. indemnitatibus. §. fane. quamquam autem glo. ibi dicat, qđ admittetur exceptio, q̄ votum eligentis reddat nullum tñ hic vr̄ quod sufficiat, quod sit facta à maiori parte numero, & sic attēdunt voces facti, sicut fit de ele. s. cle. ꝙ circa. [t]exto no. casū in quo infirmata electio-

† De mō electiōis faciendę, vide nouissime sancita in concilio Trid. sess. 25. tit. de Regularibus & Monialibus, cap. 6.

electione indistincte reuertit ius eligēdi ad eligētes: nec distinguitur an elegerint indignum scienter uel ignoranter: cum tamen aliàs si elegerunt indignum scienter, nō ad eos, sed ad superiorē deuoluat. de ele. cū in cunctis in fin. & ca bonę 1. & c. quamquā. lib. 6.

Electione cassata, q̄nq; in distincte ius ad eligentes reuertitur.

o ¶ Irritãdus.] per sententiã, vt aliàs de re iudicata, cum causa. & c. cum Bertholdus. in fi. & concor. huic fini de iuram. calum. c. 1. 2. respõ. in fi lib. 6 Et scias q iste finis non conuertitur: nam si in causis quæ requirunt figuram iudicij, procederetur, non contradicentib. sine figura, nõ teneret processus, & idẽ si expresse consentirẽt. de hoc de off deleg. de causis. in gl. 2. 2. q. 1. in primis. in fi. & c. seq & in Spec. de sen. prol. §. iuxta. verb. quid si de partium. quod intellige, vt not. de re iud. c. vlt lib. 6 in 5. gl. Ratio diuersitatis patet: qa in casu isto fit contra ius commune, sed in casu quẽ ponit littera, res redit ad ius cõmune, & ad sui naturam, quod facile fit. 35 distin ab exordio ff. de pact. si vnus §, quod si nõ in totum. Natura uero naturãs, cũ ad illam redibimus, per intercessionẽ Virginis gloriosæ collocet cum electis. Amen.

Processus in causis plenis omisso iuris ordine, ẽt de partiũ cõsensu non tenet.

60

FINIS.



PRO iſtius arboris declaratione, quã format gloſſa hic, præmitte ꝙ A patronus poſitus in radice ſiue in prima cellula iſtius arboris habuit tres filios, ſcilicet B. C. D. vt patet aſcẽdẽdo ad tres cellulas ſequentes, & duodecim nepotes, vt patet aſcẽdẽdo ad duodecim cellulas immediate ſequẽtes: & triginta & ſeptẽ pronepotes tã laicos quàm clericos, vt patet aſcendẽdo ad duodecim vltimas cellulas. Et aduerte ꝙ ĩ iſtis vltimis cellulis clerici ſignificanẽ ꝑ iſtã litterã C. & laici,

laici,per istam litteram L,ita quod quotiens ponitur littera C.in cellulis superioribus significat toto fore patronos clericos,& idem de littera L quo ad laicos.

SEcūdo aduerte,qđ iste A.patronus habebat iuspatronatus quod reliquit vnà cum hæreditate trib. filiis quos habebat.s.B. C.D. Cuius præsentationē ſm Cardi. hic ipsi filij diuiserunt in tres partes, & sic per capita:nec adhuc habet locum dispositio istius clem. Iuspatronatus tñ est insolidum penes quemlibet illorum,cum sit indiuisibile:eius præsentatio tñ pōt diuidi,ſm Innoc.c.i.supra eo.tit. & Card.hic:& in prima voce succedet primus filius istius A. s.B & post eū duo filij eius,s.primus & secundus, & isti succedent in illa voce per stirpes, ſm dispositionem istius clem. ſm cōem intellectum:& post istos duos filios B.in eodem iure succedēt nouem nepotes ipsius B s.tres clerici & sex laici,qui ponuntur in duabus cellulis descendentibus à duobus filijs B. in quarum est prima littera C & in secunda sunt litteræ C. duæ, & litteræ L sex:& isti nouem sunt pronepotes ipsius A. primi patroni positi in prima cellula.

SImiliter C.secundus filius ipsius A. succedet in secūda voce,& quattuor filij eius positi in quattuor cellulis descendentib à cellula C. succedent eidē C. in illa voce per stirpes,iuxta tenorem istius cle.& eodem iure decem nepotes ipsius C. succedent in eodē iurepatronatus per stirpes, quorum nepotem quinq; sunt clerici,& alij laici. Et ponuntur oēs isti nepotes in quattuor cellulis superioribus trahentib.ordinem à quattuor filijs C. in quarum prima sunt vna littera C.& tres L.in secunda,duæ C & vna L.in tertia,duæ C.in quarta, vna L. & oēs isti sunt pronepotes ipsius A.sicut alij nouem , secundum computationē gl hic.

SImiliter D. tertius ipsius filius A. succedet in tertia voce sicut dictū est de duobus primis filijs:& sex filij eius post eū succedent in illa tertia voce iuris p̄sentandi per stirpes,eodem modo sicut dictum est de alijs,ita ꝙ illi sex non computabuntur nisi pro vno, sicut eorum pater quando viuebat.s. D. & decem & octo nepotes ipsius D.eodem modo succedent in illa voce per stirpes succedendo sex filijs ipsius D. & isti decem & octo nepotes ponuntur in sex cellulis descendentibus à sex filijs D quorum nepotum nouē sunt clerici,& alij sunt laici,vt patet in figura,secundum Immolam hic:& omnes isti decem & octo sunt pronepotes ipsius A.primi patroni.

TErtio considera,secundum gl.hic quod isti tres.s. B.C.& D.æqualiter successere isti A. in hæreditate,& in iure patronatus ei hæreditati annexo:& sic diuisa hæreditate quilibet habuit quattuor vncias & totidē in iurepatronatꝰ ei annexo , licet ſm Imo.hic, & Inno in c.1.eod.tit. hæredes inæqualiter succedāt: iuspatronatus tñ ad eos transit ęqualiter,vt ponamus quod A.habet hæredes B.C.& D.& quod B succedat eidē in sex vncijs,D.in quattuor, C.in duabus, & sic in portionibus inæqualibus:omnes tamen æqualiter succedent in iurepatronatus annexo illi hæreditati.

QVarto notandum est pro declaratione vltimarū cellularum,in quibus reponūtur pronepotes ipsius A qđ licet aliqui illorum pronepotum sint clerici,aliqui laici:iuspatronatus tñ illis cōpetit iure laico,non iure ecclesiastico, immo iure successionis : & perinde haberi debēt ac si essent omnes laici quo ad illud ius,ita ꝙ clericorū non erit melior conditio ꝓpter clericatū in isto casu:ex quo infertur , ꝙ clerici in isto casu poterunt variare in eorum præsentatione sicut laici vsq;ad acceptationem à superiore factā, nec habebunt nisi quattuor menses ad præsendandū sicut laici,ſm Cardi.hic,& Panor.in c eam te. de iurepatro.& secundum Spec. in tit de relig. domi in §. vnico.ver esset etiam sufficiens.quod est valde notādum pro declaratione istius figuræ.

QVinto notandum est , quando vni soli patrono originario succedunt plures hæredes per capita: illi ēt sunt patroni in capita, & tunc non seruatur dispositio istius cle filij vero istorū hęredum succedunt in stirpes eorū patrib. vt est videre in trib. cellulis B. C.D descendentibus à cellula A. nā illi tres respectu A eorū patris succedēt in capita:duo filij B. quattuor filij C.sex filij D.succedent in stirpes sublatis de medio eorum patribus.s.B.C.D.& tunc seruabitur dispositio istius clem.ſm glo.hic Card.& Imol. & secundū Roc.de cur.in tract.de iurepatro colum.148.

SExto pro declaratione discrepantiarū, quæ solent esse in istis cōpatronis,aduertēdū est circa p̄sentationes,ꝙ in pari numero stipitū siue patronorū originariorū regulariter locus est gratificādi, dūmodo merita præsentatorū paria sint, & non obstet aliud canonicū impedimentū.Numerus tñ stirpis pōt esse par, & eius p̄sentatorum erit impar, vt est videre si vnus p̄sentaretur ab vno filiorū B.& à tribus filijs C.& alter præsentaretur à tribus filijs D & ab vno filio C.ibi quilibet præsentatꝰ à quattuor:& tñ si cætera sint paria,p̄sentatus ab vno filiorum B.& à tribus filijs C.præfertur:quia licet ab æqualibus præsentētur in numero, non tñ in suffragio.Cardi.in princ. q. 2. & Imol.col.5. Ex quo infert Cardi.vbi supra,ꝙ non sunt hic tot suffragia vocum,quot sunt capita patronorū:nā vna stirpes non habet nisi vnam vocem,vt decem & octo nepotes ipsius D.qui ponuntur in sex cellulis superioribus partis dextræ,non habent nisi vnam vocem sicut D eorum auus habebat,& de alijs idem.

ADuerte tñ ad vnum,licet glo. magna aliter dicat hic & male, ꝙ illud qđ fit à maiori parte vnius stirpis,respectu minoris partis eiusdem , habetur pro valido quo ad illam stirpem,respectu p̄sentationis fiēdæ per totam illam stirpē, dummodo non contemnatur minor pars:quia plus obest cōtemptus vnius quā contradictio multorum,vt dicit tex.in c. venerabilē. supra de ele.& ideo si minor pars stirpis recte vocata à maiori in præsentatione fiēda discordet,nihil habebit in præsentatione pro illa vice, vt possumus videre si tres ex quattuor filijs C.præsentarēt vnum,& quartus nollet eum præsentare,ille quartus nihil haberet in p̄sentatione.Idē si quattuor ex sex filijs D. p̄sentarēt vnū,& alij duo alium p̄sentatus à duobus nō haberet ius ex parte. pręsentationis illorum duorū:immo dicit Panor in c.cum inter canonicos. de ele. post tex.ibi,quod maior pōt renuntiare fauori introducto in honorem totius collegij , quod est valde notabile & regulariter verū,& traditur regula per Bar in l.qđ maior.ff.ad municip.fallit tamen in sex casibus positis per Sozi.in regula,factum in fallen.suis.

SEptimo not ſm Roc vbi supra in declaratione illius verbi,ipse,vel is à quo causam habuit,& glo. hic,ꝙ licet ista arbor intelligatur in descendentibus eodem modo dicendum est in collateralibus,s. quod fiat successio in stirpes in iurepatronatus, licet aliter dicatur de hæreditate collateralium,vt per scriben in §.cum filius.Inst.de hære.quæ ab intest.defe. Alia tñ iura debita patronis rōne iuris patronatus,vt alimēta in egestate pinguiora quàm alijs pauperib. de fructibus ecclesiæ patronatæ,honorarius locus processionalis,studiosum obsequium,debentur per capita patronis,licet iura præsentandi debeantur per stirpes,secūdū Innoc.& Panor.in c.1 supra isto tit. Card.& Imol. hic,& Roc.vbi supra.

ADuerte tñ ad vnum dictum Io.de Im. hic col.2. circa medium,qđ declarare sigillatim quot gradus præsentationis haberet quælibet istarum personarum situatarū in cellulis superioribus,illud esset magis tædiosum quàm subtile,cum quilibet bonus computator hoc facilius inueniat quàm bonus canonista, & etiam propter difficultatē probationis : nam pauca habemus alia iura hæc probantia , nisi istam cle. ideo non eget altiori declaratione.

APOSTILLAE SEV BREVIVSCVLAE SVPPLETIONES,

Titulos Clementinarum luculenter declarantes, cum capitulorum numero in marginibus signato.

[De summa Trinitate & fide catholica.]

Cap.1. FIRMITER credenda pro fundamento circa titulos humanitatis Christi, iuxta Euãgelium Ioan. xix. & quòd virtutes per baptismum infundantur infantibus in habitu.

[De rescriptis.]

Cap.5. Subaudi regulariter exequendis: & fallit in quinque casibus, de quibus hic.

[De electione.]

Cap. 8. Subaudi formaliter facienda, & etiam confirmanda, canonice, aliter cassanda, fallit in quinque casibus, & qualiter causæ beneficiales, quæ ad curiã Romanam deuoluuntur, per appellationes prosequi debeant.

[De renuntiatione.]

Cap.1. Subaudi vt facta canonice admittatur, & teneat: nisi cum procuratoris ad renuntiandum reuocatio intimatur superiori, &c.

[De supplenda negligen. prælat.]

Cap.1. Subaudi auctoritate Apostolica per superiores & ordinarios circa collationes prioratuum regularium, vt non applicentur mensæ.

[De ætate & qualita. ordinand.]

Cap.3. Subaudi necessario requisita, & ad consequenda beneficia iuxta canones, & de promotione canonicorum ad sacros ordines obseruanda, iuxta ecclesiæ consuetudinem generalem.

[De officio vica.]

Cap.1. Subaudi perpetui, vt etiam assimiletur alijs sacerdotibus curatis in iure.

[De officio deleg.]

Cap.1. Subaudi & executoris apostolici cũ potestate subdelegandi certum articulum.

[De officio ordi.]

Cap.2. Subaudi & eius potestate & iurisdõne plena sibi cõpetẽte, & collatione beneficiorũ ẽt per legatos facta.

[De procura.]

Cap.4. Subaudi vt eorum mandata generalia vel specialia ad iudicia vel negotia exequi debeant, etiam probari per litteras: fallit in quattuor casibus, de quibus hic.

[De in integ. restit.]

Cap.1. Subaudi concedenda ecclesiæ læsionem probandi intra quadriennium continuum, &c.

[De iudicijs.]

Lib. ij. Cap.1. Subaudi ordinarijs & quandoque summarijs & citatione, & alijs eorum partibus: & in toto iudiciali ꝓcessu canonice procedẽdo: & de citatione per edictũ.

[De foro compe.]

Cap.1. Subaudi, vt scilicet forum rei actor quilibet sequatur, fallit in casu de quo ibi.

[De causa possessio. & proprieta.

Cap.1. Subaudi scilicet simul eodem iudicio tractanda: nisi suspendatur possessorium, etiam in secunda instantia alterius partis.

[De dolo & contu.]

Cap.1. Subaudi scilicet canonice punienda: vt. s. absque alia citatione procedi possit ad definitiuam contra friuole appellantem.

[Vt lite pendente nil inno.]

Cap.2. Subaudi s. neque per iudicẽ, neque per actorem, neque per alium, quemcumque etiam post citationẽ intimatam partem plene informantem.

[De sequestra. possess. & fruct.]

Cap.1. Subaudi quandoque permissa, scilicet post primam sentẽtiam latam in Romana curia in possessorio, vel petitorio.

[De probation.]

Cap.1. Subaudi quibuscunque regulariter admittendis. s. ex verbis Papæ renuntiatiuis de facto proprio vel alieno, in quo fundant intentionem.

[De testibus.]

Cap.2. Subaudi & attestationibus regulariter admittendis, etiam Christianis contra iudæos & Sarracenos etiam in criminalibus: non tamen post publicationẽ, & in causa appellationis super eisdem vel directo cõtrarijs articulis.

[De iureiurando.]

Cap.1. Subaudi regulariter præstando, & obligatorio, & obseruando: & per imperatores, & reges Romanæ fidelitatis in forma, de qua hic.

[De exceptionibus.]

Cap.1. Subaudi, excommunicationis & alijs regulariter admittendis tam dilatorijs, quàm peremptorijs.

[De sententia & re iudi.]

Cap.2. Subaudi ferenda canonice, & exequenda, & confirmanda.

[De appellationibus.]

Cap.7. Subaudi iudicialiter & extraiudicialiter regulariter admittendis, & temporalibus earum.

[De vita & honestate clericorum.]

Lib. iij. Subaudi moraliter obseruanda iuxta canones.

[De præbendis.]

Cap.2. Cap.6. Subaudi canone impetrandis, per quarum impetrationem etiam motu proprio vacant priora beneficia incompatibilia, nec in ea veniunt dignitates curatæ, eleemosynariæ, nec hospitalia.

[De concessione præben. & ecclesiæ non vacantis.]

Cap.1. Subaudi & mandato de prouidendo, cum sufficiente decreto ne ad id compellantur, aliàs priuantur ordinarij ante conditionis insertæ euentum sine temporis adiectione currentis, ex quo publice in loco est nota vacatio.

[De rebus ecclesiæ non alienandis.]

Cap.2. Subaudi nisi ex necessitate seruatis seruandis: & vnione earum mensæ episcopi non facienda.

[De rerum permutatione.]

Cap.1. Subaudi & beneficiorum aliàs quàm permutantibus conferendorum.

[De testamentis & vltimis voluntatibus.]

Cap.1. Subaudi & eorũ executore: ad cuius rationes reddendas religiosi etiam exempti sunt compellendi.

[De sepulturis.]

Cap.1. Subaudi ecclesiasticis regulariter prohibitis tempore interdicti ecclesiastici, aliàs exempti contrafacientes eoipso sunt excommunicati.

[De de-

[De decimis.]

Cap. 2. Subaudi nõ vsurpãdis & appropriandis per religiosos: & de decimis beneficiorum secundum taxam & monetam loci exigendis absque occupatione ornamentorum ecclesiasticorum.

[De regularibus.]

Cap. 2. Subaudi mendicantibus, scilicet etiam licite ad nõ mendicantes trãslatis, nõ assumendis regulariter ad locum, nec vocem capitulo, nec ad prioratus, & tacite per annum professis cum habitu professorum.

[De statu monachorum.]

Cap. 2. Subaudi nigrorũ & alborum moderando in vestibus, cibo, potu & sacramentis: vagatione & armis & monasterijs monialium visitandis annis singulis.

[De religiosis domibus vt episcopo sint subiectæ.]

Cap. 2. Subaudi Beguinis abolitis, &c. & pijs locis, vt eorum cura non postponatur.

[De iurepatronatus.]

Cap. 2. Subaudi vt patroni per diœcesanum compellantur ad assignandum congruam portionẽ præsentatis, &c. & vt eorum plures hæredes vocẽ vnius tm̃ habeant.

[De censibus.]

Cap. 3. Subaudi & procurationibus per religiosos regulariter soluendis, visitantibus in temporibus à iure statutis. Et pedagijs & guidagijs non exigendis ab ecclesiasticis vel ecclesijs.

[De celebratione missarum.]

Cap. 2. Subaudi & diuinis officijs debite celebrandis in cathedralibus & collegiatis, &c. in quibus cõmẽsales Cardinaliũ & episcoporum possunt se illis coaptar e.

[De baptismo.]

Cap. 1. Subaudi in ecclesijs & fontibus deputatis faciẽdo: salua necessitate & potestate deferendi principibus: alias præsumentes castigentur.

[De reliquijs & veneratione sanctorum.]

Cap. 1. Subaudi in quibus Dominus laudari iubetur, & de festo sacri corporis Christi cum indulgentia.

(De immunitate ecclesiarum.)

Cap. 1. Subaudi regulariter seruanda, iuxta concilium generale & Lateranense, reuocato ca. clericis, e. ti. in 6.

(De consanguinitate & affinitate.)

Lib. iiij. Cap. 1. Subaudi regulariter non contrahenda in gradibus prohibitis, neq; aliàs p clericos uel religiosos: alias eo ipsi sunt excommunicati sæpius nuntiandi.

[De magistris.]

Lib. 5. Cap. 1. Subaudi deputandis ad linguam Hebraicam, Arabicam, Chaldæam docendã. Et de moderatione expensarum circa doctoratum.

[De Iudæis & Sarracenis.]

Cap. 1. Subaudi quibus Machometi nominis prohibetur inuocatio, & ad veneranda corpora suorum deuotorũ peregrinatio.

[De hæreticis.]

Cap. 1. Subaudi per diœcesanum & inquisitorum simul cõdemnands, & c. & de octo erroribus Beguinarum vel Beguinorum.

[De homicidio voluntario & casuali.]

Cap. 1. [Subaudi commisso per furiosum infantem, vel arctatum vt non inducat irregularitatem.

[De vsuris.

Cap. 1. Subaudi super quibus statuentes, aut statuta non reuocantes, aut iudicantes quod soluantur, aut solutæ non repetanĩ, sunt excõmunicati: & ꝙ eorũ libri edãtur, & pro hæreticis habeantur, negantes eas exigere non esse peccatum.

[De excessibus prælatorum.]

Cap. 1. Subaudi non committendis & puniẽdis scilicet si suis iuribus non contenti alijs iniuriantur.

[De priuilegijs.]

Cap. 2. Subaudi ministrandi sacramenta prohibitis religiosis: aliàs ipso facto sint excõmunicati. Et quòd liceat archiepiscopis crucem ante se deferre etiam per loca exempta.

[De pœnis.]

Cap. 3. Subaudi offendentium episcopos & filiorum, capiẽtium ecclesiasticos, vt propterea renuntient beneficijs & excommunicantur etiam religiosi prohibentes decimas solui.

[De pænitentijs.

Cap. 2. Subaudi non iniungendis per quæstores: aliàs punitur per ordinarium.


[De sententia excommunicationis.]

Cap. 4. Subaudi ipso facto incurrenda à religiosis & dominis temporalibus & eorum subditis violantibus interdictum: & vt sorores scilicet tertij ordinis tunc ad diuina non admittantur.

[De verborum significatione.]

Cap. 2. Subaudi videlicet illius clausulæ, simpliciter & de plano sine strepitu & figura, &c & regulæ Mẽdicãtiũ.

F I N I S.


MATTHEVS
MARCVS
LVCAS
IOANNES
PAVLVS
GREGORIVS
AMBROSIVS

EXTRAVAGANTES
TVM VIGINTI
D. IOANNIS PAPAE XXII.
TVM COMMVNES
SVAE INTEGRITATI

VNA CVM GLOSSIS RESTITVTAE.



VENETIIS. MDXCI.

IOANNES Papa XXII. natione Gallus, patria Caturcensis ex prouincia Aquitania, anno MCCCXVI. Romanus Pontifex creatus est. Is præter constitutiones Clementis V. prædecessoris, multas quoque suas publicauit.

Ad quas Zenzelinus de Cassanis, quem alij Genzelinum vocant, vberes composuit commentarios.

TABVLA EXTRAVAGANTIVM TVM Viginti Ioannis xxij. tum etiam titulorum, & capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem distincta.

Tabula Extrauagantium viginti Ioannis xxij. secundum ordinem alphabeti.

Tabula titulorum quinque librorum Extrauagantium communium secundum ordinem alphabeti.

Tabula omnium capitulorum Extrauagantium communium per alphabeti ordinem.


Di-

Tabula capitulorum Extrauagantium communium.

F I N I S.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra:
Laua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA arborea licet ad septimū deberet gradum protēdi, cum usq. ad eum secūdū decreta sit prohibitio cōiugalis. 3̄5. q. 3. c. de affinitate. & extra de clā de. despon. c. cū inhibitio. tñ q̄a per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est trib. postremis gradibus reuocata, ut dicto c. cū inhibitio. & de ɔsan. & affini. c. nō debet. ideo vsq. ad quartū dūtaxat figurā hāc duximus extēdendam. Nec idipsū graduū cognitionē quoquo pacto impedit. Qui em̄ duorum, aut trium computationem agnouerit, illam ēt usque in gradū cētesimū, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quàm aptissimè hæc imprimaſ, tum consanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causę trigesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Cōsanguinitas est attinētia p̄sonarum ex eo p̄ueniēs, q̄ una descēdit ab altera, uel ambæ ab eadē. Vel est uinculum p̄sonarum ab eodē stipite descēdentiū carnali p̄pagatione ɔ̄tractum. Et dr̄ a cū, quod est simul, uel unitum: & sanguine, quasi sanguinis unitas.

Linea est collectio p̄sonarum ab eodem stipite descendētium gradus continens, & numeros distinguēs. & est triplex, scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium p̄sonarum, qua cognoscitur quota agnationis uel cognationis distātia duæ personæ inter se differunt. Et dicūtur gradus ad similitudinem graduum scalarum, uel locorum p̄cliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS DECLARATVR.

PRIMA regula magistralis pro linea recta.] Ascēdētium & descendentiū quot sunt p̄sonæ, de quibus quæritur, cōputatis intermedijs una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igiť vis scire quantum distat abauus a Petrucio (Petruciū esse fingimus in cellula ubi est facies) vtroque computato & intermedijs, q̄nque sunt personæ: deme vnā, quattuor sunt gradus: & sic de alijs.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ*

¶ Collateraliū in linea æquali quoto gradu q̄s distat à cōi stipite, toto distant inter se, uel sibi attinēt. Exēplum pone. Cum facis abauum stipitem inter P. & p̄nepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De cōputatione tm̄modo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inęquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distāt inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, s. à P. sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ *Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.*

PRIMA In linea recta ascendentiū & descēdentium quot sunt p̄sonæ, de quibus quęritur: computatis intermedijs vna dēpta, tot sunt gradus inter eas.

Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea ęquali quoto gradu q̄s distat a communi stipite, toto duplicato distāt inter se, uel sibi attinent. Nam secundum leges q̄libet p̄sona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, q̄ computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt p̄sonæ stipite dempto, tot sūt grad'. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreę declarationē.

CIRCA lecturam Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouum modū assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularū, & uersuum obscuritatem, aliq̄bus notū ignotū, alijs ignotū ignotius reddidit. Attendens igiť ego Io. An. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habētibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui. & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quęrens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria: Secundo, an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium reperita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ q̄stionis ex superius dictis patet solutio. Probatio. n. ad oculum alias vincit. instit de gradi. § agnationis 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostensione enim facti q̄. dā melius p̄cipiuntur quàm elocutione. extra de dona. Apostolicæ. ver. si. Hinc est, q̄ agrorū mensio subijciť oculis. 16. q. 3. inter. de præscrip quia indicante. C. fi reg. l. 3. Ventris inspectio: an mulier sit p̄gnās. ff. de ven. inspi. l. 1. in prin. Locorū pudicitiæ inuestigatio: an mulier sit virgo. extra de prob. p̄posuisti. an arcta, de fri. & ma. fraternitatis, vel aliter impedita, eo. ti. ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio. ff de fer l. 2. Et litteræ Papales an sint veræ vel falsæ. de cri. fal licet.

Oculis multa subijciuntur.

¶ Ad scd̄m dic, q̄ arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori & Alexandri 35. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶ Ad tertiū dic, q̄ q̄a in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, utile fuit ibi arborem ponere; & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc uolumine utile fuit repeti, ex eo maxime, q̄a nemini uenit in dubium, id satis esse validum satisq. famosum, quod repetita lectio probat. C. de emen. Iu. Co. l. vna. Item ex eo, q̄a antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem consanguinitatis spāliter descendamus. Et primo q̄ritur q̄d sit consanguinitas, & vn̄ dicatur: quid linea, quid gradus. Scd̄o quæritur quomodo arbor formetur: & quare sic formetur & quare sic punctetur & interseremus regulas p̄ quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quasdam quæstiones.

¶ Ad primū dico, q̄ ɔsanguinitas est attinentia personarū ex eo p̄ueniens, quia una descendit ab altera, uel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentiū carnali propagatione contractum: q̄ satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis unitas: à con & sanguine: quia de communi sanguine descēdūt. Et quo ad probationem cōiugij nō distinguo, an tales cōsanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, q̄ est expressum extra de proba. per tuas

Cōsanguinitatis diffinitio.

¶ Linea uero est collectio p̄sonarum ab eodē stipite descendentium gradus cōtinens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, s. graduum descendentium, ascendentium & collateralium, ut infra patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. iurisconsultus.

Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas.

¶ Gradus est habitudo distātiū personarū, qua cognoscitur quota agnationis uel cognationis distantia duę p̄sonæ inter se differūt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuiū, quia ita gradimur de proximo in p̄ximum. ff. de gradi. l. iurisconsultus. § gradus.

Grad' descriptio.

¶ Formaſ autem sic arbor. Primo uide cellulas ascendentium: secundo descendentium: demum collateralium.

Arboris cōsanguinitatis formatio.

lium. Ascende super cellulam vacuam: quæ remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere: cum aliæ cellulæ (exceptis his, quæ per genitiuum nominant) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, fratrē fratris, patrē filij, & sic de singulis? & eā alij vocāt Ioachim: alij Protheū: alij truncū. Nos autē à nomine bidelli nostri vocemus eā Petruciū. Et scire debes, ꝙ cōpetenter illæ cellulę mediæ ascendentium & descendentiū diuiderent directe per mediū, vt ā latere dextro illarū cellularū ponerent nomina mariū, vt abauus, proaus, &c. à latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi à latere dextro descendunt à maribus. & ecōuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc cōtinens, pater, mater, & vnum punctum supra, & vnum infra. Supra illam est cellula auus, auia, continens duo puncta supra, Et duo infra. Supra illam est cellula proauus, proauia cōtinens tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra & quattuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filiū & filiā: & habet vnū punctum supra, & vnū infra. Sub illa habens nepotē & neptem, & duo puncta supra & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta supra, & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes quòd punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum: puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis vero inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimonijs, quę licite contrahi possint necne, & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone, extra de secun. nup. c. vlt. & pen. Vides autē ex punctatione prædicta, quòd in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrumque ius: quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Ius canonicū est excellentius ciuili.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundū vtrumque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentiū & descendentiū quot sunt psonæ de quibus quæritur, cōputatis intermedijs vna dēpta, tot sūt gradus inter eas. Si igitur vis scire quātū distat abauus a Petrucio: vtroq; computato & intermedijs, quinque sunt personæ; deme vnam, quattuor sunt gradus. Idē dico de ipso P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quattuor sunt gradus. Si uelis scire quod distet abbauus P ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erūt gradus. Scias autem ꝙ iste P. non habet totam suam cōputationē in arbore. Scias enim ꝙ quilibet habet duos parētes: quattuor auos: octo proauos: sedecim abauos, & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Regula lineæ rectæ.

¶ Quæro an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goffre. in sum. de consangui. & affini. § item quantum, quod non, per decre. no debet eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicētes inter ascendētes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicūt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 3. progeniem. & duobus capitulis sequent. in quib. dicitur, ꝙ olim non solum vsque ad secūdum gradum, sed etiam in quantum notitia erat parentelæ, extēdebatur prohibitio. De quo ergo certū est alterū descendentē & alterū ascendentē, perdurat prohibitio. ad idem Institu. de nup. §. 1. ff. de ritu nup. l. nuptiæ, & hoc verum puto.

Coniugalis prohibitio in recta linea est perpetua.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrem & sororē. & causa breuitatis prosequendo solum partē mediam arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per se patet. dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis, ex illa fratris pronepos proneptis & frater P. est cū P. in primo gradu secundū canones: in secundo secundum leges. Eius filius in secūdo secūdum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundū canones: in quarto secundū leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarte secundum canones: in quinto secundū leges: & sic debet esse vtraq; punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et tunc de cellula patris fecimus stipitē. Fac consequenter stipitem de auo, ex eo patruus, amita: ex illa frater patruelis & amitinus, & soror patruelis & amitina: ex illa horū filius filia: ex illa horū nepos neptis. Patruus est P. secūdo gradu, frater patruelis etiā secūdo gradu: filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges aūt patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauū stipitē, & habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materterem magnam: illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horū filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat à proauo quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori sobrino tertio, & à filio tertio, & a nepote qui exit lineā æqualitatis, quarto secundū canones. Secundum leges vero distat P. a patruo magno quarto. a propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filijs, scilicet propatruo, proauo & proauunculo, de proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum, filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorumdem pronepos pronoptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distāt quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse vtraque punctatio.

¶ Nunc videndum est quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum canones.

Regula canonica pro collateralib. ī linea æquali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a cōmuni stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent: hoc secundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi sunt in linea ęquali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

Regula ciuilis ꝓ collateralib. in linea ęquali.

¶ Secundum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu qs distat a communi stipite: toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, ꝙ prædicti P. & pronepos propatrui distant viij. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradū facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundū canones vero duæ personæ faciūt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorū ob aliud fit quàm nostra. 25. q. 5. cap. 2. Bene ergo dicit secundū leges, ꝙ in ęquali linea collateraliū siue linea sit paris numeri, siue disparis, nō est reperire disparē gradū. vide in linea paris numeri secūda. vel iiij. disparis numeri j. vel iij. In prima ij. gradus, in secūda iiij. in tertia vi. in quarta viij. ꝙ non est secundū canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparā gradū: quia in prima primū, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Nūc restat videre de collateralib. linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundum canones: Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exemplū pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt

Regula collateralium.

sunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori. scilicet a P. sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo a filio propatrui iiij. & idem in descendentibus vsq; ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus, quod persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus, filius eius, nepos & pronepos omnes distant iiij. gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus. vnde P. a stipite distat iiij. a propatruo v. a filio vi. a nepote vij. a pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradũ. Vides ex supra dictis quod P non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim a summo, scilicet abauo: ab imo: scilicet a nepote: ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: a medijs citeriori: per quod satis patet, ꝙ cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas, prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli, sed naturalia sunt immutabilia. 5. dist. in princ.

¶ Scire debes, quod communiter dicunt doctores, ꝙ abauus & proauus & auus sunt bigami, dicentes, quod si non essent bigami non possent filij eorum coniungi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic esset de alijs cellulis duplicib. quod personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroq; sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam, ergo tu meam. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori, Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negãdo: quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel vlteriori, potest contrahere cũ filia eius, qui est in quarto gradu, & non ecõuerso. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.


Quæstio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum unus est in quinto, & alter in primo, puta filis P, & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Host. quod non, & hoc no. extra eod. quod dilectio. & c. tua. & in summa huius tit. de consan. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censentur. C. de impu. & alijs sub. l. vlt. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cũ filijs stipitis benefacit prædicta decret. tua. vbi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern. ꝙ colligitur ex glo. quam ponit sup. eod. ti. c. vlt. & Ra. & Io. de Deo: & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ sup. eo. ca. vlt. dum dicit ibi; descendentium ab eodem: sed certum, est, ꝙ propatruus descendit a stipite. Præterea aut dicis, quod est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum est filium P. non descendisse a propatruo Est ergo prohibitio collateralium: sed certum est, quod isti distans quinto. quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video. Io Andr.

ARBOR

ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam: quæ modo clara patet.



AFFINITAS DECLARATIO.

AFFINITATIS secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationas diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶ Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consenguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primogenere. Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia secundum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas, patet, de eo qui cogn. consan. vxo. suæ, cap. discretionem, & cap. penul. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia, sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem, de consang. & affini. quod super his.

REGVLA. Quotiescunque inter vnam personarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio: vt inter me & coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

A D ARBOREM Affinitatis, & eius materiam transeamus. Et primo videndum est quid sit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

Affinitatis definitio.

¶ Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela, hoc secundum canones: sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptijs, & requiritur secundũ leges, quòd legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finé vnitas, eo quòd duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & aliter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

Affinitas per coitũ nefarium contrahitur.

¶ Sed quòd per fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. discretionem, & eo. tit. c. penu. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere. ff. de testi. l. 3. & 4. q. 3. §. item in criminali. versi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis, quę insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quòd concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas est perpetuum impedimentũ, quod durat etiam mortua persona, qua mediãte contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, q̃ fit extra claustra pudoris 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶ Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine, & publica honestas interdum sine affinitate, vt si cognosco vxoré vel sponsam, hic impedimentum est publicæ honestatis, & affinitatis, si cognosco sponsam, hic affinitas sola est, si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quòd possis contrahere cũ illa, non obstante quòd sit tibi affinis, tali gradu per dispẽsationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, quòd possis cum tali contrahere non obstante impedimento publicę honestatis pro eo, quòd desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & nõ obstante, quod est tibi affinis in quarto, pro eo quòd dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam, cognoscitur.

¶ Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, illi attinet mihi secundo genere affinitatis, & secũdo gradu: si ille aliam mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secũdo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitioné, & quia B. plene tradidit. extra de

de consan. & affi. cap. non debet. hic circa hoc non insisto. ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis. attinés mihi primo genere affinitatis si carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quòd affinitas non habet hodie prohibitioné nisi in primo genere, & in illo vsque ad quantum gradum: licet affinitas non habeat suam specialé computationem graduum: sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si uis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier; vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Affinitatis grad' cóputantur sicut gradus cósanguinitatis.

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quattuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur: quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primú dic hoc fuisse, vt detur intelligi, quòd affinitas oritur ex cósanguinitate, & quòd ab vtroque sexu virili & feminco affinitas contrahatur. Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressá vt illa computatio graduum ad cósanguinitatem & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu cósanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quattuor cellulas continens. In prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta, in secunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quattuor cellulæ quarum prima soror, secúda sororis filia, tertia sororis nepotis, quarta sororis pronepotis. Ad dorsum harum sunt aliæ quattuor: prima vir sororis olim relictus, secunda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: a sinistris, relicta relicti sororis, quæ secundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem nó habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in ceculla viri sororis: in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula vxoris fratris. in qua idem scribitur.

Arboris affinitatis fortio.

Quæstio.

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula, vxor fratris, scribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse propter cellulam, quæ ponitur ad dorsum illius. q. d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro: illa demum mortua iste relictus à relicta fratris vult contrahere cum sororé, numquid potest? Olim nó poterat, quia erat sibi in secúdo genere, & primo gradu: hodie vero potest. Item sit repetitum quoad cellulam viri sororis.

¶ Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus, tam per formam arboris, quàm ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Quare dicatur in regula, per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri & vxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & consanguineos mulieris nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahunt cú duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. extra de consan. & affi. quod super his. Primi generis, quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, & eiusdem gradus cuius est cósanguinitas. Vide hoc in arbore. nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritis eius in secundo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis. Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu, secundum regulas traditas in proxima arbore.

Regula magistralis grad' affinitatis & genus manifestans.

¶ Post hoc notandum est, illud precise non requirit, ego & tu sumus affines: ergo filius, qué procreo, est tibi affinis. Ná interdú filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis, & ipse cósanguineus interdú nil attinet tibi, interdú mutat gradú, interdú nec mutat genus, nec gradú, Exemplú, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis: sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis. sed si tu & vxor mea

Affinitas per notabilia declaratur.

cratis

c ¶ Ius cōpetit.] principi ſoli competit, & nulli ſingulari de iure communi ſcripto dare iudices ordinarios: niſi alijs de conſuetudine competat, vt eſt videre hodie in multis Baronibus & dominis temporalibus habentibus iuriſdictionem omnimodam in ſuo patrimonio incorporatā. arg. C. de emanci. libe. l. 1. de appell. iud. l. viros. lib. 12. extra de for. comp. cum contingat. de offic. ordi. Romana. lib. 6. ſic ſentire videtur Ber. extra ne præla. vices ſuas. c. 2.

d ¶ Poteſtates.] hoc verbum & ſequentia ſunt nomina præſidentium iuriſdictioni. ff. de verb. ſig. l. poteſtatis. & patet in c. fundamenta. de ele. lib. 6. & in Extrauag. ſi fratrum, & ibi dixi.

e ¶ Ne ipſæ.] ſ. communitates vel ſingulares perſonę.

f ¶ Nomine cenſeatur.] ſimile in. c. ſi fratrum. de variatione n. nominis in talibus non curatur, ſicut nec alibi. 14. q. 3. ca. plerique. extra de ſimo. in tantum. ff. ſi cer. pet. l. lecta.

g ¶ Vel recipere.] ſcilicet de nouo.

h ¶ Retinere.] ſcilicet prius electum vel receptum.

i ¶ Tamquam poteſtati.] non eſt ergo hic prohibitum ei tamquam alij abſque iuriſdictione obedire, quod dic vt not. in c. ſi fratrum.

K ¶ Quoquomodo.] quaſi dicat etiam leue mādatum facienti, quia extra territorium ius dicenti impune non paretur. ff. de iuriſdic. om. iud. l. vlt. extra de conſtit. c vt animarum. lib. 6.

l ¶ Ne ve.] repete verba, diſtrictius inhibemus, quæ ſunt infra.

m ¶ Licentia ſpeciali.] ergo cum illa poſſet.

n ¶ Quomodolibet.] quaſi dicat nec per ſe nec per alium, nedum inter inuitos, immo nec inter volentes, ſimile huic de reſcri. ſtatutum. §. in nullo. lib. 6.

mitatibus, ſeu vniuerſitatibus, & ſingulis perſonis ciuitatum, terrarum, caſtrorum & locorum intra patrimonium, comitatū, & terram prædictos [a] conſtitutis, in quibus [b] videlicet nobis, ſeu quibuſuis officialibus noſtris ius [c] competit deputandi, vel inſtituendi, aut eligendi ſeu ponendi poteſtates [d], capitaneos, dominos vel rectores aut officiales quoſlibet alios, ne ipſæ [e] poteſtatem, capitaneum, dominum, rectorem, vel defenſorem ſeu quemcūque aliū officialem, quocumque nomine [f] cenſeatur, in ciuitatibus, caſtris, terris, & locis prædictis, aut eorum aliquo eligere, aſſumere, vocare vel [g] recipere, retinere [h], aut iam electo vel aſſumpto, vocato ſeu recepto tamquam [i] poteſtati ſeu capitaneo, rectori ſeu defenſori vel officiali obedire quomodo [k] præſumant; ne ue [l] taliter electus, aſſumptus, receptus, ſeu vocatus, huiuſmodi poteſtariæ; capitaneatus, dominij, vel rectoriæ ſeu defenſoriæ, aut quodcumque aliud cuiuſuis nominis officium recipere, acceptare, aſſumere vel gerere (niſi de noſtra & Apoſtolicæ ſedis licentia [m] ſpeciali) quomodolibet [n] audeat: ſed aſſumptum omnino [o] dimittat. Vbi vero ad communitates ſeu uniuerſitates & ſingulares perſonas ciuitatum, terrarum, caſtrorum & locorum prædictorum, uel eorum aliquem ius competit [p] eligendi poteſtatem, capitaneum, dominum, uel rectorem, ſeu officialem quemlibet alium, qui per nos ſeu quoſuis officiales noſtros debeat [q]

o ¶ Omnino dimittat.] ideſt in totum nulla parte iuriſdictionis vel officij ſibi retenta.

p ¶ Ius competit.] forte ratione conſuetudinis, vel etiam ratione iuriſdictionis: quo cauetur quod vniuerſitas per electionem ſibi iudicem conſtituat. C. de iuriſdi. om. iud. l. vlt. cum ſic electo lex dat ordinariam iuriſdictionem. argu. 63. diſt. ca. ſi plebibus. in corpore authent. de defen. ciui. §. nos igitur. coll. 3. vt not. extra ne præl. vi. ſuas. cap. 2.

q ¶ Debeat.] vt puta ex pacto vel tranſactione. Sed hic quæro vtrum de iure communi electus ab vniuerſitate in iudicem, habeat cōfirmari per ſuperiorem? Videtur quod non. arg. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. ſolet. de decr. ab ordin. faci. l. 1. Item ex quo tali electioni lex dat iuriſdictionem ordinariam, vt dixi in gl. præcedenti, non videtur neceſſe adeundus ſuperior pro aliqua confirmatione. arg. ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. §. vlt. in corpore authent. de hære. & fal. circa princip. coll. 1. cum etiam ex iuris communis beneficio vniuerſitati talis electio competat: quòd ab omni diminutione, ideſt ſuperioris actione debet extraneum eſſe, in corpore auth. conſtitutio, quæ de dignitatibus. §. illud. coll. 6. Præterea qua ratione in creato ſyndico ab vniuerſitate non eſt opus confirmatione ſuperioris vel decreto, cum ſic creato lex poteſtatem tribuat. ff. quod cuiuſque vni. no. l. 1. §. quibus. & l. nulli. idē videtur de electo in iudicem, ſicut not. Inno. de ſyndico extra de procu. conſulti. & de iura. calum. c. Imperatorū, vbi de hoc per Hoſt. licet Accur. d. l. nulli. aliter ſentire videatur: ſed iura per quæ ad dicendum ꝙ mouetur, hoc non probant. In contrariū vr̄ ad inſtar tutoris, qui actorem nō conſtituit niſi cū decreto ſuperioris. ff. de tutel. l. ſolet. de admi. tu. l. decreto. inſti. de cura. §. vlt. ad idem, quia conſenſu maioris partis vniuerſitatis vr̄ auctoritate ſolemni ſuperioris fore cenſendus cōfirmandus C. de leg. ſi quid. & l. quoties. lib. 10. Item quia vr̄ intereſſe ſuperioris ſcire & examinare cui tamquam iudici vniuerſitas, & ſinguli ex ea per conſequens ſunt ſubiecti: quare eius aſſenſus videtur expoſcēdus. extra de offi. archi. c. ad hoc. §. vlt de exceſ. præla. dilecta cum ibi not. per Hoſt. licet eadem decr. pro parte contraria præſtet efficax argum. quid. n. ſi ſchiſmaticum vel hæreticū ſibi iudicem conſtitueret? non vr̄ aliqua re tolerandum. arg. extra de elec. c. venerabilem. Et iſtam opinionem declarare videtur Hoſti. extra de iudi. cap. vlt. Sed quòd prius dictum eſt, fortioribus vinci vr̄ argumentis, potiſſime ſuppoſita tali vniuerſitate, ꝙ ſuperiorem non

Iudex electꝰ ab vniuerſitate, an de iure communi debeat per ſuperiorē confirmari.

nō recognoſcat, ſicut ſunt multæ in Italia, de quibus loquitur textus iſte. in illa enim infallibiliter vr̄ ꝙ aſſū ptus per eā in iudicem cōfirmatione aliqua nō egeat cum non ſit ſuperior, qui eam dare poſſit, ſed in alia, q̄ ſuperiorem recognoſcat, magis procedit dubitatio, & de illa pōt dici, ꝙ ſine eius aſſenſu ſibi perpetuum iudicem vel poteſtatem eligere non poſſit, etiam prætextu conſuetudinis. in corpore auth. de defen. ciui. §. vlt. coll. 3. C. de ſuſcepto. & arca. l. neminem. lib. 10. & multis alijs iuribus ſtatuentibus officia publica, potiſſime iuriſdictionalia, quæ iure ſucceſſorio non transferuntur, debere eſſe temporalia, non perpetua: quę allegata reperies tu merus canoniſta, legum ignarus ꝑ Hoſt. dicto cap. vlt. & ad hoc de elect. fundamenta. lib. 6. Ratio huius fuit, ne tales perpetuo rempublicam occupatam retinentes, aſpera dominatione eam opprimerent. ff. de origi. iur. lib. 2. §. & cum pla cuiſſet. & ne cōcuſſionū dominatione ſubditos vexarent 50. diſtin. neminem. Tēporalem autem iudicē ſibi forte conſtituere poterit abſque ſuperioris cōfirmatione: quia nō reperitur de iure ſcripto fore neceſſaria hæc in defenſore ciuitatis. C. de iuriſdict. omn. iudic. l. vlt. & per iura ſuperius allegata. intellige tamen iuriſdictione ſuperioris integre reſeruata, & omni eius emolumento aliàs forte ſe poſſet opponere pro ſuo intereſſe, ne ius quod habet in ſubditis perdat. ff. de aqua plu. ar. l. in concedēdo. & l. iudicē extra de teſti. veniens. & not. de præſcript. auditis. & plenius per Hoſt. de off. ord. cū ab eccleſiarum aliàs eſſet in poteſtate ſubditorum ſe ſubtrahere à ſuperioris domini ditione. Non eſt autem abſonū plures iudices vniuerſitati præeſſe, vno ſub alio exiſtentē. in corpore authen. de defen. ciui. §. nos igitur. coll. 3. & argu. eorum quæ not. Inno. extra de præb. cū non ignores de reli. do. cū venerabilis & per Guli. de re iud. abbate. in ſubſcriptione. ſed licet ꝓmiſſa probabiliter dicta videantur, tutius tñ eſt dicere, ꝙ ſuperioris confirmatio requiratur, per ea q̄ ſunt pro hac parte allegata & eſt expreſſum in defenſore ciuitatis, qui electus ab vniuerſitate confirmari dēt ꝑ ſuperiorē, in corpore authent. de defen. ciu. §. vlt. coll. 3 C. eo tit. l. defenſores. ita nec occurrit probabilis rō, quare nō ita requiratur in alio iudice. ſicut in defenſore. ſic ſentit Accurſius. ff. de iuriſd. omn. iud. l. & ꝗa. & dicam ī. in glo. nedum ergo.

Iudices plures vniuerſitati pe ſſe poſſunt.

aut conſueuerit [a] confirmari, ne ante debitam [b] confirmationem obtentam, ipſæ vel earum aliquæ ſic electo tamquam [c] poteſtati ſeu capitaneo rectori vel defenſori ſeu officiali in quibuſuis obediant, ne ve taliter electus quouſque confirmationem habuerit, (vt præfertur) huiuſmodi poteſtariæ, capitaneatus, dominij vel rectoriæ ſeu defenſoriæ, aut cuiuſuis alterius nominis officio ſe immiſcere, vel illud gerere aut exercere quouiſmodo præſumat [d], auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus [e]: Decernentes [f] extunc irritum [g] & inane, quicquid [h] contra hmōi inhibitionis tenorē cōtigerit attentari [i]. Nulli ergo, &c. noſtrę inhibitionis & cōſtitutionis infringere. Datū Auinioni iiij. nonas Auguſti, anno ij.

TITVLVS. III.

De præbendis & dignitatibus.

¶ *Tempore huius ca. obtinentes plures dignitates, perſonas vel beneficia curam animarū habētia ex diſpenſatione, virtute illius non poterunt retinere niſi vnum & reliqua tenebūtur reſignare verbaliter & realiter corā ordinario ſub teſtimonio publico intra menſem à tempore notitiæ huius c. niſi fuiſſent Cardinales aut Regū filij. Illi autē qui plura talia ſine diſpēſatione obtinebant, potuerūt vltimum retinere, reliquis forma præſcripta et ſub eodē tēpore reſignatis. Qui vero deinceps*

a ¶ Conſueuerit confirmari.] in confirmatione igitur conſuetudo attenditur, vt hic. & argum extra de capel. mo. dilectus. de conſue. cū dilectus. de maio. & obed. his q̄. de verb. ſign. abbate. ff. qđ cuiuſq; vniuer. nomine. l. nulli. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. 1. cū multis ſimilibus.

b ¶ Debitam confirmationem.] debitam dicit, quia examinatio in cōfirmandis habet præcedere. extra de elec. venerabilem. de iureiur. Romani. §. itaq;. cle. 5. ita demum cōfirmabitur ſi eſt idoneus alijs rite concurrentibus. ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. 1. de decur. l. eos. extra de elect. cum nobis olim.

Cōſuetudo in cōfirmatione attenditur.

c ¶ Tamquam poteſtati.] tamquam alij, ergo obediri poſſet fraude ceſſante, vt dixi in ca ſi fratrum.

d ¶ Præſumat.] nedum ergo electus ad dignitates eccleſiaſticas ante confirmationem non adminiſtrat. de elect. qualiter poſt obitum. & eod. tit. cap. auaritiæ. lib. 6. immo nec electus ad ſeculares, vt hic, & C. de diuer. offi. & appar. iudi. & proba. eō. l. probatorias. lib. 12. in corpore authen. de defen. ciui. §. interim. & §. ſi eadem. coll. 3.

e ¶ Inhibemus.] talis inhibitio quem ad obtemperandum adſtringit, non obtemperanti inobedientiæ notam peccatum inducentem adſcribit. extra de ma. & obed. c. ſi quis. & c. illud. ff. de re mil. l. 3. §. in bello. cum ibi not. & Hoſt. de offi. ord. inter cætera. § vlt. de treug. & pa. c. 1. dignum eſt enim detrimentum veritos ſuſtinere, & c. extra de conſti. c. cognoſcentes.

f ¶ Decernentes.] quarta pars. Et tale decretū principis factū in cōtrariū reddit nullū, vt hic vides: nā qua ratione factū contra legis ſcriptæ inhibitionē nullū eſt. C. de legi. l. non dubiū. 25. q. 2. c. imperiali. eadē ratione factū contra inhibitionē principis, qui lex eſt animata in terris, in corpore authē. de conſul. §. vlt. coll. 4. cū & dici conſueuerit, ꝙ mitius agitur cū lege, q̄ cum legis miniſtro. ff. de arbit. l. Celſus & notari conſueuit extra de cle. excom. min. c. ſi celebrat.

Princeps eſt lex animata in terris.

g ¶ Irritū & inane.] ſimile C. de ſac ſan. eccl. authent. caſſa & irrita. & ſic ceſſatione aliqua vel irritatione hominis nō eſt opus niſi quatenus de facto ꝓceſſerit, cū de ſe nullū irritari nō poſſit. ff. de iniuſto. teſta. l. nā & ſibi. de ædili. edic. l. bouem. §. vlt. & argu. extra de deſpon. impu. C. ad diſſoluendum.

h ¶ Quicquid.] ita facta electio de talibus, iuxta §. oībus & ſingulis. vel obedientia eis ꝓſtita, vel factum ꝑ eos, iuxta ver. non vero. & conſequenter mādata q̄cumq; ꝓceſſus ſnīę per tales facti & ꝓlatæ, nulli & nullę ſunt tāquā facta ab illis q̄ ius faciēdi nō habuerint poſt talē inhibitionē ff. de off. proconſ. l. obſeruare. §. vlt. extra. de cōſuet. ad audiētiā. de iurepa. ꝙ autē. & in decre. ſancta Romana, in fi. vbi de hoc dixi.

i ¶ Attentari.] ſimile de reſcrip. ſtatutū. lib. 6. Zenze.

Excra-

Execrabilis.] ¶ Decretalis præsens diuisibilis est in duas partes principales: In prima constitutionis ratio multiplex præmittitur: In secunda ipsa constitutio modificatiua contra obtinentes iam plures dignitates, vel personatus, seu beneficia cum cura subsequitur infra in § Nos itaque. Et illa diuidi pōt in quinque partes: In prima enim contra pdicta obtinentes cū dispensatione legitima, cū pœnę adiectione & certa ꝓtestatione certū quid disponit. In secunda cōtra illa obtinētes absq; dispēsatione canonica statutū nouū editur: ibi, in §. Porro quia. In tertia contra recipientes secundum beneficiū secum primum non compatiens, ius nouū annectitur: ibi, in §. Qui vero. In quarta qui in hoc casu intelligentur ordinarij, declaratur: ibi, in §. Cæterum ordinarios. In quinta contra modificatiuam constitutionē interpretatio subinfertur: ibi, in §. Quantum autem.

tale babuerit beneficiū si cum illo secundū simile receperit, quāprimū illius possessionem habuerit, vel per eum steterit quominus habeat, primū quo est ipso iure priuatus, modo predicto resignare tenetur: aliàs vtrumque perdit, & inhabilis fit ad sacros ordines suscipiēdos, & ad quodcumque beneficium habēdum. Tandem qui dicantur ordinarij quātū ad præmissa, & quæ sint beneficia curā animarū habētia hic manifestat. 10 *h.d. hæc extrauagās, quæ est notabilis & multum practicabilis, & grauius obligat quàm c. de multa. eo. tit. in antiq. vt patet ad oculum.*

CAP. VNICVM.

20 Execrabilis [a] † quorūdā tam religiosorū [b], quàm sæculariū ambitio [c], quæ semper [d] plus ambiens eo [e] magis fit insatiabilis 30 [f], quo [g] sibi amplius indulget [h], & improbitas [i] importuna petētiū à no-

a ¶ Execrabilis.] Exponi pōt hoc verbū; idest abominabilis, seu detestabilis, vel euitabilis. simile verbū & similis expositio C. de aquæduct. l. ad reparationē li. 11 ff. de ali. iu. mu. cau. fac. l. item pōt. C. de admi. tit. l. lex quæ tutores circa medium Et merito talis ambitio execrabilis dr, cum circa spiritualia versetur. C. de epis. & cle. si quēquam. nā & contra temporalia est vitanda, cū dicatur radix omnium malorū. ad Timoth. c. 6. de pœn. dist. 2. quia radix. 47. dist. c. bonorū. & alibi appellatur mater omnium malorum, in corpore auth. vt nulli iudi. ver agitur. coll. 2. Et periculū animæ inducitur in assecutione pluralitatis beneficiorum sine dispensatione legitima. extra de præb. quia intantū. & ibi not. per Host. de excep. cum ecclesiasticæ. licet Inn. ibi notauerit nō esse crimen plura beneficia simul habere. & de præb. cum iamdudū. sed infallibiliter Host. opinio est præstantior, saltē in beneficijs se concursū non cōpatientibus, de quibus præsens c. loquitur. sic etiam not. idem Inno. de elect. dudum 2. Sed hoc quali ter, nonne hic obtinebantur plura talia beneficia ex dispensatione Papali? vtique, vt patet infra. nonne ergo tutus erat à periculo animæ ille cū quo dispensatū erat? Dicat ꝙ sic, etiam si absque omni causa rationabili dispensationem obtinuisset: nam prohibitio retentionis taliū beneficiorū nō à Deo, sed à sola volūtate cōditoris canonis fuit inducta: quare sola voluntate ꝯria tolli pōt, iuxta illud: Est eius tollere vel interpretari, cuius fuit cōdere. C. de legi. l. vlt. ex de sen. excō. inter alia. 11. q. 3. §. ex his. sic expresse sētit Inn. & Host. post eū. ex de statu mon. cū ad monasteriū. in gl. nisi ex cā. & Guli. in Spe. in tit. de dispen. secus si dispensatio fiat contra votū tacitū vel expressum, vel cōtra legem Dei, vel contra statutū generalis Ecclesiæ: nā in his facta sine causa in foro animæ nō prodesset, sic intellige qđ not. p Ber. ex de voto c. non est. & clarius per Host & Inn. extra de renun. c. cum inter P.

Dispensans in beneficiorū pluralitate, an sit tutus à periculo animæ.

b ¶ Religiosorum.] cū isti sint plus Deo adstricti quā cæteri: nā p professionē cōtemptis honoribus, abiectis diuitijs, spretisq; delitijs arbitriū ꝓpriū subiugarūt alterius ditioni. extra de elect. quorūdā. lib. 6. in eis periculosior est ambitio, cū non sint peiores experti ꝗ qui in monasterijs defecerūt, secundū Aug. 74. dist. c. quātūlibet. & scriptū est: Post cōcupiscentias tuas nō eas. mēs ēt potētiæ, i. humanæ dignitatis auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere cōcessis, nec pietati adhibere cōsensum, vt ea. dist. cap. visum. & extra de con. cel. pb. c. detestanda. lib. 6. & alibi legitur: Quos amor dominationis inuasit, iugū disciplinę fecit respuere. 96. dist. c. qñquidē. c ¶ Ambitio.] expone idest, aspiratio vel anhelatio ad dignitatē vel bñficiū, vt colligitur C. si cert. pet. l. quisquis. extra de pb. cū iamdudū. alibi. tñ sumit aliter. ff. de decre. ab ord. fac. l. ambitiosa. Et de hac ambitione scribit B. Bernardus: O ambitio ambiētiū crux., idest, pœna, qūo oēs torquens oībus places? hoc ex praua intētione. sic recitat Host. de præb. c. quia intantum. ipsa tñ nisi ad actum realem processerit, sola pænitentia tollit arg. extra de simo. c. vlt. & not. Host. de cler. non resi. c. relatum. vn verbo amoueri.

Dignitatis auidus à vitijs non abstinet.

† Hæc extrauagās reperitur iter cōes sub tit. de pb cū gl. Guli. de Monte Lauduno. Et de materia vide cōcil. Trid. sess. 7. de reforma. c. 2. 4. & 5. & sessio. 24. de reforma. c. 17.

Ambitio torquet omnes.

40 d ¶ Semper.] hoc aduerbium denotat omnimodā tēporis continuationem. ff. de ann. leg. l. Caio. §. Imperatore. de condi. & demon. l. si quis ita. §. Titio. de consecr. dist. 5. c. numquam.

e ¶ Eo.] ponitur pro tanto, vel pro ideo.

f ¶ Insatiabilis.] proprie loquitur huius ca. conditor: nam nec societas vnquā nec finis aderit cupiditati. 47. dist. sicut hi nā totus mundus nec obolus est auaro. 14. q. 4. c. quid dicam. vnde versificator dicit:

Diues habere cupit quanto plus omnia sumit.
& de ipso dicitur:
Eris seruus ęris, si te species trahat ęris.
50 & not. c. sicut hi.

g ¶ Quo.] expone pro quantum, vel pro quia.

h ¶ Indulget.] hoc dicit, quia cū vni indulget indigno, ad prolapsionis contagiū prouocat vniuersos. 33. q. c. est iniuste. & si ea ꝗ male vsurpantur omittimus, excessus viā alijs aperimus. 35. q. 9. loci. 81. dist. puenit. facilitas etenim veniæ incentiuum tribuit delinquēdi. dicto c. est iniusta. & extra de vita & hone. cler. vt clericorū. & hoc intellige de facto. de iure eñ nō tribuit. & sic nō obstat 1. q. 7. c. exigūt, vel aľr, vt ibi not.

60 i ¶ Improbitas importuna.] idest infesta, seu inquieta per quam non concedenda frequenter conceduntur. C. de pe. bo. subla. l. 1. lib. 10 extra de cōcess. pb. detestāda. lib. 6. quare valere non debent, vel saltem concessa reuocari merentur, vt dictis iuribus. & extra de purg. cano. c. cū in iuuentute. de rescript. quia per ambitiosam. lib. 6. Per hoc quod dicit, improbatis: apparet, ꝙ alia importunitas, puta ꝗ non ad noxā tendit, sed ad remedium vel iuris proprij conseruationē, vel persecutionem nō est inhibita, sed pmissa, quare exaudienda. de pænit. dist. 1. cap. importuna. 100. dist. cap. prisca. 2. q. 6. §. post. appellationem. ff. de libel dimiss. l. 1. extra de appel. eb eo. lib. 6.

bis & prædecessoribus [a] nostris Romanis Pontificibus, non tam [b] obtinuisse, quàm [c] extorsisse plerūq; noscuntur, quòd [d] unus interdum etiam ad unum beneficium [e] ecclesiasticum minus [f] idoneus, in [g] diuersis ecelesijs nedum [h] uicinis, sed etiam ab inuicem longe distantibus, immo [i] nonnunquam in diuersorum [k] regnorum partibus situatis, duas aut tres, aut plures [l] dignitates [m], personatus, officia seu prioratus [n]; aut diuersa ecclesiastica beneficia curam animarum [o] habentia [p] possit dispensatiue [q]

a ¶ Prędecessoribus.] hic dic si placet quod dixi in procemio constit.cle.5.in §.hęc sane.
b ¶ Tam obtinuisse.] scilicet a liberaliter concedēte.
c ¶ Quàm extorsisse. scilicet ab inuito per talem importunitatem extra de purg cano c.cum in iuuētute. extorsio enim liberalitatem nescit, & uiolentiam sapit ff. de le.3. l.fideicommissa § si rem.quare ꝑ eam concessa extorta potius quàm obtenta dicuntur. de electio quorundam. lib. 6.

De materia huius glos. se vide la te Ioā. de Lignano in trac. d̄ pluralita te bñficio rum.

d ¶ Quòd vnus.] hoc contra ius commune i est, ut infra sequitur, quòd unus plura beneficia se simul non compatientia obtineat, cum singula sint singulis cōmittenda ꝑsonis 79 dist.c.singula.extra de ꝑb.c.cum singula.li.6 cum sibi q̄s vendicare non debeat stipendia plurimorum de cler non resi.quia nonnulli.nam & hocidem in honoribus uel militiis sæcularib. teperitur.Duos enim honores simul agere quis non potest.ff.ad municip.libertus.§.ꝑscriptio. nec duas militias habere.C.q̄ mi.pos.vel non.l.4.§.in posterū.li.12. nec in duobus collegiis simul esse.ff.de colle. illi.l.1. §.vlt.no.de hoc de præb.c.præterea.
e ¶ Beneficium ecclesiasticū.] verbum istud comprehēdit nedum canoniam, præbendam, dignitatem, personatum, officiū, ecclesiam, vicariam: immo & præstimoniam & pensionem ad uitam pro titulo assignatā. arg.1.q.3.c si quis dator.& c.ex multis. & sic uidetur sentire Inno.& Host.de rescript postulasti. & c.ad audientiam. In genere autem sumptum hoc uerbum, beneficium, nihil aliud est quā beneuola actio gaudium tribuēs capienti in lib.feud.in quib cau.feud. amit.§.in primis ad hoc autem adde quod not Host. de præb.c.super inordinata.in verbo,reputati.
f ¶ Minus idoneus.] hoc ex multis causis pōt cōtingere,not Host de præb.c sup.Sed hic quęro, nūquid ille q̄ sciēter indignū ꝓmouet ad beneficiū, peccet? vtique, cum ꝯ cōscientiam faciat, & sic ei gehennam ædificet.28 q.1.§ ex his.extra de resti.spol.litteras.Iterum:quia ex hoc mandaẗ puniri, quod non fieret nisi peccasset de elect.nihil de ꝑben.graue.de æta. & qualita ex rōne.& c.indecorum.13 dist c tales. 50.distin. c.aliquantus.Item cum hoc faciat contra expressam ꝓhibitionem canonis uel præceptum, ut in dictis iuribus, cōtrafaciēs peccat mortaliter.4.dist.§.vlt. extra de maio & obed.c.si quis.sic sentit Host. de offic.ord. inter cætera.§.vlt de treu.& pace c 1.Nec tales canones inhibitionē vel ꝑceptum cōtinentes de cōsuetudine tolli possunt, licet secus sit in alijs.4 dis §.leges. not Host.in d.c.1.In foro contentioso tenetur ꝓmouens de mala administratione talium ꝓmotorū. arg. ff.de magi cōue.l.3.ad municip l.Luci⁹.§ Imperator. C.de magi cōue l.in magistratus.extra de of.archid. ea quæ.sic sentit Inn.& Host post eum.d.ca ex rōne. potest enim hoc dici, ꝙ mali ministri electio ē in culpa, ut dictis iurib. & arg ff.nau. caup. stabu.l.1 §.vlt. nau.caup.stab.l.1.§ hac actione.ad leg Aqui. si seru⁹. §.Proculus,insti de obl.quę ex quasi male. § item exercitor.& d.c.ea quę. Quid autem de illo qui se idoneum non sentit, an recipiendo bñficium peccet? Dicas ꝙ sic, extra de elect.innotuit § multa. 28. distin. priusquā.48.dist.c.sicut neophytus.& arg.ff.ad leg.Aquil.item iure.in prin.& §.1 l.& si seruus.§ si calicē. cum similibus.receptionis enim suę tempore debuit suam inhabilitatem patefacere.& sic uel non recipere uel dispensationem obtinere.50.dist.ex pęnitentibus.24.dist.c.1.extra de corp.vitia.exposuisti. quisq; enim cū onere in quo substitutus est, uires suas metiri dēt:& si impar est, abstineat, & ad id cum metu ēt cui se sufficere æstimat accedat.1.q.1. non est putāda.

Indign⁹ bñficium recipiens peccat.

g ¶ In diuersis ecclesijs.] in quibus impossibilitas residendi, & sic Deo seruiendi in eodem instanti temporis arg. ff. de eo quod cer. lo. l.non vtique.§.si quis ita stipulatur. institu. de verb.oblig.§ loca. inducit prohibitionē pluralitatis talium beneficiorum, cum nec in eadem ecclesia, in qua potest Deo continue deseruire, obtineri possint etiā prætextu consuetudinis. extra de consue. c.1.lib.6.
h ¶ Nedū uicinis.] hoc casu uicinæ ecclesiæ uel lōge distātes intelligerētur iuxta cōem patriæ ꝯsuetudinē & opinionem arg.ff.de flu.l.1.§ flumen.de fun.instr. l.cum delanionis.§.asinā. de dam.infec.l inter quos. licet q̄nque loca dicātur uicina intra duas dietas nō distantia de præb.c.præsenti.§.loca.lib.6.
i ¶ Immo.] hæc dictio pōt esse aduerbium affirmādi, & ponitur coniūctiue pro, &; sicut alibi C.de nouo cōdi.faci.§.quibus. aliàs poniẗ disiunctiue pro, vel, C.de sacrosan.eccl.l.iubemus §. œconomum aliq̄do est aduerbiū eligēdi, & tūc poniẗ correctiue, ut potes videre in iuribus ff.de manu.testa.l Stichus.de hære. insti.l.si ita scriptum.de condi.& demon l.cum ita legatum.de pęnit.dist 1.c.qui dicit.1.§ opponiẗ. extra ut lit.non contest.accedens.cum similibus.

Immo, multipliciter sumitur.

K ¶ Diuersorū regnorū.] ex hoc potissime insurgere possent multa mala, de quibus inf. dicitur: nam & cōtra ꝓmotionē vel ꝓuisionem, q̄ fieret ad dignitatem vnius regni de incola alterius regni, admitteretẗ exceptio dñi tēporalis, si promouēdū haberet suspectū de proditione terrę suæ vel cōsiliorum & secretorū suorum.arg.ff.de pœn l. si q̄s aliquid §. transfugæ.de re mili.l oē.§ exploratores. extra de re iud. petitio. ita sentiūt Inno & Host.clarius post eum de accusa.c.sup his.nam alieni regni arcana scrutari non conuenit.C. de commer.& merca.l.mercatores.
l ¶ Aut plures]puta 4.5.& vltra
m ¶ Dignitates.] Quid sit dignitas, ꝑsonatus, officiū, in quo differūt secūdum ius scriptum, uide quod super hoc not Guli de consue.c 1.li.6.Vel dic quod ista discernūtur ex institutione vel consuetudine cuiuslibet ecclesiæ: nā dignitas in una aliquādo in alia est personatus uel officium.& sic Hos.de præb.de multa.

Dignitas ꝑ q̄d discernitur

n ¶ Prioratus.] super istis prioratibus, si placet, uide ꝙ dixi de offi.or.c.præsenti.li.6.
o ¶ Curam aīarum.] intellige qualitercunque siue in foro pænitentiali, de qua cura loquitur decre. oīs. de pęn.& dic ut ibi ꝑ Host.super hoc notatur, siue in contentioso, de qua loquitur decre.dudum 2 §.tādē. de elect.de hoc per Host.de præb.de multa.
p ¶ Habentia.] sed quæ beneficia dicuntur habere curam, an illa sola, quæ eam habent actu uel solo etiā habitu, puta illa q̄ desierunt penitus parochianos habere? Car.Guli Duran.& Io.Mon dicūt de elect.licet canon.ꝙ sola illa q̄ in actu, non autem habitu Guli. autem cōtra sentit ibidem Sed aliorum opinio plus mihi placet, ut ibi dixi, & illam amplectiẗ Host. de cle.nō resi.q̄a nonnulli.qui contra hanc materiā multa quęrit ibidem, q̄ hic mihi attribuere non curo.
q ¶ Dispēsatiue.] dispēsatio dr̄ esse iuris rigorosi relaxatio.1.q.7 c.exigūt.& no.50.dist. ut constitueretur. & an sit debita ubi subest causa, & quo iure possit

Dispensatio q̄d est

b peti,

peti,& an peccet non dispẽsans vbi causa subest? vide quod not.in dictis c.ut constitueret.&,exigunt.& 50. dist.domino sancto.Sed per quem super talibus beneficijs pluribus retinẽdis dispẽsari possit? Dic breuiter q̃ ob prerogatiuam meritorum personæ solus Papa. sic intelligitur decre. de multa .§. ult. de præben. Sed ob causã utilem uel necessariam potest episcopus dispẽsare, arg. extra de conces.præb. cum nostris.§.ad hoc. de æta. & quali cap.tuam. sic not. Host. dicto ca.de multa.licet Bern. aliter ibi sentire videatur. de hoc aliàs scripsi de consue. c.1.lib. 6 ubi Gulie. hanc opinionẽ sequit: & Pet.de Samp.dicto c.de multa.& Guliel.in Spec.ti.de leg.§.videdũ. ver.sed nunquid eps. & de hoc etiam not.70 dist.c.sanctorum. & 21. q.2.si quis iam translatus.

(cum aliàs non liceret de iure [a] communi) recipere [b], & simul licite retinere: Vnde inter cætera [c] inconuenientia, subscripta [d] sequuntur: quod [e] uidelicet interdum unus, qui unicum quamuis [f] modicum vix [g] officium implere sufficeret [h], plurimorum sibi uendicet [i] stipendia [k], quæ multis litteratis uiris [l] uitæ [m] puritate, ac testimonio bonæ [n] famæ pollentibus [o], qui mendicant [p], possent abun-

a ¶ Iure cõi.] de cler.non residen.quia nonnulli. de de præb.quia in tãtum.70.dist sanctorũ, cũ similibus,

b ¶ Recipere.] sume verbũ,simul,quod seqtur.aliàs enim receptio plurium talium bñficiorum pmissa est saltem successiue,intantum q̃ receptio secundi facit ipso iure uacare primũ.de præb.de multa.& hoc intellige quo ad ipsum recipientem,non aũt quo ad illũ a quo primum beneficium habuerit, nam per illum beneficiatus in primo beneficio inuitus ex causa retineri põt,vt not.Pet.de Sam.dicto c.de multa.& Ioannes 21.q.2.si qs iam trãslatus. vel potest primum bñficiũ tanquam spoliatum ab illo repeti,ut ibi no.Ber.

c ¶ Cætera.] subaudi multa dãna vel pericula : & tũc punctabis post uerbũ , cætera. Vel põt punctuari post verbum,inconuenientia. & dices inter cætera inconuenientia.

d ¶ Subscripta.] idest,ĩ.posita.s.mala uel inconueniẽtia sequentia,quæ sunt xj numero.

Honores maiores asseq nõ pt q minorib. indign⁹ est.

e ¶ Quòd videlicet.] Primum inconueniens.

f ¶ Quamuis modicum.] multo minus sufficeret ad magnum:nam insufficiẽs & sic indignus inferiori beneficio,indignior est superiore.ff.de sena.l q. indign⁹ & cui minor honor interdict⁹ est,omnes honores maiores interdicti censentur: ridiculum enim est q̃ minorib.prohibitus,ad maiores honores vateat aspirare ff.de interdict.& releg.l.relegatorũ. §.vlt.iuxta illud, Carẽs minoribus nõ fruatur maiorib. ff.de ser.expor. l.cui pacto.24.q.1.miramur.21.dist.c.submittat.cũ similibus.& hoc verum,nisi ex causa contrariũ inducatur.extra de tornea.c.1.dic super hoc vt ibi not.

Vix, difficultatem inducit.

g ¶ Vix.] hęc dictio quandoque difficultatem inducit non tamen impossibilitatem:quia quod vix fit, tamẽ fit.ff.de iudi.l.vix certis.C. de pœnis.l.incerdibile extra de cler.non resi.conquerente. 93.dist.miramur.19. dist. memoriã.de cogna.spi. c. per catechismũ li.6. & hoc nisi in absolute phibitis vel de iure impossibilibus:tũc.n. impossibilitatẽ denotat.ff. de assignã.libe. l.vlt §.fi.de leg 1.si seruus legatus.§ qcunq;ad Velle. l.tutor.đ ver.sig l.alienationis.de mune.& hõ.l.rescr.

h ¶ Sufficeret.] C. de asses. l. nemo.de ppo.sacro scri. l.hac parte.de agen in rebus.l.agẽtes.li.12.16.q.1.presbytero .79.dist.singula ex de cler. nõ resi qa nõnulli. ex quibus iuribus & similib.fuit sumptũ qđ hic dicit.

i ¶ Vendicet.] idest,appropriet vel applicet.

k ¶ Stipendia.] plurimorũ,quod est supra,idest,plurimis debita. vt in iuribus s̃. prox. allegatis , vt sup.in glos hoc contra ius commune.

l ¶ Litteratis viris.] quib. Ecclesia Dei p maxime noscitur indigere,vt circumcincta muro inexpugnabili pugnatorum & bellatorum, &c.extra ne cleri.vel mona.super specula.§.vlt.de elect.cum in eo.lib.6.ipsorũ enim scientia est circa spũalium administrationem potissimum necessaria, & circa curam temporalẽ quã plurimum opportuna.extra de renun. nisi cum pridẽ. §. p defectu.de offi.ordi.inter cætera.vnde immerito sunt maioribus beneficijs honorandi. de præb de multa § ult. & tanquam illi qui ecclesiasticis vtilitatibus desudarunt , digni sunt prouisionibus consolandi. 12. q 2.c.ecclesiasticis.& secũdum labores suos ad meliores grad⁹ & ad meliores dignitates producendi. C.de offic præfe.præf.Afri. l.in nomine Domini. circa finem.de agen.in re.l.1.lib.12.

Castitas deputata a carnis lubrico.

m ¶ Vitæ puritate.] idest,mũditia & castitate quem deputatũ reddẽte a carnis lubrico,de qua vtpote Deo grata.32.q.5.c.1.& quasi p totum. & legi amica, & p legem laudãda.iu corpore auth.de non alie. aut permu.rebus.§.optimũ itaque.coll.1.in l.scribitur,q̃ sola est,quæ cum fiducia põt Deo animas hominum psentare.in corpore authen.de leno.§.sancimus.col.3.nec luxuriantibus, sed pudicis priuilegium legis datur. in corpore auth.quib.mod.nat effi.sui §.si qs autẽ defect⁹.coll.7.Vel potest exponi,vitæ puritate,idest,cãdore & nitore,quem depurante ab omni peccati vitio detersa eius macula,ut colligit in corpore authen de mona.in prin.coll.1. aliàs parum pdesset castitatem corporis seruare & alijs vitijs maculari, cum oĩs virtus patiat ab vno vitio detrimentum:& delinquẽs in uno factus est omnium reus.de pænit.dist.5. considetet.extra de reg.iur.desleat. vñ promouendi uita nedum honesta quo ad castimoniæ obseruationem,immo inculpabilis quo ad alia dẽt esse.in corpore auth. quomodo opor epis.§.sancimus.coll.1.25.dist.§.nunc autem. & patens esse debet alijs , ut ex eius uisione sedula exẽplum profectus sumant.2.q. 6 cum pastoris & talis uitæ puritas uirtutes inducẽs, quem pmotione dignum reddit.extra de elect.c.innotuit.§ multa.vñ alibi scribit,quod non omnes prælati pro prælatis habent:nomen.n.quem episcopum non facit, sed vita.2.q.7.§.his ita.& per contrarium,secundum beatum Gregorium sequitur,q̃ cuius uita dispicit,restat ut eius pręd icatio contemnatur.3.q.7.§.porro.

Virt⁹ oĩs ab vno vitio detrimentũ patitur.

Epis facit non nomen, sed uita.

n ¶ Bonæ famę] hoc dicit ad denotãdum quòd promouẽdus bonum testimonium habere debet, ab his etiam q foris sunt.in corpore auth.de mona. §.cogiandum.& §.ordinationem:quomodo opor.epis.§.sancimus.coll.1.& de armis.§.hanc igitur. coll. 6. & in nullo dẽt eius opinio uacillere.33.dist laici.cum æstimatio,quæ idem est quod opinio,sit illæsæ,idest,non diminutæ dignitatis status.ff.de vari.& extraor.cog. l.cognitionum. §.æstimatio. quæ multum cooperari dicitur,cum per eam nonnulla ad illuminandam ueritatem in lucem emergant. ff de quęst l.de minore. § tormẽta,& præsumptionem magnam in bonum inducit.extra de elect. innotuit §.multa.quare præferẽda est eius reseruatio quantiscunq; diuitijs.ff.si quis omis.cau.test l.Iulianus. vnde crudelis dicitur, qui eam negligit.12.q.1.nolo.

o ¶ Pollentibus.] resplẽdentibus,vel fulgentibus 12. q.1.nolo.nam tãquam luminosæ ardẽtesque lucernæ super candelabrum in domo Domini positæ fulgere dicunt iusti per uitæ puritatem,iuxta dictum Apostoli:Fulgebunt iusti,&c.extra de relig.c gloriosus.li.6. & non loci uel generis nobilitate , sed uirtute animi gratiam sibi comparare dicuntur.40.dist.c.illud.

p ¶ Qui mẽdicant.] q̃ redundare dr in uituperium mini-

ministerij ecclesiastici.93.dist. c. diaconi. extra de renũ.c.ad supplicationẽ:cuius mẽdicitatis vitatio cordi fuit huius c.conditori.vt patet per effectũ.nec mirum, quia cũ clerici in sortẽ & hæreditatẽ Domini sint vocati,& eius obsequio deputati,& diuinis obsequijs adscripti, de eius patrimonio viuere debent, & Ecclesiæ stipendijs sustentari.extra de pb. cum secundum. nam Ecclesia cuius sunt obsequio dedicati, ipsos Dño sociauit. extra depẽn presbyteri.vnde turpe est illũ vel illos videri egentes,quos quis habuit in ministros uel cõiuges. in lib.feu.de notis feu.§.1.& arg.ff.sol. mat.l. alia.de re iudi.l.sunt qui.Sed quos clericos appellabis mendicantes,an illos qui victũ habẽt,sed respectu qualitatis personarum suarum pauperes sunt? Videtur quòd illi soli mendicare videntur, qui victũ non habent, quasi aliàs paupertas nõ prosit.arg.16.q.1.vlt.extra de sent.excõ.ea noscit. de fur.c.si quis & C.de mend. ve. li.l.1.li.11.Sed dicas mẽdicitatẽ considerandã iuxta psonarũ qualitatẽ. Quid.n.si homo illustris genere vel eminentis scientiæ,habeat victũ suum,sed iuxta decẽtiã suã indumenta vel societatẽ & alia necessaria non habet,& solo victu sine dedecore status sui contentus esse non potest?negari non debet quin iste sm se mendicare dicatur arg.ff.ex qui.cau.ma.l. in eadẽ. de vsu. l.sed & si quid.de admi.tut.l. cum plures. §. cũ tutor. vbi pupil.edu.debe.l.ius alimẽtorũ.§.ante oculos. de ali.leg.l.cum alimẽta.de iur.dot.l.quæro.& l. cũ post. §.gener.de iud l.si lõgius.in fi.& l.sed & si susceperit. §.sed & si proponas.extra de præben.de multa §.vl.de simo.c.& si quæstiones 51.dist.c.nõ cogantur. pro hoc facit qđ not.Host.expresse de sent.excom.ꝙ de his,& Ber.de testi.c.si quis testium Inno.de consti.cum oẽs. in gl.vlt.& ꝙ dicam ẽt in glo. æquam intellige. ordo enim naturæ est,ꝙ nõ omnes sint æquales. in corpore auth.de mona.§.ordinatione.colla.1.quia non oẽs per oĩa,&c.C.de vete iure enu.l 1.§.1.circa fi.de offi.rect. prouin.l.potioris,nec vniuersitas alia poterat ratione subsistere,nisi ordo magnæ differentiæ eam seruaret. 89.dist.c.ad hoc potissime.cum talis mendicitas nõ sit a iure determinata : vnde arbitrarie erit cõsideranda. arg.extra de offi.deleg.de causis.ff.de leg.1.l.si domus. §.in pecunia.de iure delibe.l.1. arbitrium autem suũ firmabit iudex secundum personarũ qualitatem per iura prędicta.ff de testi.l.3.

Ecclesiæ ministerium vituperatur, si p clericos mẽdicatur.

Clerici mẽdicantes qui appellandi sunt.

de a sufficere æqua b distributione collata, habentibus ipsa paratur c vagandi d materia, diuinus e cultus minuitur f, hospitalitas g in ipsis beneficijs debita h non seruatur. Et dum

a ¶ Abunde sufficere.]Nota verbum,abunde sufficere quasi dicat non ad superfluitatem,ne mala,q̃ sequuntur insurgant,nã secundum Hieronymum , aliena rapere cõuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere pro bat.62.dis.§ hospitalẽ.& 48. dis. c.sicut hi. Et sup hoc vide ꝙ no.Host.de pb.de multa.& plenius psequitur Guliel.de rescr.statutum.§. assessorem in glo. propriũ.

b ¶ AEqua distributione.]æqua intellige iuxta qualitatẽ & conditionẽ personarũ.ꝙ prosequere vt no.tam per ordinatiã quàm per extraordinariam gl de rescrip. cũ à Deo.& 21.q.1.c.1.extra.de præb.de monachis. & signanter dicit textus,æqua,nam attenta personarum qualitate non dẽt tm̃ vni dari,ꝙ alij scrupuloso corde moueãtur.16.q.1.de decimis.hoc tamẽ intellige iuxta not.per Inno.extra de consti.c.cum omnes.

c ¶ Paratur.]Secundum inconueniens.

d ¶ Vagandi materia.]quæ periculosa potissime religiosis existit.extra ne cle.vel mona.c.vt periculosa.de pb.cum singula.lib.6.de offi.ord.quanto 16.q 1.c. monachi.& c.quidã.C.de epis.& cle.gñaliter cũ ex debito teneantur esse in claustro saltẽ administrationẽ nõ habentes:finganturq; sine illo viuere non posse,sicut piscis sine aqua,eadẽ cã & quęstione,c.placuit. Clericis secularib.est ẽt inhibita.extra de præb.quia intantum cum nõ debeant deesse horis canonicis in ecclesijs,in quib.sunt beneficiati.91.dist.Eleutherius. & multis c. seq.aliàs puniuntur,vt ibi.Sed pone clericũ beneficiatum residentem in beneficio habere aliquod priuilegium,quia residet:per det ne illud si vagari incipiat? Dicas & sic.C.de epi.& cle.l.gñaliter canonizata.16.q. 1. & gñaliter & videtur expressum. C. de domesti. & protect. l. si quis domesticorum. lib.12.ibi not.& argu. ff.pro soc.l. actione.§. item qui societatem. ff.de iud.l.2.§.item si. ex quib.cau.ma.l.miles.& l.sicut.§.tamdiu.C.de testa. mili.l sancimus,quib. non ob lon. tẽp. præscr.l.sancimus.Quid autem si se excusare nitatur dicens se habere licentiam vagandi à prælato,vel de consuetudine, quam allegat super hoc introductã, proderunt ne sibi talia?Dicas ꝙ nõ,per ea quæ no.per Inno de cler.non resi.ex tuæ. Itẽ cum sæcularis clericus in pluribus locis domicilium possit habere.ff.ad municip. l. assumptio.§.iuris.extra de rescr.dilectus 2.de foro comp.ex parte B.vbi in dubio pręsumitur habere domicilium? Dicas ꝙ in loco beneficij,ad cuius residentiam tenetur.Regularis autem prælatus in solo monasterio suo domicilium reputatur habere,secundum Inn.not. de priuil.ex ore.& quicunque in loco domicilij reperitur pręsumitur à locis alijs ex causa probabili fore absẽs. ff.de fideicom.lib.l.si cum seruum.§.vlt.& per contrarium absens à loco vbi residere tenetur,malitiose esse absens præsumitur,nisi aliud constet,vt no.Inn. de eo qui mit.in pos c.si aduersarius.Et per hoc videtur ille vagabundus reputari , qui à loco in quo assiduus habet esse,aberrat,vt in d. l. si quis domesticorum & C.de deserto.& occul.l.1.lib.12.

Religiosus extra claustrũ fingit viuere non posse.

Clericus priuilegiatus qa residet, si vagari incipiat, illud perdet.

Domicilium clerici in dubio vbi psumitur.

Vagabundus qs dicitur.

e ¶ Diuinis.] Tertium inconueniens.

f ¶ Minuitur.]qui deberet potius augmẽtari. extra de constit.ex parte,de rescrip.quia per ambitiosam.lib.6. nam & diminutio diuini cultus facit reuocari licẽtiã de nõ residendo à prælato obtentã.de cler.nõ residen. cum ad hoc.sicut alia necessitas ecclesię.no.Innoc. de cler.non residen.tuæ.& magnus fauor ei , debetur,nã ipsum turbans capituli sententia damnatur , secundũ legem.C.de ijs qui ad eccles.confug.denuntiamus. de epis.& cler.l.si quis in hoc genus.

g ¶ Hospitalitas.]Quartum inconueniens de ista hospitalitate vide ꝙ legitur & no.42.dist.c. hospitalem.

h ¶ Debita.]intellige solita & congruens,iuxta quãtitatẽ prouẽtuum beneficij sic not.Host.de præb.de monachis.Per hoc autem ꝙ dicit,debita,videtur innuere,ꝙ necessitatis,nõ tm̃ voluntatis est hospitalitas : & in beneficiatis hoc certũ est 85.dist. Florentinũ. & 41. dist.§.1.& quicquid habet eclesia,&c.16.q.1.qm̃ quicquid no.Ber.d.c.de monachis.Sed quid de alijs , puta laicis & clericis nõ beneficiatis,est ne quo ad eos necessitatis?Ber.innuere vr̃ ꝙ sic,intantum quod excommunicari possint,nisi hospites recipiant.22.dist.§.hinc etiam.no.de empt.& vend c.1.Inno. tamen contrariũ ibi no.Host.autem videtur applaudere opinioni Ber. dicens,ꝙ non sufficit soluere integram decimam,nisi de nouem partib.eis remanentibus eleemosynam faciant.16.q.1.reuertimini.85.dist.c.non satis. Tu potes dicere,ꝙ illi in foro cõtentioso nõ dicuntur astricti ad hospitalitatẽ,cũ per legẽ nullus benefacere sit cogendus,cum coactus nullum meritum cõsequeretur. 23.q.5.fidẽ.45.dist.ca.qui syncera. & c. de Iudęis.nec bonus inuitus quis efficitur.23 q.6.c. vides , & sic põt saluari opinio Inno.Sed in foro animæ secus dicas,cũ misericordiã exercere omnibus sit pręceptũ.d.c. non satis,& ex pręcepto legis quis tenetur diligere proximum ad id,ad quod seipsum , idest ad humanum genus,extra de maio.& obed.c.dilecti.Pręmissa etiam dicas in hospitalitate charitatiua:ad aliam.n.clerici non tenentur.extra de immu.eccl.ca.1.de episc.& cler.l.1. nisi

Hospitalitas an sit necessitatis.

Laici an sint ad ad hospitalitatem adstricta.

nisi in cōcessione possessionis facta Ecclesiæ cōcedens albergā vel hospitiū sibi retinuisset: tunc enim secus. arg extra de censi c 1 & c quanto. 18. q. 2 c. seruitium. ff. de pac. in venditionibus. cum simi.

a ¶ Rectores] singuli in beneficijs residentes.

b ¶ Detrahitur commodis.] Quintum inconueniens; & talis detractio est vitanda cum ad cōtrarium, scilicet ad procurandam ecclesiarum vtilitatem clerici sint adstricti 12 q. 2. fine. & extra de reb. eccl. non ali. dudum. lib. 6. & c. si quis. C. de sacrosan. eccle. auth. hoc ius. 10. q. 2 hoc ius.

non sunt sui in vnaquaque regione rectores,[a] ecclesiarum detrahitur[b] commodis &[c] honori, quæ[d] carentes defensorum[e] auxilio in[f] iuribus suis & libertatibus[g] multipliciter[h] collabuntur[i], & ruinis[k] patent ædificia[l] nobilia[m], quæ magnificentia[n] extruxerat[o] decessorū[p]: & (quod[q] amarius[r] est dolendum[s]) animarum cura negligitur[t], & vitiorū[u] sentib.[x]

c ¶ Et honori.] Sextū inconueniens & talis honor nō est prætermittendus, immo quandoq; lucro pecuniario præferendus. ff. si quis omis. cau. testa. l. Iulianus.

d ¶ Quæ.] scilicet Ecclesiæ.

e ¶ Defensorum.] sine quibus nihil in præiudicium Ecclesiæ attentari potest extra ne se. vac. 1. de reb. eccl. non ali. dudum li. 6 & arg. C. si aduer. rem iudi. l. cum & minores. cum simi.

f ¶ In iuribus suis.] collabunt̄, quod est infra, & est septimum inconueniens, & per hoc quod dicit iuribus. cōprehendere videtur bona quęcunq; sint mobilia, vel immobilia: vel per se mouentia, corporalia vel incorporalia. arg. C de sacrosan. eccl. l. iubemus c. de quadrien. præscrip. l. 2. de pscript. xxx. vel xl. ann l. si quis in rem. Insti. de reb. corp. & incorp circa finem.

g ¶ Libertatibus.] Octauum inconueniens, & in quib. cōsistant libertates Ecclesiæ, vide quod not. per Inno. de sent. excom. c. nouerit.

Ecclesiæ iura per duo depereunt.

h ¶ Multipliciter.] hoc dicit, quia quādoq; iura Ecclesiæ depereunt ex negligentia beneficiati, de qua scribitur ꝙ oīa lædit, in corpore auth. de quęsto. §. hæc omnia. colla. 6. & eruditionis nouerca dicitur. 84. distinct. c. nihil. q̄nque ex indebita occupatione seu inuasione aliorū. 12. q. 1. quicunq; militum. 3. q. 1. redintegrāda.

i ¶ Collabuntur.] idest, in totum vel in partē pereunt seu damnificāt. simile verbum. C. de admini. tut. l. lex quæ tutores circa medium.

K ¶ Et ruinis.] Nonum inconueniens Et cum ex talibus ruinis publicus deformetur aspectus, ff. ne q̄d in loco pub. l. 2. §. si quis neminē, & l. vlt. extra de ele. c. fundamenta. §. dignæ. itaq; vitādæ sunt, vt ibi. & C. de ędi. priua. l. 2. de ope. pub. l. intra. & ideo marmora vel columnæ domus etiam per dn̄m eius legari vel in terminos alienari non possunt. ff. de leg. 1. cætera. & d. l. 2.

l ¶ AEdificia] quæ forent potius reparanda, & in suo bono statu cōseruanda. de ele. generali. lib. 6. & patent expressius. C. de admi. tu. l. lex q̄ tutores. circa mediū. & hoc citius q̄ noualia opera inchoanda. per hoc enim plurimū laudis acquiritur, si ędificia collapsa vetustate vel desidia derelicta vel aliàs inchoata īperfecta, pficiātur. C. de ope pu. l. vlt. & arg ff. eo. l. opus, & l. vlt.

Turres & mœnia dicuntur ędificia nobilia.

m ¶ Nobilia.] qualia possint dici illa ex quibus expugnari possunt inimici, vel ex quib. patens est tuta defensio contra eos, vt sunt turres, mœnia & alia fortalitia, de quibus loquitur c. Pisanis. extra de resti spol. & C. de offi. prefe. præto. l. in nomine Dn̄i Et possunt dici nobilia iuxta vsum loquēdi cōem arg. ff. de flu. l. 1. §. 1. de fun. instr. l. cū de lanionis. § asinam, quia ad conseruationē nedū rerū, immo & humanorum corporum sunt constructa, quę dicuntur nobilissima creaturarū. ff. de ędil. edi. l. iustissime. Vel dicūtur nobilia propter sui pretiositatē & valorē, licet modicū annui redditus afferentia. de quibus loquitur lex in corpore auth. de non alie. §. si vero alicuius. colla. 2. C de sacrosan. ecc. auth. perpetua. ver. ꝙ si res pretiosa Sed iuxta hoc pōt quæri, vtrū priuato liceat facere talia ędificia, vel habere? Breuiter dicas ꝙ in limine impediri nō licet. C. de fun. lim. l. 2. li. 11. & d. l. in nomine Dn̄i. Sed an alibi possit; Dic ꝙ ad ęmulationē alicuius alterius, si materiā seductionis inducat, nō licet. ff de ope. pu. l. opus. aliàs autē licitum est, C. de ędi. priua. l. per prouincias, & ibi no. in d. l. 2. Quid autem præsumetur in dubio? Dic quod presumetur non ad inuidiam vel æmulationem facere, arg. d. l. per prouincias iuxta l. merito. ff. pro soc. cum ibi no. & argu. eorum quæ not. ff. de dam. infe. l. flumi. num. §. vlt. Si autem non licet, vt dictum est, noua ędificia vel fortalitia talia facere vel habere: sic nec prius facta nec habita licium est incastellare vel propugnaculare: & si cōtra factum est, conditione ex dictis iuribus vel officio iudicis agi pōt p quēcunq. cuius interest, vt ipsa ī statū pristinū reducantur, vt no. Inn. c. Pisanis. & Host. post eū.

Tuerei habere ia liceat in priuato.

n ¶ Magnificētia.] id est magnaminitas, vt colligitur de supl. negl. præla. c. grandi. lib. 6. simile verbū in psal. Quoniam eleuata est magnificētia tua, &c & in corpore auth. hæc constitutio. in fi. de litigio. in fi. colla. 8 vel expone magnitudo. C. de offi. præf. præt. l. in noīe Dn̄i. alibi reperies diuersa nomina, quæ attribuunt̄ alicui præsidenti, quasi in fi. oīum constitu. in corpore auth.

Ex, nō sit priuat.

o ¶ Extruxerat.] idest construxerat: syllaba enim, ex, hic nō priuat, sicut nec in Euangelio. Et quædam mulier Martha nomine excepit eum, idest suscepit, & extra vt lit non contesta. quoniam frequenter. §. quod si super. C. vbi in rem actio. l. 2.

p ¶ Decessorum.] Quandoq; ponitur decessorum, q̄que prædecessorū, q̄nq; antecessorū. C. de ope. pu. l. vlt. quod dic si placet, vt dixi in proœmio domini Ioannis Papæ xxij super constitutionibus Clementis.

q ¶ Et quod.] Decimum inconueniens.

Animæ omnibus pferendæ.

r ¶ Amarius.] idest periculosius, cum animæ & ipsarū cura sint rebus omnibus p.æferendæ. C. de sacrosan. eccl. l. sancimus.

s ¶ Dolendum.] cum sanguis, i. conscientiæ subditorū de præsidentium negligentium manibus requiratur. 43. dist. Ephesijs. extra de offi. ord. irrefragabili. de reg. iur. quamuis. cum enim ratione officij ad animarum custodiam teneantur, præsumitur contra eos si pereant. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. vlt. cum ibi no. & ad hoc ff. loca. si quis domum. §. Imperator. extra de offi. archi. ea quæ.

t ¶ Negligitur.] talis negligentia cōtra negligentem peccatum mortale inducit. 8 . dist. c. dictum extra de offi. archi. ea quę vbi de hoc.

u ¶ Et vitiorum.] Vndecimum inconueniens.

x ¶ Sentibus.] si habes sentibus, potes exponere, idest incentiuis vel inflāmatiuis occasionibus, iuxta illud vulgare quo dr: Opportunitas quē peccare, facit quæ opportunitas est vitāda. de ele c. fundamenta. de sta. reg c. 1. lib 6. 18. q. 2 de animus. de cohab cler. c. 1. C. de epis. & cle l. eum qui. ff. de vsu & hab. nō aliter cū sim. Si habes cœtibus, expone i coadunationib. vel societatibus. sic sumitur extra de iudi c mulieres lib. 6. & illis est via præcludenda, iuxta illud

Si non vis calui, fugias consortia calui.

Mors per sensus ad animam intrat.

28. q. 1 c. sępe malorū. ff. de ser. cor. l. 1 § psuadere de in iur. l. itē apud §. appellare. & seq & sic secūdū hoc verbū cętibus, in mala parte sumitur: alibi sumit̄ in bona. C. de profes qui in vrb. l. 1. lib. 12 Si habes, sentibus, pro ut est cōis littera; tunc planū est, & expones, sensib. scilicet quinq; corporalibus p quos tāquā per fenestras mors ad animā intrat, secundum beatum Ambrosium.

¶ Fo-

a ¶Fomentum.] idest nutrimentum.
b ¶Periculose.] vt puta animæ præiudiciale.simile de pœn.dist.1.periculose.
i ¶ Prospicere.] præsidentis. n. Ecclesiæ regimini incumbit officio, vt non solum de animarum salute: verum etiam de extrinseca vtilitate & cautela sciat esse solicitus. 39. dist. Petrus 86 dist. c fratrem.

K ¶ Ac scādalis.] ad hoc extra de præscr. nihil & in proœmio. li. 6. §. 1. in corpore auth de qō. in prin. coll. 5.

l ¶ Huiusmodi.] scilicet vicariatus seu alterius cuiuscunque officij.

m ¶ Celeriter.] ad hoc extra de accus. prælatorum.

n ¶ Obuiare.] futura. n. præcauēda sunt prout possunt. ff loca. si quis demum § 1. extra de ele. c. licet. de ser. non ord. c. 1. vbi de hoc 23. dist. in nomine Domini, nā & exempla præsentia nos cauere præmonent in futurum. 82. dist. c. plurimos. in fi. Vel dic quod de p̄senti quid faciendum est, ne malum insurgat quod in futuro posset insurgere: aliàs aūt humanæ naturæ non est an futurum bonum vel malum contingat, scriptū est. n. Non est vestrum noscere tempora vel mometa, &c. cum nec per humanam custodiam consequi possit, ne damnum vel malum euenire possit. ff. locati. l. sed damno. quia solius Dei est p̄scire futura. 26. q. 5. quod autem.

Futura non sunt in cognitione humana.

inuolui [a] criminibus, nec diuinæ maiestatis formidantes offensam [b].

¶ Quia [c] igitur error, cui non resistitur, approbari [d] videtur, & latum [e] pandit [f] delinquentibus sinum [g], qui eorum peruersis conatibus non resistit [h]: Nos volentes nostris & Ecclesiæ sponsæ nostræ iuribus & honoribus in hac parte prospicere [i], & malis ac [k] scandalis, quæ ex retentione, assumptione, seu resumptione huiusmodi [l] orta sunt hactenus, & quæ periculose possent in antea suboriri celeriter [m] obuiare [n], necnon periculis [o] animarum huiusmodi retinentium, assumentium, seu resumentium nomina [p], & eis abutentium (vt præfertur) salubriter [q] occurere cupientes, præsentium auctoritate monemus [r] sub excommunicationis [s] pœna omnes & singulos cuiuscunque status, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis existant [t], etiam si Patriarchali vel quauis alia [u] superiori, seu episcopali [x] vel regia, seu alia [y] quacunque præfulgeant dignitate, qui post vacationem [z] imperij absque

o ¶ Periculis animarum.] istis specialiter occurrendū est. argu. extra de sepul. ca. animarum. lib. 6. qui nimis emungit, sanguinem elicit. 4. distinct. denique. extra de renun. nisi cum priden. §. propter malitiam cum ipsæ sint rebus quibuscunque præferendæ. C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. in fine.

Sāguinē elicit qui nimis emungit.

p ¶ Nomina.] scilicet vicariatus vel alterius cuiuscunque officij.

q ¶ Salubriter.] hoc dicit, quia nimia increpatio nec correctionem recipit, nec salutem, & leuiter castigatus de facili reuerentiam exhibet castiganti 45. dist. cum beatus. ff. ad legem Aquil. l. nam nimia iuxta illud.

Correctio fit moderata.

Qui nimis emungit, solet extorquere cruorem.
Immoderata facit correctio deteriorem:
Sed moderata satis correctio gignit amorem.

r ¶ Monemus.] hoc ideo, quia vindictam habet monitio p̄cedere. 12. q. 2. indigne. extra de sen. exc. sacro.

s ¶ Sub excommunicationis pœna.] canonis, non sententiæ, sunt hæc verba in hoc casu.

t ¶ Existant.] simile extra de ele. c generali. & c fundamenta. §. vt autem, de immu. eccle. c. clericis §. nos igitur lib. 6. cum similibus.

u ¶ Alia superiori.] quæ hæc sit dignitas superior patriarchali, non occurrit, nisi dicas de dignitate Cardinalatus, & s̄m hoc est iste textus, & sequens in argumentum, quod dignitas Cardinalatus est maior Pōtificali, licet per aliquos dici consueuerit, quod episcopalis dignitas sit maior quàm dignitas Cardinalatus.

Cardinalatus an sit maior pontificatu.

x ¶ Sine epali.] aliàs pontificali, præmittit dignitates ecclesiasticas temporalibus, de quibus sequitur, vt denotet ipsas digniores esse t̄palibus arg. de transla. epi sc. inter corporalia, & de maio. & obed. c. solitæ. 16. di. duo sunt nam ex ordine tex. sumi argumentatio consueuit in corpore auth. de hære. & fal. §. inordinatū. coll. 9. C. de nouo Cod. fac. § pen. ver. seruus quidam, & c cum multis similibus

Dignitates ecclesiasticæ sunt temporalib. digniores.

y ¶ Alia quacunque.] quæ multiplex potest esse, vt patet de elect. fundamenta. §. vt autem, de immu. eccle. c. clericis. §. nos igitur. lib. 6.

z ¶ Vacationē imperij.] de retinentibus ergo vel assumentibus, vel resumentibus nomē alicuius officij super imperio non vacanti, non hēt locum hæc constō, cum tūc sit imperator, qui tales potest cohibere: nec tunc ecclesia Romana in iure suo lædi dicatur, cum tunc regimen imperij ad eam non spectet, pro cuius conseruatione fuit edita principaliter præsens constitutio, vt patet in hoc §. & etiam præcedenti.

a ¶ Nostra

nostra a vel sedis prædictæ licentia huiusmodi vicarij seu cuiuscuis alterius officij nomen vbilibet b retinuerunt, assumpserunt, seu resumpserunt, & retinent: & qui assument, vel resument forsassis in posterum, & sub talis donationis pallio c abusi sunt, & abutuntur, vel etiam abutentur potestate vel iurisdictione quacũque d seu eius exercitio e publice vel occulte, quatenus decætero f etiam à denominatione huiusmodi g seu cuiuscũque h asumptione, resumptione ac retentione prædictis, necnon vsu, potestate & exercitio supradictis prorsus i abstineant, & omnino desistant: Inhibẽtes k insuper sub pœna l prædicta omnibus & singulis patriarchis, prælatis, & etiam alijs superioribus ac regibus, ciuitatibus m, comitatibus, vniuersitatibus, capitaneis, potestatibus, rectorib comitibus, uicecomitibus, baronibus, & alijs omnibus cuiuscunque sint dignitatis, conditionis aut status n, ne prædictũ huiusmodi nomen seu aliud quodlibet in eodem imperio o retinentes (ut præfertur p) aut assumentes, uel eorum aliqui sub denominatione q, uel titulo huiusmodi nominum, seu procuratores, commissarios, iudices, aut uices eorum gerentes quocunque colore quæsito r recipiant uel admittant: nec ut uicarijs seu uicario aut officialibus imperij pareant s, uel intendant, aut pareri uel intendi faciant t uel permittant u, nec in his x eis uel ei quomodolibet præstent auxilium, consilium, uel fauorem y: Alioqui in omnes & singulos patriarchas, prelatos, & superiores, & inferiores reges, & ceterosdenominationẽ prędictam (ut præmissum est) retinentes, assumentes, seu resumentes, ac illius z prætextu exercentes a quæcunque officia, potestates b seu iurisdictiones, & recipientes eos ut uicarios c uel officiales imperii, aut cõmissarios eorum d, ut e

a ¶ Nostra vel sedis.] eadẽ vr̃ esse licentia Papæ & sedis Apostolicæ, vt sup. dixi, ꝙ vbi ipse, ibi sit & sedes, vt dixi in c. ad onus, & plenius in c. execrabilis, licet per aliam factam adiectionẽ, s. beneplaciti vel volũtatis inducat differentiam inter ista, vt colligit. ff. loca. l locatio pcarij. extra de rescript. cap. si gratiose. lib. 6.

Vbilibet, locum designat.

b ¶ Vbilibet.] idest, vbicunque, hoc. n. aduerbium est loci designantium, vt dixi in ca. ad onus, in verbo, vbilibet.

c ¶ Pallio.] idest velamine seu colore, vt in parte præcedenti.

d ¶ Quacũque.] denotat hoc verbum abusum.

e ¶ Exercitio.] meri vel misti imperij, vel simplicis iurisdictionis. arg. ff. de iurisd. om iud. l. imperium.

f ¶ Decætero.] respicit futurũ tps, non pteritum, super quo vide quod notanter dicit Host. extra de spõ. duo. c. vlt.

g ¶ Huiusmodi.] scilicet officij.

h ¶ Cuiuscunque assumptione.] sup hoc verbo est sequenda expositio, quam feci supra proxi. §.

i ¶ Prorsus.] hoc verbum & sequens oĩno denotant ꝙ totaliter & in totum à prædictis abstineant.

K ¶ Inhibentes.] post tales inhibitiones dignum est detrimentũ vetitos sustinere, extra de constit. ca. 1. Et super tali inhibitione vide quòd not. 30. dist. c. nulli fas, extra de ele. c. generali. li. 6.

l ¶ Pœna prædicta.] s. excõmunicationis.

m ¶ Ciuitatibus.] talis inhibitio facta ciuitatibus, & alijs de quib. sequitur, facta cẽsetur ipsis ciuibus, vel cõmunitatem aut vniuersitatẽ cõstituẽtibus. arg. ff. de leg. 1. l. si hæres. §. vicis, & l. ciuitatib. de v sufr. leg. l. legatũ ciuitati, iuncta l. 2. de reb. dub. nam ciuitas, cõitas, vniuersitas de se (cum sit quid inanimatum) alicuius inhibitionis vel censuræ ecclesiasticæ capaces nõ sunt. arg. de sent. excom. c. si sententia. § cum verbo. lib. 6. & not de exces præl. c. tanta, & arg ff de condi. & demon. l. municipibus vnde ea quæ in facto consistunt, per eos expediri nequeunt: quare per ipsarum mẽbra habent expediri arg ad hoc C de appa. præf. præt. l. cornicularij lib. 12. de excu mun. l maximarum lib. 10. de aduo. diuer. iud i l. restituendo, sic sentit Inno de sent. excom c. Romana. circa finem.

n ¶ Aut status.] simile de censi. c. felicis. §. 1. lib. 6.

o ¶ Imperio.] scilicet vacanti, vt supra.

p ¶ Vt prefertur.] scilicet sine licẽtia sedis Apostolicę.

q ¶ Denominatione.] idest appellatione tantum, & nuncupatione.

r ¶ Quæsito.] simile de elect. auaritiæ lib. 6.

s ¶ Pereant.] idest obediant.

t ¶ Faciant.] quia tunc perinde videtur ac si per se facerent. arg. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. deiecis. se de admin. tut. l. ita autem. §. gessisse. de reg. iur. cap qui per alium.

u ¶ Permittant.] Videtur ergo quod communitas vel vniuersitas se super hoc debeant opponere: & hoc potest dici verũ contra illos quos cohibere potest, & sup hoc vide quod not. ff. de reg. iur. l. culpa caret.

x ¶ Nec in his.] scilicet cuiusque nominis, officij assumptione, retentione, resumptione, vel aliàs iurisdictione, imperij vacantis exercitio, vt supra

y ¶ Vel fauorem.] qualiter in talibus vel similibus fauor præstari dicatur, vide quod not. Guliel. de hæret. quicunque lib. 6.

z ¶ Illius.] scilicet denominationis.

a ¶ Exercentes.] per solam denominationem prædictam non incurritur pœna sequens 1, cum sola denominatio non ita sit Ecclesiæ Romanæ præiudicialis, sicut cũ ad tale exercitium peruenitur: nec per exercitium etiam incurritur, nisi prætextu talis denominationis fiat, vt valet per hunc tex. vnde si suo iure proprio, puta ex titulo ab Imperatore uiuente obtento quis exerceret aliquod exercitium, nõ incurreret pœnam sequentem 1, cum ratione vacantis imperij nihil exerceat, ꝙ iste textus exposcit: & pœna non est in dubio exaggeranda arg de pænit. dist. 1. c. pœnæ. ff de pœn. l. interpretatione

b ¶ Potestates.] hoc verbum in persona magistratus imperium denotat. ff de verb sig l. potestatis, de iuris di om iud. l imperium, vnde in quibusdam regionibus, vt in Italia, iurisdictioni præsidentes Potestates appellantur, simile reperies de electio. fundamenta. § vt autem lib 6.

c ¶ Vt vicarios.] per hoc verbum dicas, quod recipiẽtes tales nõ vt officiales imperij vacãtis, sed vt alios, non incurrerent pœnam quæ sequitur per hunc textum, & per ea quæ supra proxi dixi.

d ¶ Eorum.] s. exercentium iura vacantis imperij.

e ¶ Vt talium.] igitur commissarij ipsorum nõ vt talium,

1 Vt contra mentẽ istius constitutionis, que dẽ aliquis sibi vsurpare nomen dignitatis, q̃ nec hre nec exercere pot, iurib. alleg. in verbo, in. volui Fõ.

Aliud videtur cõtra text. in § sane, & §. qui igit vbi di totalis dispositio oium iurium imperij, per mortem Imperatoris deuoluitur ad Papam, & officia viuentem imperatorem commissa nõ possũt eo mortuo geri sine licẽtia sedis Apostolicæ, iũ gl. in ver. commissione. allegat bona iura in cõtrarium. Fon.

tium, sed ut aliorum, puta iure suo vtētium pœnæ infra positæ non subijciunť: cessante tamen in his præcedentib. fraude, quia fraus patrocinari cuiquam nō debet. arg. ff de rei ven. l. in fundo. extra de priuileg. quanto. & c. ex parte. cum similibus.

a ¶ Vt talibus.] secus ergo ut aliis.

b ¶ In hoc.] scilicet exercitio iuris imperij uacantis.

c ¶ A die datę.] currunt ergo hi duo mēses a tempore talis datæ, quia forte eadem die fuit præsentis cōstitutionis facta publicatio, vt sic iuri communi conueniat quod hic dicit, quo cauetur constitutionem principis a tempore publicationis post duos menses quē ligare. in corpore authen. ut factæ nouæ constitutiones. coll. 5. si enim aliter dicetes, tunc sequeretur, ꝙ ante quis ligaretur ex plenitudine potestatis principis. alle. de iud. c. 1. clem. 5. Vel ꝙ forte ista ignorantia feratur contra iura. C. de tab. l. generali. li. lib. 10. extra de consti. c. cognoscentes.

talium, & in parentes seu obedientes eis, ut [a] talibus, aut præstantes in hoc [b] sibi consilium, auxilium uel fauorem, nisi intra duorum mensium spatium à die [c] datę præsentiū numerandum penitus resipuerint [d], uel se licentia sedis Apostolicæ super hoc osten derint communitos [e], excommunicationis [f] in singulares [g] personas & in terras & loca [h] ipsorū & quaslibet communita tes [i], uniuersitates, ciuitates, aut villas interdicti sententias de fratrum nostrorum consilio publice [k] promulgamus: Contra [l] eos nihilominus spiritualiter & temporaliter grauius processuri [m], prout inobedientia eorum exegerit [n], qualitas [o] facti suaserit, & uiderimus [p] expedire. ¶ Et [q] ut quibuslibet parendi [r] talibus [s] tollatur [t] occasio: oēs & singulos, qui huiusmodi uicariatus [u]

d ¶ Resipuerint.] referēdum est istud verbum tam ad ipsos exercentes, quā ad eos ut tales recipientes, quā commissarios eorum ut talium, quā etiam in parētes eisdem ut talib⁹, uel præstātes in hoc sibi auxiliū, &c. & dic, resipuerint, idest, abstinuerint seu destiterint.

e ¶ Communitos.] illi ergo cōiti a pœna sequenti sunt liberi, ne aliàs principali auctoritate circumscripti uideantur, quod esse non debet. C. de his qui veniæ ta impetrauerunt. l. 1. & ne aliàs inde nascanť iniuriæ, unde iura nascuntur. C. unde vi. l. meminerint. extra de accus. qualiter. Sed pone ꝙ de tali cōmunione non fuisset hic facta mentio, & essent aliqui hic ꝓhibita faciētes, sedis tamē Apostolicę licentia communiti: incurrerent ne istam pœnam quæ sequiť? Credo ꝙ nō, quia aut habuissent talem licentiam ante hanc constitutionem, & tunc ꝑ eam tuti sunt, cum de illis hic nō esset facta mētio. arg. extra de capel. mona. ex parte. & quia talis licētia durare videtur donec sit reuocata. arg 25. q. 2. c. 1. 2. & 3. C. de præscrip. l. fallos Si ro post, idem: q̃a huius c. conditor sibi uel successoribus suis manus non ligauit per hanc constitutionem, quin talem posset licentiam concedere. argu. extra de elect. innotuit de præben. dudum. lib. 6 ff. de lega 1. si quis. in princ.

f ¶ Excommunicationis.] scilicet maioris: illa. n. in dubio inflicta uidetur. de sent. excom. c. si quem.

g ¶ Singulares ꝑsonas.] in singulos igitur fertur sententia excommunicationis, quę de sui natura animas percutit. extra de reb. eccle. non alie. si quis presbyterorum. Et ideo in locum uel uniuersitatem non fertur, cum anima careant. de senten. excom. Romana. §. cum uero. lib. 6.

Excōicatio non ferť in locum.

h † Loca ipsorū.] Not. igitur ob alicuius delictū terrā vel loca suæ iurisdictioni subdita interdicto ecclesiastico subijci posse. simile de off. deleg. sane quia. de spon. c. non est. & sic unus pro alio punitur. super quo vide ꝙ plene no. 1. q 4. in summa & plenius ꝑ Gar. de usur. c. usurarū. li. 6. Intellige tamen hic terras vel loca ipsorum reputari, non ratione plenę ꝓprietatis tātū, sed superioritatis iurisdictionalis. arg extra de vita & hone. cler. ex litteris. de Iudæ. cap. cecidit. §. cū autem, cle. 5. & clarius ad hoc de postul prǽla. c. 1. cum ibi no. in gl. quæ incipit, bona fuit interpretatio.

i ¶ Communitates.] super hoc verbo & sequenti dic ut dixi sup. in verbo, ciuitatibus.

k ¶ Publice.] ad tollēdam oīs ignorantię excusationem. arg. ff. de instit. act. l. sed & si quis. §. proscribere. extra qui mat. accus. pos. ca. ult. de Iudæ. quorūdam. & ç. in nōnullis. cum simil. & ex quo talia fiunt non est necessarium, ea singulorum auribus inculcari. 16. dist. c. quod dicitis. extra de postula. cap. 1. Vel dic publice, ad tollendum oīs suspicionis scrupulū. arg. ff. de ritu nup. l. ult. de admi. tu. l. non existimo. extra de cland. despon. cū inhibitio. ut eccle. benefi. c. 1. & super hoc uide quod not. 32. q. 4. c. nemo.

l ¶ Contra eos.] scilicet tam singulos, de quibus præmisit, quàm vniuersitates.

m ¶ Processuri.] hoc dicit ad denotādum, ꝙ ꝑlatus vtroque gladio potest Ecclesiæ suæ iura tueri. ext. de sent. excom. lib 6.

Ecclesiā gladio ꝑlat⁹ utroque tueť.

n ¶ Exegerit.] Nam crescente contumacia, crescere dēt & pœna. extra vt lit. non contest. qm̄ frequenter. §. vlt, ipsaq; cumulari facit pœnam. ff. de pœ. relegari.

o ¶ Qualitas facti.] quæ de se maiorē non minorem pœnam infliniget. facit ff. de pęn. l. aut facta. §. qualitate. de pęn: dist. 1. aut facta. §. qualitate.

p ¶ Viderimus expedire.] scilicet arbitrarię, cū idē excessus magis sit in uno quàm in alio puniendus, attentis multis, quæ recitantur. extra de homi. sicut dignum. ff. de incen. rui. nau. l. Pedius. §. 2. de pœ. l. respiciendum. § delinquit.

q ¶ Et vt quibuslibet.] Quarta pars.

r ¶ Parendi.] idest, obediendi.

s ¶ Talib.] scilicet iura Imperij vacantis exercentibus sine licentia sedis Apostolicæ

t ¶ Tollať occasio.] Nota tollēdā occasionē in malū.

u ¶ Vicariatus nomē.] Quid igiť si quis sit adstrictus per iurm̄ fidelitatis retinendi, assumēdi, uel resumēdi aliud nomē officij q̃ vicariatum: nūquid vř absolutus hic a tali iur°? ř quod non, cum de hoc mentio hic non fiat, nec aliud nomen officij repetatur, nec ētattenta mente conditoris uolentis conseruationi iuris Romanæ ecclesiæ prouidere, & tollere occasionem parendi talibus. Credo contrarium, cum textus dicat, talibus, & š. expressum fuerat, qualecunque nomē officij exercētibus: aliàs nisi sic dicas, videreť hic talis parēdi occasio imperfecte sublata, si quis remaneret ligatus tali iuramento aliud nomen allegan. quam uicariatus: inde principis cōstitutio uidereť quid imperfectū continere: contra legem, si quis seruum C. q̃ mi. non pos. lib. 12. & esset in potestate uolentis exercere officium imperio uacante, mutato nomine uicariatus illud sub alio noīe retinere: & sic hæc constitutio delusoria redderetur, contra iura. ff. ne quid in loc. publ. fiat. l. vlt. de iud. l. si prior. C. de bo. quæ lib. l. vlt. §. vbi aūt. Non obstat expssio hic facta de isto uicariatu: q̃a aliud quodcunq. nomē officij superius expressum, hic dēt intelligi repetitum. argu. ff. de uerb. obl. l. Titia. §. idem respondet. de leg 1. l. talis scriptura. §. vlti. vel expresso hoc nomine uicariatus, omnia

illa

alia in quibus eſt eadem penitus ratio, pro expreſſis & cōprehēſis haberi dēnt. Sicut & nomen procuratoris, comprehendit ſub ſe omnia nomina, per quæ qs alienæ adminiſtrationi ſe poterit ingerere. 1.q.3. Saluator. ſicut & nomē curatoris comprehendit tutorem etiam in pœnalibus, in caſu ubi eſt eadē ratio. in corpore auth. ut hi qui obli. ſe ha. perhibent res mino. §. 1. & ibi not.coll.6. & hunc intellectum innuit textus cū dicit, uicariis uel officialibus.

Procuratoris nomē multa cōprehendit.

a ¶ Iuramento fidelitatis.] ad quæ capitula adſtrictius reputetur quis ex tali iuramento, legitur in lib. Feudorum. in titu. de forma fidelitatis. & 22.q.5.cap. de forma. & illa capitula plene reperies proſecuta ꝑ Hoſt. in ſumma de feud. §. quid ſit fidelitas.

b ¶ Quantū ad hoc.] ſcilicet quo ad non parēdum talibus: non ergo quo ad alia tali iuramento quis uidetur abſolutus, ut dixi aliàs in ſimili uerbo, in c. ſuſcepti §. ulti.

c ¶ Abſoluentes.] poteſt igitur ex cauſa Papa quem a iuramēto abſoluere. 15.q.6.c. nos ſanctorum. & c auctoritatem. extra de iureiur. c. quanto. in lib. Feud. hic finitur lex. circa princ. ſuper quo uide quod not. dicto c. quanto. & c. auctoritatem. per Inno. & Hoſtien. & de dolo & contuma. cap veritatis.

d ¶ Eiſdem.] ſcilicet iuramento fidelitatis adſtrictis.

e ¶ Talibus.] expone ut ſupra.

f ¶ Vt vicarijs.] & hoc dicas vt ſuperius dixi in parte præcedenti.

g ¶ Cōfœderationes] in mala parte ſumitur hic iſtud verbum.

h ¶ Super hoc.] ſcilicet, talibus parēdo, vt officialibus imperij.

i ¶ Quomodolibet.] puta verbo, nutu, vel ſigno, in ſcriptis, ꝑ nuntium, uel epiſtolam, uel pactum, uel ſtipulationem uel aliàs qualitercunque, cū dicat, quomodolibet. ſimile de reſcrip ſtatutum § in nullo. li. 6.

K ¶ Quacunque firmitate.] puta pœnali, fideiuſſoria, pignoratitia, uel obſidiali.

l ¶ Reuocamus.] ſimile huic extra de elect. vbi maiꝰ. § cæterū. de cōceſ. prēb. deteſtanda li. 6. cum ſimilibus.

m ¶ Huiuſmodi.] ſcilicet ſacramenta fidelitatis.

n ¶ Quibuslibet.] ſcilicet uaſallis talium, uel aliis quibuſcunque.

o ¶ Sup his.] ſcilicet officijs imperii uacātis: vel ſup his, ſcilicet parendo officialibus talibus.

p ¶ In prædictis.] ſcilicet officijs.

q ¶ Non debeat.] 23.q.4. inter cętera. extra de iureiu.

nomen retinentibus, aſſumentibus, ſeu reſumentibus iuramento [a] fidelitatis tenentur adſtricti, a iuramento huiuſmodi, quantum [b] ad hoc, de poteſtatis plenitudine abſoluentes [c], auctoritate Apoſtolica firmiter inhibemus eiſdem [d], ne talibus [e], ut uicarijs [f] vel officialibus imperij aliquatenus pareant uel intendant. Et inſuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes [g], & colligationes, a quibuſcunque ſuper [h] hoc quomodolibet [i] initas, iuramento uel quacunque [k] firmitate vallatas omnino diſſoluimus, viribus vacuamus, irritamus, & quatenus de facto proceſſerint, reuocamus [l]: Ac huiuſmodi [m] & quælibet alia iuramenta quibuslibet [n] ſuper [o] his præſtita, per quæ poſſet in prædictis [p] noſtris & Eccleſiæ noſtræ prædictæ iuribus derogari, præſertim cum iuramentum uinculum iniquitatis eſſe non [q] debeat, relaxamus. ¶ Cæterum [r], vt huiuſmodi proceſſus vlterius ad communem omnium [s] notitiam deducatur, chartas [t] ſeu membranas proceſſum continentes eundem [u], in eccleſia [x] Auinionenſi appendi uel affigi oſtijs ſeu ſuperliminaribus [y] faciemus, quæ [z] proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro [a] præconio [b] & patenti [c] iudicio publicabunt [d]: Ita quòd omnes & ſinguli, quos proceſſus ipſe contingit & contingere [e] poteſt, nullā [f] poſtea poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos talis proceſſus non peruenerit: vel quod ignorauerint eundem: cum non [g] ſit veriſimile remanere quo ad ip-

quanto. & eo. ti c. contingit. § quia non. lib. 6.

r ¶ Cæterum.] Quinta pars.

ſ ¶ Omnium.] qui cōfluere ad Eccleſiam, de qua ſequitur, conſueuerint. argum. ad hoc extra de elect. cau. ſam. cle. 5.

t ¶ Chartas ſeu membranas.] quaſi dicat de pellibus animalium, & ipſorum mēbris. ſimile ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. l. 1. & l. chartæ.

u ¶ Eundem.] id eſt expreſſum cōtra vtentes officio aliquo imperij vacantis, & contra parentes eiſdem, ut talibus.

x ¶ Eccleſia Auinionenſi.] non exprimit de qua intelligitur, cum ibi multæ ſint eccleſiæ. Dicas quod de cathedrali: cum nulla alia uocetur Auinionenſis, ſed omnes aliæ aliquo nomine peculiari nuncupentur, & facit adhoc in corpore auth. de eccleſ. titu. §. ſi quis vniuerſorum. in fin. ff. de condi. & demon l. quæ conditio. § 1

y ¶ Superliminaribus.] ſcilicet officiorum.

z ¶ Quæ.] ſcilicet chartæ uel mēbranæ.

a ¶ Sonoro.] id eſt ſonitum in auribus reddenti.

b ¶ Præconio.] quia ſicut vox præconis audientibus innoteſcit, in corpore auth. de liti. § omnē. coll. 8. ſic iſte proceſſus patens in membranis, omnibus innoteſcit.

c ¶ Patenti.] aliàs patulo. ideſt patenter, publice.

d ¶ Publicabūt.] iuris præſumptione, per ea quæ dixi ſup. in parte tertia, in uerbo, publice. Vel dic, publicabūt, ideſt, publicare poterunt iuris præſumptione, ut extūc non ſit tolerabilis ignorantia. arg. ff. de iuris & fac. igno. l. regula § ſed facti extra de præſump quāto & c. quędam. ff de uerb. ſignifi. l latæ culpæ.

e ¶ Cōtingere poteſt.] qui iſti ſint, colligitur ex pręcedentibus. §.

f ¶ Nullam.] ſcilicet probabilem.

g ¶ Nō ſit veriſimile.] ſcilicet iuris præſumptione, contra quam & alias admitti poſſit ꝓbatio. 72. diſt. c. propoſuiſti. extra, qui matri. accu poſ. cum in tua. ff. quod met. cau. l. non eſt de proba. quę teſtamentum. ubi tamen iuris præſumptio tranſit in uiolentam, ut quia eſt iuris uel de iure, non eſt ita: quia tunc magis dicit fictio arg. C. de probat l. ſiue poſſidetis. cum ibi not & talis pt dici iſta de qua hic dicitur: cum iſtorū proceſſuum publicatio facta fuerit per modum conſtitutionis ius inducentis contra quoſcunque hic ꝓhibita faciētes, & ius cōmune publicatum arctet quemcūque poſt duos menſes, ut dixi ſupra in glo. currunt ergo. & arg. de conceſ. præb. cum ei, circa ſi. cle. 5.

Præſumptio an admittat probatio nē in cōtrarium.

a ¶ Publi.

a ¶ Publicatur.] simile.ff.de instit act.l. sed & si pupillus.§.proscribere, & alijs iuribus alleg sup. in glo.s. iuris præsumptione.Zenzelinus.

Diuisio.

ANtiquæ concertationi.] primo dignissima præmittitur declaratio. Secundo post matrimoniū contractū prohibetur sacri ordinis susceptio: ibi, Auctoritate Apostolica.Tertio, contrafacientes sequitur punitio:ibi, Quod si secus,&c.

b ¶ Concertationi.] simile de appel.c.concertationi. lib. 6. hæc autē concertatio non modica, immo magna erat inter doctores & notatores antiquos: dicebant enim aliqui matrimonium contractum per verba de præsenti per susceptionem sacri ordinis dissolui:sicut & per ingressum religionis ante carnalem copulam. Alij vero contra sentiebant, vt plene discussum, & pro vtraque parte allegatum reperies in summa Host. de coniug. §. fratrum. ver. sed quid si maritus. Vltima vero opinio vera esse hodie declaratur per istam constitutionem: & istammet opinionem prius amplexabar tamquā verā: vt notaui extra de vot.& vo. redemp. lib 6.

c ¶ Imponere.] Talem finem imponere spectat ad papam, cū ad eius sedem sit super difficultate & ambiguitate iurium recurrendum, extra qui fi.sint legi.c.per venerabilem §. rationibus.& arg.C.de leg.l.1.&§.vltim.

ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur [a]. Datum Auinione in domo Episcopali, ij. Cal. Aprilis,anno primo.

TIT. VI.

De voto & voti redemptione.

¶ *Votum per susceptionem sacri ordinis solemnizatum, licet impediat matrimonium sequens, non tamen præcedens,ēt si nōdum esset per carnis copulam consummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum consummato, nullus præsumat accipere aliquem de sacris ordinibus: quod si fecerit dissoluto etiam matrimonio,nec in illo ministrare, nec ad superiores ascendere poterit, nisi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur,& eius regulam expresse,vel tacite profiteatur. Est autem talis coniugatus sic ordinatus per diœcesanum monendus. vt religionem ingrediatur,si matrimonium non dum est consummatum: quod si renuerit, & vxor institerit,compellitur per excommunicationem ad matrimonij consumationem.h.d. Et est casus notabilis:& qui satis efferri non posset.*

CAP. VNIC.

ANtiquæ concertationi [b] finē cupientes imponere [c], ac animarum [d] periculis inde prouenientibus [e] salubriter prouidere,de fratrum nostrorum consilio præsenti declaramus [f] edicto, quòd licet votum solemnizatum [g] per sacri [h] susceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum [i], ac ad dirimendum, si [k] post contractum fuerit, secundum statuta [l] canonum sit efficax [m] reputandum: ad dissoluen-

declaratiua,super quo vide quod dixi in decreta. cū inter nonnullos,super verbo,deinceps.

g ¶ Solemnizatum.] quod votū solemne [1], quod simplex dicat, vide qd̄ not.extra qui cle.vel vo. c.rursus.

h ¶ Sacri susceptionem ordinis.] susceptio igitur sacri ordinis votū reddit solemne, vt hic, & 84. dist cap.cum in præterito.28.dist. diaconi. Sacer autē ordo est hodie ēt subdiaconalis, licet olim esset secus [2], extra de æta. & qualit c.à multis. 40.dist.nullus. 32. di. c.erubescant.

i ¶ Contrahendum.] de contrahendo impediendo non erat tā tum dubium, cum & multa illud impediant,quę tamen non dirimeat iam contractum,extra de cogna. spiri.cap.contracto.& eo.tit.c.per cathechismum lib.6.

k ¶ Si post] s. susceptionem sacri ordinis.

l ¶ Statuta canonū.] 31.dist.c.quoniam, & c.aliter. 84 dist. cum in præterito.& c.quorundam.extra de cleric. coniug cum olim.de vot.& uo.redēpti.c.1.li.6. cū multis similibus.

m ¶ Efficax reputadum] admiranda res videtur esse ista: cum enim sacramentum matrimonij à Deo ipso fuerit institutum in statu innocētiæ ante peccatum: sed post in subsidium fragilitatis humanæ.32 q.2.in summa & §. his ita. quomodo voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ inducta.extra de voto c.1. lib.6 potest sacramentum à Deo institutū tollere,vel aliquatenus impedire? non videtur.21.di. cap.inferior,extra de ma & obe. c.cum inferior. ff.ad Treb l.ille, à quo §.tempestiuum.ff de arbi l.nam magistratus,& quod Dominus prohibet,dicēs: quos Deus coniūxit,homo non separet: omnino fieri non licet. 28.q.1.ca.iam nunc, & per multa iura & rationes,quæ ad idem possunt allegari, quod si placet, prosequi poterit, vt plene dixi extra de reg. iur. cap. possessor. lib. 6. Ad hoc breuiter potest dici, quod istud fit per constitutionem Ecclesiæ conditam per vicarium Christi:& sic non per purum hominē sed ex potestate clauium,quodcunque solueris, quodcunque ligaueris, & cap. vt in Euangelio, Matth.16.cap. & 24.q.1. quodcūque,ex quibus magna attributa est eidem potestas, etiam circa sacramenta, super quo vide quod not.per Inno extra de regular porrectum, vnde talis dissolutio vel impedimentum matrimonij non inducitur à puro homine, sed à deo ipso, suo vicario auctoritatem

d ¶ Animarum periculis.] quibus obuiandum est, de sepul.c.animarum,ne cler vel mona. c. vt periculosa. lib.6.cum similibus.

e ¶ Prouenientibus.] tam in suscipiente sacrum ordinem;cum ex virtute contracti matrimonij teneretur ad reddendum debitū coniugi.extra de spon.veniens cum multis similibus, ex virtute vero suscepti sacri ordinis tenebatur ad continentiam obseruandam,q̄ tacite vouisse videtur illum suscipiendo.23. dist diaconi not.extra de cle.coniug.cum olim,quam etiam in muliere,forte ad carnis lubricum prona ob iuuentutis feruorem,extra de eo qui cogno. consang. vxo. c.Iordanæ.& cum alio matrimonium contrahere nō potente,si ille suus verus remanebat maritus, prout vere remanet,vt infra dicitur.

f ¶ Declaramus] non videtur ergo hæc decre in hoc quod sequitur,iuris noui editiua:sed antiqui potius

[1] Vide B. Th.& ibi dē Caietanū 2.2. q.87.ar.7.

[2] Immo ēt olim subdiaconatus ordo sacer erat, licet nō ita putaretē facer, vt ait glo.in c. à multis, extra de ætate & qualit. verbo, solos. adde nota. in c.2.extra de bigamis,ī verbo: sacros, in hac editione.

ctoritatem faciendi talia cōmittente:omnia.n. nostra facimus., & c. C.de vete.iu.enu.l.1.§.sed neque. ver. omnia enim,extra de præb.c.si Apostolicæ.lib.6.

a ¶ Prius.] scilicet quàm sacer ordo forte susceptus.

b ¶ Contractum.]intellige per legitimum viri & mulieris consensum, extra de spon tua.& dēt intelligi legitimum, quo ad ætatem, & liberi arbitrij motum. eod.tit.ca.Gemma.de despon.impu.de illis, tantus. n. posset esse defectus ætatis vel liberi consensus quod non esset matrimonium,& ideo tūc frustra de ipsius dissolutione disputaretur.

dū tamen prius a contractum b, etiā si per carnis copulam non fuerit consummatum c,cum nec iure d diuino, nec per sacros reperiamus canones hoc statutum e, inualidum est cēsendum f:Auctoritate Apostolica g districtius inhibentes, ne quispiam durante h matrimonio nondum etiam cō 10 summato i, aliquem k de sacris ordinibus præsumat suscipere, nisi prout sacris canonibus nouerit l conuenire. Quòd m si secus à quoquam forsitan attentatum fuerit, ordinamus, quòd nec n 20

c ¶ Consummatum.] hoc inducebat dubiū: sicut.n.matrimonium non consummatum per carnis copulam,per religionis ingressum dissoluit̄, extra de conuer.coniug c.verum.in corpore auth. de san.epis. §.si vero astante.colla.9. sic videbatur dissolui per susceptionem sacri ordinis: sed contrarium verum est, vt sequitur,& quæ sit ratio,infra subijcietur.

d ¶ Iure diuino.] illo iure talis dissolutio non est inducta,immo potius videt̄ prohibita: quia quos Deus coniunxit, & cætera.

e ¶ Statutum.] quare censetur prohibitum. de transla. epis.inter corporalia.§.sed neque,de verb sig. c.exiui. §.porro.Cle.5.Et per hoc colligere potes bonū modū formæ argumentādi & dicendi:non est ita, quia iure cautum nō reperitur,vt hic. ad idem in corpore auth. de non eligen.secundo nube.§. optimum itaque ibi. nec quælibet est lex aliquid talem dicens. col.1.C.de repu.l.dissentiētis,de colla.l.illā extra ne sede va.c.illa.de sup neg.præla.c.Romana.lib.6. & alibi dicitur, erubescimus cum sine lege loquimur, in corpore authen.de trien.& semis.§.consideremus.coll.4.

Argumentū valet, si dr̄, non ed ita: qa iure cautū non reperitur.

f ¶ Est censendum.]sed quę pōt esse ratio eius?contrarium.n.videbatur per multa iura & argumenta & rationes recusatas,vt supra dixi in sum. Host.de cōuer. coniug §.& vtrum,quas recitare hic causa breuitatis omitto.Respondeo hoc esse: tum quia non reperitur in iure cauta talis dissolutio,vt hic:quare censetur ꝓhibita,vt dixi in glo.præcedenti:Tum quia dissolutio matrimonij inter viuentes pœna est. no. de diuor.ca. porro,quare non debet infligi,nisi reperiretur de iure infligenda ff.de reli.l. at si quis. §. generaliter. de sepul.vio.l.3.§. non perpetuæ,contenti.n. esse debemus pœnis legibus comprehensis ff.de verb.obli.l.si ita stipulatio.& pœna non est infligenda nisi per iudicem. 33.q.2.§.2.§.de hoc.iudex aliàs non esset,nisi iustitiā redderet,extra de ver.sig.forus.l.in omni.ad hoc facit qđ not.de iure pat c.vlt.Tum ēt per multa alia iura,rationes & argumēta,q̄ pro parte ista dicto §. & vtrum, reperies allegata.Sed omittere volo,& tn̄m dare ad aliqua argumenta facta in dicto §. quæ pro parte contraria multū prima facie videntur argumentātia. primo,cū dr̄:sic solemnizatur votū,& facilius ꝓ ordinis sacri susceptionem,sicut per religionis professionem: nam maius bonū sequitur ex professione per quam inducitur bonum obedientiæ,q̄ illæsa seruata, est iusta & meritoria,vt in decr.quorundā.§. pe.liberi arbitrij & voluntatis priuatio.de ele.quorundā. & c.si religiosus,de testa.c.si.de sepul.c.vlt.lib.6.Item proprietatis temporalium abdicatio. 12.q.1. non dicatis. extra de sta.mo.cum ad monasterium §.vlt.& multa alia q̄ colligūtur,& not.16.q.1.c.de monachis,quæ tn̄ ex susceptione sacri ordinis minime inducuntur: quare pōt dici,quod alia ratio in illa pactum reformat, iuxta l. interpositas.C. de transa. & dissimilis ratio dissimilia

Matrimonium nōdum consummatū quare dissolui non potest per sacri ordinis susceptionem.

Professio multa bona induxit.

dēt inducere:& quod in vno dr̄, de reliquo prohibitū vr̄.ff.de iudi.l.cum prætor.25.dist.qualis, extra de præsum.nonne.Potest ēt dici ad id quod secundo pro parte alia fortiter vr̄ induci:cura animarum quem à religione reuocat, & religio quē reuocat à matrimonio: ergo & cura ad quam cum sacro ordine quis assumitur, debet quem à matrimonio reuocare:nam reuocatio per religionē à matrimonio induci tur ex causis, quæ deficiunt in sacri ordinis susceptione, vt p̄. dixi.nec sequitur ꝙ si cura animarum quem ex causa reuocat à religione, quod hæc eū reuocat à matrimonio, quia in cura animarum est,ideo ꝑꝑ publicam vtilitatem,quæ præfertur priuatæ: quæ publica vtilitas non sic insurgit ex sola ordinis susceptione. Pōtēt dici, ꝙ dictus modus argumentandi per argm̄ à minori vel maiori cessat in pęnalibus identitatis rationem in se non habentibus, cum & cessat in ambitiosis de se non pœnalibus arg. extra de præb.ca cui de non sacerdotali lib.6.& not. hoc de rescr postulasti in glo.pen.circa fi.Ad alia quę inducuntur in dicto §.pro parte contraria,subtilis ꝑscrutator responsum de facili inuenire poterit. 30

g ¶ Auctoritate Apostolica.] Secunda pars.

h ¶ Durante.]hoc dicit:quia eo soluto liber remanēs à lege coniugis posset sacrum ordinem suscipere,sicut & matrimonium cum alia contrahere.31.q.1.ꝙ si dormierit,extra de secun.nup.c.pen & fin.

i ¶ Consummato.] matrimonium consummari dicit̄ per carnis cōmistionem,vt hic, & extra de diuor.quāto.ratificari autem dicitur per consensum mutuum de pręsenti:initiari vero per sponsalia(not.extra de trā 40 sla.episco cap.licet.

K ¶ Aliquē de sacris.]qui sunt tres,presqyteratus,diaconatus,& hodie 1 subdiaconatus,vt dixi sup.in glo. susceptio.

1Subdiaconatus ꝓ fuit sacer ordo, vt notatū est paulo ante, in glossa in verbo:sacri susceptionem ordinis.

l ¶ Nouerit cōuenire.] puta de licentia coniugis religionē ingredientis,vel ēt in sæculo remanentis,potissime absq; suspicione incōtinentiæ, & votū castitatis emittētis.32.dist seriatim.77.dis.c.eps benedictionē extra de conuer.cōiug.c.cōiugatus,vbi cōiux in sęculo remanēs esset suspecta de incontinentia,vir nō posset religionē ingredi, nisi & ipsa similiter conuerter: 50 vt ibi no.Ratio diuersitatis reddi consueuit:quia vbi vir in sæculo remaneret ad sacros ordines promotus de licentia vxoris vocum cōtinentiæ emittentis,eidē tenet̄ in necessarijs ꝓuidere 31 dist omnino.& sic sibi materia incontinētiæ prętextu defectus necessariorum incurrendæ aufertur.arg.ad hoc ff de ritu nup.l. palam §.nō est hoc ignoscendum, & eam in se peccātem in vinculis detinere,& ad ieiunia, non tn̄ mortifera cogere 33.q.2.placuit,& q.5.c.hæc imago, & not. 60 extra de iureiu.in c.quemadmodum in gl.vlt.quę omnia cessant facienda per virum ingressum religionem carentem proprio & libero arbitrio.

m ¶ Quod si secus.] Tertia pars,s.ꝙ matrimonio durāte,etiā nō consummato,q̄s sacrū ordinem suscepit.

n ¶ Nec matrimonio soluto.] quasi dicat, nedum eo constante:& dic soluto,puta per mortem vel ingressū religionis ante carnalē copulā:vel aliàs qualitercūq; cū indistincte loquatur,arg.19 dist.si Romanorū.ext. de priuil.quia circa.ff.de leg.præstan l.1.§ & generaliter,cū simi.Quid ergo dices si matrimoniū contractū de se ab initio foret nullum,puta ob gradū prohibitū cōsanguinitatis,uel aliā causam,& ꝑ sententiā declaretur nullū fuisse:habebit ne locū qđ hic dr̄? Videt̄ ꝙ non

matrimonio soluto in sic suscepto [a] ordine ministrare, nec [b] ad superiores ordines prouehi, nec [c] ad aliquod beneficium vel officium [d] ecclesiasticum valeat promoueri: Nisi aliquam de religionibus approbatis [e] (quarum professio ad castitatis [f] custodiam, & abdicationem [g] temporalium, & sui superioris obedientiam [h] suos professores adstringat) ipsum canonice [i] cōtigerit ingredi, ac eius [k] regulam expresse vel [l] 10 tacite profiteri: quo [m] casu diœcesanus [n] super præmissis & singulis [o] præmissorum cum [p] eo dispensare valeat, nisi sit aliud canonicum quod [q] obsistat. Ad [r] ingressum huiusmodi sic [s] ordinatū, 02 si matrimonium consummatum [t] non fuerit, per diœcesanū instanter moneri præcipimus [u] & induci: q̄d si forsan renuerit [x] adimplere, ipsum

non:cum nullũ vinculum reperiatur virum alligasse, quominꝰ liber remaneret ad susceptionē ordinū: vel cuius prætextu cogi potuerit ad fidem coniugi cōseruandam Sed in contrarium potest dici: quia aut vir cū contraxit, sciebat impedimentū:& sic quantum in se fuit, mulierē decepit, & fidē matrimonij violauit: & legitimum erat quo ad mulierē ob suam bonam fidem, extra qui fil. sint legi. ca. ex tenore. & tunc ex sua perfidia non debet commodum reportare. argum. extra de eo qui dux. in matrimon. quam pollu. per adulter. cap. 1. C. de inceſt nupt. l. qui contra. & non debet illo casu melioris conditionis (quia stultus fuit) existere. ff. quod vi aut clā. l. Seruius. extra de præb. c. eum qui. lib. 6. Aut ignorabat, & tunc antequam aliquid faceret per quod à cōcubitu coniugis segregaretur, & debuit hoc casu, & ēt vbi sciuit, iudicium Ecclesiæ super dissoluendo matrimonio expectare. extra de diuor. porro. nā aliter quātum in se fuit, fidem promissam violasse videtur: q̄ violatio & scandalum ex ea potens insurgere, inter cętera dare causam potuit pœnis, quę tali promoto ꝑ hanc constitutionem imponuntur:& sic secundū hoc verbum, soluto, referri poterat ad dissolutionē iuris vel facti. Sed si supponas ipsum & mulierem impedimentū ab initio sciuisse, tunc forte secus esset: cū suscipiendo sacrum ordinē, non videat̄ coniugi fidē aliquam violasse: cum ei scienti ad nullā fidem seruandam teneretur. extra de eo qui dux. in matrimo. quā pollu. per adult. c. 1. de conuer. coniug. c. 1. cū ibi not. per Pet. de Samp. & C. de inceſt. nupt. l. qui contra. non enim videtur debuisse præstare impedimentum susceptioni sacri ordinis matrimonium quo ad vtrunque coniugum, de se nullum, arg. de elect. auditis. de iure patro. c. illud. de reg. iur. c. non præstat. lib. 6. ff. de opt. leg. l. 2. & 3. quando dies lega. ced. l. quod pupillæ.

a ¶ In sic suscepto.] scilicet matrimonio durante.

b ¶ Nec ad superiores.] & sic susceptio vnius ordinis in statu indebito facta in alijs pęnam induci facit.

c ¶ Nec ad aliquod.] intelligebam etiam modicū sine cura: tum quia indistincte & vniuersaliter loquitur: tum quia appellatione beneficij maius & minus beneficium continetur: extra de verb. sig. tua.

d ¶ Officium ecclesiasticum.] & ita nec ad acolythatus officiū vel alterius minoris ordinis est talis ꝓmouibilis, nec ad aliud officium regiminis ecclesiastici puta officialatus vel alterius. arg. 1. q. 1. c. si quis eps. & q. 3. saluator. extra de simo. c. consulere. cū ibi not. simile huic de pęn. c. felicis. §. nulli præterea. lib. 6. de hæret. excōicamus. §. credētes. C. e. tit. auth. credentes.

Religio non approbata ingrediētem non obligat.

e ¶ Approbatis.] ingredi ergo aliam non prodesset, cū aliæ sint ꝓhibitæ, & penitus reuocatę. extra de relig. do. c. 1. li. 6. & in extrauag. sancta Romana nec ingrediētē obligāt. not. Host. ex de reg. is q̄. simile extra de voto c. 1. li. 6. de relig. do. c. ne nimia. & d. c. sācta. Rō.

f ¶ Castitatis custodiā.] nō videtur ergo prodesse hoc casu ingredi religionē iuxta quā permittitur cōcubitus vxoralis, vt est reperire in tertio ordine sancti Frācisci: vel in ordine vulgariter nūcupato sanctæ Mariæ in partibus Italicis, vt audiui. licet enim largo modo dicatur caste viuere cum vxore: stricte tamen quo ad obseruationē continentiæ in promotis in ecclesia occidentali secus est, vt dixi supra.

g ¶ Abdicationem tēporaliū.] cum indistincte loquitur textus intelligam in speciali vel in cōmuni: & sic talis habebit ingredi aliquam de approbatis. aliam igitur ingredi non prodest, puta canonicorum regularium sancti Augustini, vel monachorum Cistercień. vel Cluniaceń. ordinis, vel Hospitalariorum, vel similium, quibus licitum est habere aliqua saltem in com. muni. arg. ad hoc extra de reg. c. constitutionem. lib. 6. aliàs frustra dixisset textus, quarum professores, &c.

h ¶ Obedientiam.] ad istud, & ad duo pręcedentia regularem dicas adstrictum, extra de sta. mona. cum ad monasterium §. ab 30 bas. & §. vltimo.

i ¶ Canonice.] iuxta decretalis. qui. & c. non solū. de reg. lib. 6. vel canonice, i. nō habens in se aliquod impedimentum, quominus religioni possit adstringi.

k ¶ Eius.] scilicet religionis.

l ¶ Vel tacite.] puta per lapsum anni, vel alio modo vt colligitur de regul. is qui. lib. 6.

m ¶ Quo casu.] scilicet cum ingressus fuerit vnā de dictis religionibus, & in ea professus fuerit.

n ¶ Diœcesanus.] id est episcopus diœcesis, in qua est 40 talem religionem ingressus, qui per hanc decre. cū talibus etiam exemptis poterit dispensare. huius enim capituli conditor bene sciebat istas religiones, vel aliquas de ipsis fore exemptas.

o ¶ Singulis ꝓmissorum.] scilicet vt possit in iam suscepto ordine ministrare, & ad altiores prouehi, & ad beneficium & officium ecclesiasticum promoueri.

p ¶ Cum eo.] scilicet taliter ingresso.

q ¶ Quod obsistat.] puta irregularitas vel delictū. de æta. & quali. c. vlt. de renun. nisi cū pridē. de accus. 50 inquisitioni. cum simi.

r ¶ Ad ingressum.] scilicet faciendum.

s ¶ Sic ordinatum.] scilicet ad aliquē de sacris ordinibus in promoto ergo ad minorē ordinē vel aliquē de minoribus, non est necessaria inductio, quæ faciēda ꝑcipitur: rō huius pōt esse: quia talis ordo in se nō hēt votū castitatis annexū: quare nō pōt effectū matrimonij impedire. extra de cle. coniugi. c. 1. & e. ti. li. 6.

t ¶ Consummatum non fuerit.] illo enim consum- 60 mato ingressus etiam religionem eam dimittere est cogendus. de conuer. coniug. c. 1.

u ¶ Præcipimus.] necessitatis est ergo talis monitio ꝑ episcopum facienda: aliàs prætermissa in eo peccatū induceret. de offi. archid. ea quæ. cū ibi not. & ꝑ Host. de off. ord. inter cætera. §. vlt. de treu. & pa. c. 1. & aliàs dixi de æta. & quali. c. 1. Clem. 5.

x ¶ Renuerit adimplere.] supponi expresse ꝙ possit renuere, vt in seruo dicitur, qui licet iussus ꝑ dñm pt nolle hæreditatē adire. C. de hęre. insti. l. cū ꝓponas quia voluntariū seruitorē Deus sibi quærit, nōn coactū. 15. q. 1. c. non est. & per hoc dicitur reprobata opinio Host notata d. §. & vtrum dicentis talē fore cogendū ad ingressum religionis, cū ad hoc cogatur quandoque propter delictū. 33 distin. cap. fraternitatis ad idem

idem in corpore auth vt nulli iudi.§ adulterā.coll 9.
a ¶ Institerit.] non ergo aliter matrimonium cogitur cō summare cum esset promotus: sed possent aliàs vir & vxor cōtinentiam vouere.32.q 5.qui Deo patri.Post consummatum autem matrimonium ingressum religionem posset episcopus ex suo officio reuocare ex causa. extra de conuer. coniu. cap.1. & not. 23. q. 6. mulier.
b ¶ Per censuram ecclesiasticam.] suspensionis, excommunicationis, vel interdicti. de verb. sig. quærenti. Alibi reperitur quem per seueritatē canonicam, alibi per ecclesiasticam animaduersionem fore coercendū & puniendū. quod prosequere, vt not. Host. de pœn. c.in quibusdam.
c ¶ Consummare.] scilicet per carnalem concubitū, vt s.dixi. vicissim enim quo ad hoc sibi sunt coniuges debitores. 22.q.2. §.his ita. nec vir dicitur habere potestatem sui corporis, sed mulier: nec contra. Sed licet iste cogatur mulierem instāte matrimonium consummare: nunquid ipse poterit ab illa debitum exigere? Dicas quod non, cum adhuc quo ad se voto continentiæ sit ligatus. not.de conuer.coniu. c. quidam. & ca. accedens. 27. q. 2. c. Agathosa. in glo.sed nunquid.& not.Guil.extra de vo. c. 1.li.6. & ibi dixi. Zenzelinus.

Vir non hēt ptātē sui corporis,& ecō uerso.

si sponsa eius institerit [a], per [b] censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare c. Nulli &c. nostrarum declarationis, inhibitionis ordinationis, præcepti, & constitutionis infringere. Datum Auinione calend.Decembris,anno vij.

TITVLVS VII.

De religiosis domibus.

¶ Secta & religio fratricellorum siue beguinorū qui se dicebant de tertio ordine beati Francisci cassatur, quoniam inter cæteros errores ecclesiastica sacramenta despiciebant: Et sub pœna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli decætero talē ritum assumant, & ne episcopi ipsum cōcedere præsumāt. vide ca.fi.eod.tit.in antiq.& c.1.eod.tit.lib.6

CAP. VNICVM.

Sancta [d] † Romana atque vniuersalis [e] Ecclesia, cui auctore [f] Domino [g] licet immeriti [h] præsidemus, sicut religiosa [i] & pia vota benigno fauore [k] prosequitur [l], sic superstitiosos [m] conatus in solentium [n] hominum † detestatur [o], videlicet ne sub ouina [p] pelle gregem Dominicum [q] truculentia [r] lupi [s] rapacis [t] inuadat, sub pietatis [u] imagine [x] virus [y] hæreticæ prauitatis obrepat [z], & sub prætextu cōuersationis angelicæ [a]

ctum est nihil.Ioan.c.1.C.de vete.iur.enu.l.1.
h ¶ Immeriti.] hoc ex humilitate dicit, vt alibi extra de magistris,c.inter sollicitudines.circa prin.cle.5.de re iudi.ad Apostolicæ.§.nos itaq;.li.6.vel vocat se immeritum conditor canonis præsentis, propter ea quæ dixi in ca.suscepti in prin. super verbo cura sollicitat. Quo autem ad omnes vniuersos Christicolas nedum benemeritus, immo & sanctus habendus est, quē apex tantæ dignitatis attollit, vt 40. dist. cap. non nos.
i ¶ Religiosa.] vel religione fidei. de quibus loquitur lex, C. de epis.audi. l. nemo, Vel religiosa, quo ad habitum & professionem, vt infra colligitur
k ¶ Fauore.] nam summa est ratio, quę pro religione facit ff.de reli. l. sunt personæ.
l ¶ Prosequitur.] exēplū potest multiplex de hoc dari per iura C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. & l. vlt. extra de fil. presbyt. c. 1. de aposta cap. ex litterarum. 66. distin. c. 1. cum multis similibus, quæ disquirere magis laboriosum reputo, quàm subtile.
m ¶ Superstitiosos.] Hoc verbum expone vt in decre. quorundam.
n ¶ Insolentium.] exponi potest, id est insolita adinuenientium. Alibi aliter sumitur de re. scr. quia per ambitiosam. lib. 6.
o ¶ Detestatur.] simile de cōces.pb.c.detestāda. lib.6.
p ¶ Ouina pelle.] idest, simplici non astuta.
q ¶ Gregem Dominicum.] idest, populū Christianū.
r ¶ Truculentia.] idest, astutia vel malitia.
s ¶ Lupi rapacis.] exponi potest, id est, diaboli, q inimicus hominis alibi appellatur. extra de elect. c.licet de vitanda. Vel potest exponi, lupi rapacis, idest hæretici: sicut aliàs. 25. q.1.c.sunt quidam. in fi. multis etiā alijs modis sumitur lupus, vt no.Guli. de hæret.ca.vt officiū.in verbo, lupum.lib.6.
t ¶ Inuadat.] simile extra de elect. ne pro defectu.vñ sumitur quod hic dicit. Et alibi scribat, quod aliq sub agni specie gerunt lupū de hæret.c.vt officium.lib.6.
u ¶ Sub pietatis.] se extrinsecus exhibentis, interius autem minime subsistentis.
x ¶ Imagine.] idest simulatione seu velamine.
y ¶ Virus.] inficiens animam, sicut exterius sumptū occidit corpus: quod atrocius reputatur: quàm gladio hominem occidere. C. de malefi.& mathema. l. 1.ff.ad leg.Cor.de sica.l.eiusdem.
z ¶ Obrepat, idest latenter subintret? Sæpe enim vitia se esse virtutes mentiuntur. 41. dist.c.sæpe vitia.
a ¶ Angelicæ.] accedit ad hoc quod alibi ligit, Angelus satanę frequenter in lucis angelum se transformat. 26.q.5.nec mirum. extra de regula.licet.§.si vero.

† De Beguinorū secta & erroribus vide Guidonē Carmelitā in summa de hæresib. tit. de hæresibus Beguino rū, & Nicolaū Eymericū in Directorio inquisitorum par. 2. q. 15.

† Qui, vt dicit hic tex. & gl. epistolæ Iustini. C. de sum trini. sub specie agni, & sub crede mihi. d quo p gl. in l. q sub cōditione. ff. de cond. insti. l nō erit. §. diuus. ff. de iure iur. & p textu boni & æqui multis nocet contra l. dudū. C. de contrah. & cō mit. stipul. iō nō est eis pat cendū. l. qui sub p textu. C. de sacro sā. eccl. l q dā igna uiæ. C. de decur. li. 10. cle. 1. de relig. do. Fons

Diuisio textualis

Sancta Romana.] Hęc decret. diuisibilis est in partes quatuor. In prima, causa seu ratio constitutionis præmittitur. In secunda, facti damnationi subijciendi recitatio subiungitur ibi, Nonnulli tamen, &c. In tertia eiusdem facti sub certis pęnis damnatio annectitur: ibi, Cum itaque &c. In quarta prælatis eidem facto consensum præbentibus pęna infligitur: ibi, Episcopos quoque, &c.

Ecclesia Romana dr̄ sancta & sacro sancta.

d ¶ Sancta Romana.] Ecclesia Romana quandoq; appellatur sancta, vt hic, & 12. dist. præceptis. 15. dist. c. sancta. 19 dist. c. in memoriam. quandoq; sacrosancta: vt in præ. lib.6. & hoc ideo, quia sacro cruore Apostolorum Petri & Pauli consecrata. de electa. fundamēta. de reli.& vene.sanct. c.1.lib.6. 21. dist. c. quamuis.
e ¶ Vniuersalis Ecclesia.] hic dicas vt dixi in c. suscepti. in verbo, ecclesijs. & in c. execrabilis. in verbo, vniuersalis Ecclesiæ.
f ¶ Auctore.] idest, causam originalem dante. simile ff. de excep. do. l. apud Celsum. §. auctoritas. & §. auctoris. ff. de diuer. & temp. præscr. l. in vsucatione. §. accessio. cum similibus.
g ¶ Domino.] scilicet Iesu Christo. & proprie dicit auctore: quia nihil boni sine eius gratia. 23 q.4. nunc ergo. aliàs §. versus. in c. Nabucodonosor. cū sine ipso fa-

a ¶ Spi.

incautis mentibus spiritus [a] malignus illudat [b]: cuius rei gratia sacris canonibus [c] est interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat [d], vel habitum nouæ religionis assumat: sed quicunque ad religionem uenire uoluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis [e]. Nonnulli [f] tamen profanæ [g] multitudinis [h] uiri, qui vulgariter [i] Fraticelli seu fratres de paupere uita, Bizochi siue Beguini, vel alijs nominibus nuncupantur in [k] partibus Italiæ, necnon in insula [l] Siciliensi, comitatu prouinciæ Narbonensis, & Tholosanensis ciuitatibus, & diœcesibus, & prouincijs, alijsque diuersis cismarinis [m] & ultramarinis partibus contra dictos canones habitum nouæ religionis assumere [n], congregationes & conuenticulas [o] facere, & superiores sibi ipsis eligere, quos ministros, seu custodes, vel Guardianos, aut nominibus [q] alijs appellant: plurimos ad eorum sectam recipere [r], & loca de nouo construere [s], seu constructa [t] recipere [u], in quibus habitant [x] in communi, publice [y] mendicare (quasi [z] secta foret vna de religionibus [a] per sedem Apostolicam approbatis) temeritate [b] damnabili præsumpserunt [c], & præsumunt etiam incessanter [d]. Et ut ipsorum error [e] veritas [f], & impietas religio repute-

a ¶ Spiritus malignus.] scilicet diabolus.
b ¶ Illudat.] sub velamine enim latens ꝓdit se dum ea confingit per quę personas fallere nititur. & super hoc vide quod legitur. 25. q. 5 nec mirum.
c ¶ Canonibus] extra. de reli. do. c. ne nimia. & eo. tit. ca. religionum. lib. 6.
d ¶ Inueniat.] sicut nec nouum collegiū debet quis per se instituere ff de collegi. illici. l 3.
e ¶ Approbatis.] per ingressum aliarum non uideretur quis ligatus: sic sentire vr̄ Host. extra de regula. is qui monasterium. & dixi extra de uoto. c. quòd uotum. lib. 6.
f ¶ Nonnulli tamē.] Secunda pars.
g ¶ Profanę.] id est. abominandæ. alibi sumitur aliter istud verbum. ff. de rerum diui. l. sacra. § proprie.
h ¶ Multitudinis.] isto casu multitudini non parcitur: quia vr̄ deseri bonum uitæ. argument. de uoto. capit. magnæ §. igitur. de regul iuris. ca. qui scandalizauerit. & dic ut ibi not. de tē por. ordin. sane 50. distinctione ut constitueretur.
i ¶ Vulgariter.] habetur igitur respectus ad communem vulgi denominationem. ff. de flumin. l 1. §. 1. de fund. instru. l. cum de lanionis. § asinam. de pœnis l. capitalium §. solet. ubi de hoc.
k ¶ In partib. Italię.] id est locis in Italia constituis ar. ff de iud. l insulæ. de uer. sig. l. notionē. § cōtinētes.
l ¶ Insula Siciliēsi.] quæ de proprio patrimonio beati Petri existit. 10. q. 3. relatum. 94. dist. c. ualde necessarium.
m ¶ Cismarinis.] id est citra mare constitutis: aliàs est citramarinis
n ¶ Assumere.] & male: cum hoc fieret contra canones prohibitionem expressam continentes, quod inducit pœnam depositionis. 4. dist. §. ult.

Conuenticulas facere an liceat.

o ¶ Conuenticulas facere.] ipsas ad malum fieri per iura prohibitum est. C. de epis. & cle. conuenticulā. ff. de collegi. illi. l 1. & arg. 11. q. 1. coniurationū & c. cōspirationem 89 dist. si quis propter Ad bonū autē fieri cōgregationes ꝑmittiť. arg dictæ l. 1. §. si religionis. sicut & confœderationes & cōspirationes in bonum sunt permissę in corpore auth ut cum. de app cogā §. quis de parentib. cū ibi no. C. de pęnis. l. quæ sententiam. de profes. & med. l. magistros. lib. 10. & ibi no. & arg. eorū quæ no. per Ber. de ui & ho. cle. c. cū decorē. & per Inn. & Host de schis. c. 1 de exces. præl. dilecta. ꝑ Host. de iud exhibita. & per eum in sum. de iureiu. §. ult & plene ꝑ Gul. de uer. sig. c. cōstitutionem. lib. 6.
p ¶ Eligere.] talium superiorū electio in hoc casu est inhibita, cū congregationes factæ supponātur in malum: aliàs quælibet cōgregatio licitā exercēs professionē uel negotiationē, aliquē superiorē sibi eligere p̄t. C. de iu. om. iu. l. ꝑiniquū. 16. q. ult. c. congregatio. extra de elect. nullius. de hoc plenius dixi in c. Ecclesiæ Romanæ.
q ¶ Aut nominibus aliis appellant] puta præpositos, priores, magistros, & sic de aliis.
r ¶ Recipere] & in hoc male, cum etiam in religione approbata Mendicantium prohibeatur talis receptio, saltē ad professionem faciendā: nisi cū certo moderamine, & cū certa determinatione. extra de regula. non solum. lib. 6.
s ¶ Construere.] hoc regulariter prohibitum est, saltē de locis diuino cultui dedicādis sine licentia epi. in corpore authen. vt nullus fabricet orato. do. colla. 5. 18. q 2. c. quam sit. & c. qbusdā licet vnicuiq; fideli sit permissum simpliciter oratoriū habere. de consecr. dist. 1. c. vnicuique.
t ¶ Constructa.] scilicet per alios.
u ¶ Recipere.] istud religiosis mendicantis ordinis, licet aliàs approbati, expresse inhibitum est, extra de exces. præl. ca cum ex eo. lib. 6.
x ¶ Habitāt in cōi.] habilare in cōi religiosis approbatæ professionis nedū ꝑmittitur, immo & iniungitur: ut mutuæ conuersationis & honestatis sibi testes existant: nisi ex causa de superiorum licētia aliud inducatur, in corpore auth. de minor. §. cogitandū. coll. 1. extra de exce p̄l. cū ex eo de uer. si. c. priuilegiū. li. 6.
y † Publice mēdicare.] taliter. n. licite mendicantib. quæstus publicus tribuere uictū solet. ext d̄ relig. do. c. 1. § cōfirmatos. li. 6. C. de mend uali l. unica. lib. 11.

Quasi, qualiter accipitur

z ¶ Quasi.] pro tamquam expone. non est hic expressiuum veritatis, sicut est alibi in euang. Io. 1. Vidimus gloriam eius quasi unigeniti, & c. & alibi. ff de senat. l. emancipatum. cum similibus.
a ¶ Religionibus.] scilicet ordinis mendicantis.
b ¶ Temeritate dānabili.] sic dicta, quia a iure dānata & improbata: uel dānabili, id est animas taliū dānante ꝑꝑ inobedientię notā, ꝑ q̃ mortale peccatū incurrūt ext. de ma. & obe. c. si quis. & c. illud. 4. dist. § ulti.
c ¶ Præsumpserunt.] scilicet dudū, uel usquequaque.

Corrūpit iustos homines comitiua malorum

d ¶ Incessanter.] huic malo occurrendum fuit ne tales nedum sui, sed etiam plurimorum possint esse perditio extra de iud. cum non ab homine. nam sæpe malorum consortium corrumpit etiam alios de se bonos 28. q. 1. c. sæpe malorū. iuxta illud: Vna ouis morbida inficit totū gregē. ff. de act. emd. & uen. l. Iulianus. 40. dist c. sed aliud extra de sta. reg. ea quæ. Vnde uersus.

Morbida sola pecus, inficit omne pecus.

e ¶ Error.] errare est aliud pro alio putare. 22. q. 2. c. in quib. reb. ff. de lib. & posth. l. si posthumus. §. ult. approbare falsum, erroris esse proprium dicitur. 38. distin. quamuis.
f ¶ Veritas.] de ista dicitur ꝙ erroribus gestorū mini-

me uitiatur. ff. de of. p̃sid. illicitas §. veritas. rei manifestatæ cedere hẽt error. 8. dist. c. veritas ff. quãdo act. de pec. est anna. l. quæsitũ, aliàs et ibi. §. sub l. 1. vide extra de purg vul. c significãtibus Quid autem sit ueritas, not. in decret. sedes Apostolica.

tur a, plurimi eorum b regulam seu ordinem fratrum Minorum, quẽ sanctus Franciscus instituit c, se profiteri ad litteram d conseruare confingunt e: quamquã in obedientia Generalis, uel prouincialium ministrorum ipsius ordinis non morentur f, prætendentes g se a sanctæ memoriæ Cęlestino Papa V. prædecessore nostro huius status seu uitæ priuilegium habuisse: quod tamen etsi ostenderent, non ualeret: cum bonę memorię Bonifacius Papa viij. prædecessor noster ex certis causis rationabilibus omnia ab ipso Cælestino prędecessore nostro concessa, quę per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, uiribus penitus uacuauerit h, dictumque uitæ priuilegium non inueniatur per eundem Bonifacium approbatum i. Quidam autem eorum dictum habitum k, & uiuendi ritum l à quibusdam episcopis seu eorum superioribus, uel alijs ecclesiarum pręlatis habuisse profitentur, quos m nec n eis concedere licuit contra formam concilij o generalis. Nonnulli etiam ex ipsis asserentes p se esse de tertio ordine q beati Francisci pænitentium vocato, prædictum statum & ritum eorum sub uelamine talis r nominis satagunt palliare: cum tamen in regula ipsius tertij ordinis talis uiuendi ritus nullatenus sit s concessus. Et quia in errorum barathrũ t faciliter ruũt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt u: ipsorum quamplurimi (sicut fide digna relatione percepimus) à ueritate catholicæ fidei deuiantes x ecclesiastica sacramenta y despiciunt, ac errores alios student multipliciter seminare z. ¶ Cũ a itaque talium damnanda b temeritas in eiusdẽ

a ¶ Reputetur.] sępe enim uitia se esse uirtutes mẽtiuntur, 42. dist. c. sæpe. ut s̃. dixi.

b ¶ Eorum.] scilicet nouæ religionis habitum assumentium, vt supra.

c ¶ Instituit.] vt in decr. quorundam.

d ¶ Ad litterã.] quasi dicat absq. aliqua transgressione illius regulæ.

e ¶ Confingunt.] id est simul fingunt sub cuiusdam vmbrę palliatione, cum ueritas in eis regulę nõ subsistat. arg. extra de cõsue. c. quanto. Vel expone confingunt, id est simulant exteri⁹: cui⁹ cõtrarium latet intrinsecus: quæ fictio & simulatio prohibita est. ff. de iusti. & iur l. 1. C. plus ualere quod agitur: licet aliquoties in bonum simulatio sit permissa qđ dic ut not. Ber extra de his quæ vi metusve cau. fi. c. 1.

f ¶ Non morentur.] hoc est contra uerã regulam ordinis Minorum, ut probatur. ca quorundam. vnde tales sub nullius ueri prælati obedientia existentes tamquam acephali pro religiosis habendi non sunt arg. 93. dist. c. nulla ratione.

Accephali sũt qui nulli p̃lato subsũt

g ¶ Prætendentes.] falso tamẽ, ut seqtur.

h ¶ Vacuauerit.] & sic extũc tali priuilegio & etiam reperto cõcesso, utẽdũ nõ fuit, tamquam sublato: aliàs pœna falsi incurreret. C. de no. codi. confirman. §. hunc igitur. origine enim rei sublata nõ est imago ad effectum aliquẽ relinquenda. C de lati lib. tol. l. 1 circa prin. & arg. ad hoc ff. ad leg. Corn. de fal. l. vlt. ad instar eius quod dicit: falsus procurator est, qui uerus prius fuit, sed post extitit reuocatus. C. de fur. l. falsus. extra de rescrip. ex parte decani. legis tamẽ licet abrogatæ notitia est necessaria, ut causa editionis eiusden sciat̃. 6. dist. Moyses. 7. dist. c. fuerunt extra de iudi. nouit.

i ¶ Approbari] omni igitur tempore habet dici uirib. uacuatum, ex quo non reperitur approbatum: sicut aliàs dr̃, quod generaliter p̃hibitum, expresse postea non concessum, omni tempore intelligitur denegatum. extra de uer. signifi. c. exiui de paradiso. §. cũ dictus. Clem. 5. de trans. episc. inter corporalia. §. sed neque. ff. de posthu. l. 1. §. ait prætor, quod cuiusque uniuer nomine, l nulli.

k ¶ Habitum.] scilicet nouæ religionis Fraticellorũ vel Beguinorum, ut supra

l ¶ Ritum] idest, modum. simile verbum. C. de Iudæ. l Iudæos.

m ¶ Quos] scilicet habitum, & uiuendi ritum.

n ¶ Nec eis.] scilicet fratricellis uel aliis (ut supra) nominibus appellatis, vnde pro non cõcesso debet haberi cõcessum ab illis, qui ius concedendi non habuerunt. ff. de offi. procon. l. obseruare. §. vlt extra de iurepatro. c. quod autem. 1. quæstio. 7. Daibertũ. cum similibus.

o ¶ Concilij generalis.] extra de reli. do. cap. ne nimia. Non licet igitur episcopis contra inhibitionem gñalis canonis facere, cum sint adstricti ad obseruantiam canonum. extra de æta. & quali. cap. cum Ecclesię. Clemen. 5. ubi de hoc dixi.

Episcopi sũt ad canonũ obseruantiã districti.

p ¶ Asserentes.] falso tamen.

q ¶ De tertio ordine] de quo habes in decret. cum ex eo de sentent. excommu. Clem. 5.

r ¶ Talis nominis.] scilicet tertij ordinis sancti Francisci: tale tamen uelamen eis non prodest, ut sequitur: & dixi in verbo, confingunt.

s ¶ Nullatenus sit cõcessus.] ergo intelligendus est prohibitus: vt dixi supra. in glo. omni igitur.

t ¶ Barathrum] id est inferni profundum.

u ¶ Anteponunt.] inniti suæ uolẽtes prudentiæ, immo potius fatuitati, contra dictum sapientis extra de constitut. cap. ne innitaris. Vnde de talibus scribitur quòd qui non ad propheticas uoces, non ad Apostolicas litteras, non ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos incurrũt, magistri erroris existũt: quia ueritatis discipuli nõ fuerũt. 24. quæstio vlt. ca quid autem iniqus. de hoc plenius dixi in c. cum inter nonnullos.

x ¶ Deuiantes] ab ipsa deuiantes hæretici sunt censendi. C de hęret. l. 2. 25. q. 2 c. prima salus. cum similibus multis.

y ¶ Sacramenta] de & super quibus firmiter credendum est quod sancta Romana prędicat Ecclesia: aliàs macula hæresis incurritur. extra de hæreti. ad abolendam.

z ¶ Seminare.] quibus residendum est muro inexpugnabili bellatorum. extra ne cle. uel mona. super specula. §. vlt. 10 colla. de statutis, consuetudinibus cõtra liber. eccle. §. statuimus.

a ¶ Cum itaque] Tertia pars.

b ¶ Damnanda] idest damnatione digna.

a ¶ Fidei

a ¶ Fidei detrimentum.] cuius eſt potius proſperitas procuranda. extra de hæret. ad noſtram. cle. 5.
b ¶ Scandalum.] quod vitandum eſt. extra de præſcri. nihil. de noui ope. nuncia. cum ex iniuncto.
c ¶ Ordinum.] ſcilicet approbatorum.

fidei [a] detrimentum, fidelium ſcandalum [b], præfatorũ Minorum & aliorũ ordinum [c] opprobrium [d], & etiam ſuarum & aliarũ animarum perniciem redundare noſcatur [e], ſectam, ritum, & ſtatum [f] huiuſmodi non obſtantibus præmiſſis [g] eorum excuſationibus, quas friuolas reputamus [h], & quicquid per [i] eos communiter vel diuiſim ſub religionis, conuentus, collegij ſeu congregationis [k] nomine vel colore attentatum [l] extitit vel exiſtit, de [m] fratrum ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica nullius fuiſſe & eſſe decernimus firmitatis [n]: & quatenus de facto proceſſerunt de conſilio & auctoritate præmiſſis, reuocamus [o] omnino, ac perpetuæ prohibitioni ſubijcimus [p], & ab eccleſia Dei penitus abolemus [q]. Eiſdem perſonis & alijs quibuſcunque ſub pœna excõmunicationis, quã eas (ſi ſecus fecerint) incurrere volumus [r] ipſo facto, iniungentes [s] expreſſe, ne ſtatum ſiue ſectam [t] & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptum [u] ſectentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere quoquo modo præſumant.

¶ Epiſcopos [x] quoque & eorum ſuperiores, & etiã alios prælatos quoſcunque, qui prædictis perſonis vel alijs ritum viuendi & habitum ſupradictos [y] præter ſpecialem Apoſtolicæ ſedis auctoritatem [z] deinceps [a] conceſſerint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipſo [b] iure decernimus ſubiacere [c]. Dignum eſt enim vt adulterinas [d]

d ¶ Opprobrium.] nã opprobrium facit religioni, qui religioſus non exiſtens habitum illum religioni cõuenientem portat. ſimile C. de epiſ. aud. l. minime. & contra talem lex imponit pęnam corporalis ſupplicij, & nihilominus exilij, in corpore authen. de ſan. epiſc. §. penul. col. 9.
e ¶ Noſcatur.] ſuper hoc dicas vt dixi in parte pręcedenti in gl. huic malo occurrendum.
f ¶ Statum huiuſmodi.] non dicit religionem: ſic etiã dici non meretur: cum per ſedẽ Apoſtolicam non fuerit approbata. ſimile huic de relig. do. cap. cum de quibuſdam. Clemen. 5.
g ¶ Præmiſſis.] ſcilicet proxi. §. in ver. & vt ipſorum. & in ver. quædam autem, & in ver. nonnulli.
h ¶ Reputamus.] & merito, cum aliquas ex ipſis nullum facti adminiculum habere, nec ex eis iuris fulcimentum venire noſcatur.
i ¶ Per eos.] ſcilicet talem ſectam, ritum vel ſtatum tenentes.
k ¶ Congregationis.] ac ſi foret à iure reprobatum.
l ¶ Attentatum.] de facto.
m ¶ De fratrum.] ſuper iſta clauſula dic vt dixi in ca. Execrabilis.
n ¶ Firmitatis.] nec mirũ: reprobato. n. auctore rationeſectæ omnia eius dicta & facta pro reprobis ſunt habenda. extra de hæret. c. fraternitatis, & in extrauag. domini Ioan. quæ incipit, dierum. quod dic vt no. per Ber. & latius per Inno. & Hoſt. d. c. fraternitatis.
o ¶ Reuocamus.] bene dicit, reuocamus, quatenus de facto proceſſerunt, cum de iure fuerint nulla: & ideo proprie reuocari & reſcindi nõ poſſunt. ff. de iniuſt. & irri. teſta l. nam & ſi ſub conditione. de ædil. edi. l. bonem. §. vlt. extra de deſpon. impub. c. ad diſſoluendum. Reuocantur igitur quatenus de facto proceſſerunt, ne forte in opinione communi aut vulgi labijs nomẽ valoris alicuius habere poſſint dici, & aliàs. extra de re iud. paſtoralis. §. vlt. cle. 5.
p ¶ Subijcimus.] concor. ad hoc extra de relig. do. c. religionum. lib. 6. & eo. tit. c. cum quibuſdam. cle. 5. Et ex quo talis ſecta per ſedem Apoſtolicam eſt prohibita & interdicta, ab omnibus habenda eſt pro inhibita & interdicta, quod. n. ipſa repellit, repulſum fore cognoſcere debent omnes. 94. diſt. c. miratus ſicut per cõtrarium ꝙ ipſa tenet & ſequitur, ab omnib. eſt tenendum. 24. q. 1. c. rogamus. C. de ſum. tri. l. 1. cum ſimilibus multis.
q ¶ Abolemus.] ſimile de reli. do. cũ de ꝗbuſdã. Cle. 5.
r ¶ Volumus ipſo facto.] per hęc verba fertur excommunicationis ſentẽtia. extra de appe. præterea. de teſt. cogen. cum ſuper. aliàs per ſola verba pręcedẽtia ſub pœna, non ſententia, ſed cõminatio inducitur. C. communi. vel epiſto. l. interlocutio. extra de iurepatro. relatũ. de ſimo. ca. ſicut. de ſagit. cap. 1.
s ¶ Iniungentes.] talis iniunctio non obtemperanti peccatum mortale inducit, vt aliàs ſæpe dixi, de maiori. & obed. c. ſi quis. & cap. illud. & ſuper hoc vide quod nota. Hoſti. de offi. ord. inter cætera. §. vlt. de treu. & pa. c. 1.
t ¶ Sectam.] ſimile de hæret. c. ad noſtram. §. cum autem, cle. 5.
u ¶ Aſſumptum.] ſcilicet iam in præſenti, vel in præterito.
x ¶ Epiſcopos quoque.] Quarta pars.
y ¶ Supradictos.] contra concedentes alios habitus vel ritum viuendi, pœna ſequens nõ videtur ſibi locum vendicare per hoc verbum: quia ſi de alijs cõditor canonis idem voluiſſet, hoc vtique expreſſiſſet. extra de deci. ad audientiam. C. de cadu. tol. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. & quia pœna ad caſum tantum expreſſum reſtringenda eſt. argu. extra de elect. ſtatutũ. lib. 6. de pœni. diſtin. 1. pœnæ. ff. de pœn. l. interpretatione. Sed in cõntrarium facit, quia in alijs nouis habitibus vel viuendi ritibus eadem videtur ratiõ, quaſi & in illis idem ſtatutum licet pęnaliter videatur: vt dixi in decr. Execrabilis & in c. abbates de reſcrip. clement. 5. ſed quod prius dixi, tutius reputo.
z ¶ Auctoritatem.] cum illa ergo talem ritum & habitum cõcedentes pęnam, quæ ſequitur, non incurrunt: quia tunc magis ipſa ſedes quàm ipſi facere videntur. omnia enim noſtra facimus. &c. C. de vete. iu. enuc. l. 1. §. ſed neque ex multitudine. extra de præben. c. ſi Apoſtolicæ. lib. 6. & quia quod lege permittente fit, pęnam nõ meretur C. ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus. ne principis auctoritate quis circunſcriptus videatur. C. de his qui veni. ætat. impe. l. 1.
a ¶ Deinceps.] ad futura igitur non ad præterita trahitur ſequens pęna. arg. C. de legi. l. leges. extra de cõſti. cap. 2. & vlt.
b ¶ Ipſo iure.] quaſi dicat nõ expectata hominis ſententia. ſimile extra de ſent. excom. c. eos. de reſcrip. ipſo iure. lib. 6. in corpore auth. de rap. muli. quæ rapto. nub. §. vlt. col. 9.
c ¶ Subiacere ẽ.] ergo in hoc p̃ſens cõſtitutio canõ latæ ſententiæ. & ſic vides quòd epiſcopi excommunicationis ſententiam canonis incurrunt, ſententiã autem depoſitionis ab officio nõ incurrunt, niſi expreſſe cautum reperiatur. de elect. ſi cõpromiſſarius. §. huius de ſent. excom. quia periculoſum. lib. 6.
d ¶ Adulterinas.] quales (vt hic colligitur) ſunt quæ

Epi ſentẽ tiã excõi cationis incurrere poſſunt.

d 2 ſine

sine patre legitimo spirituali prorogatæ reperiuntur, vt sequitur.

a ¶ Pater cęlestis.] qui plantare eas videtur, cũ ꝑ summum Pontificem vicarium suum plantatur. extra de transla. epis. inter corporalia, & c. quanto, & hoc procedit ex potestate clauium, quodcunque ligaueris, &c. Matth. 16. 25. q. 1. quodcunque. extra de re iudica. ad Apostolicæ. §. nos itaque.

b ¶ Temeritatis.] in malum sonat: vt aliàs extra ne cle. vel mon. c. vt periculosa. lib. 6.

c ¶ In agro Dominico.] simile extra de sta. reg. ca. ne in agro. Clemen. 5.

d ¶ Congregationis.] hic dicere potes vt dixi in parte 2. in verb. conuenticulas.

e ¶ Vepres] species est spinæ: vt dixi in c. ne in agro. sup. prox. allega.

f ¶ Cui.] scilicet Apostolico culmini.

g ¶ Gratia.] 24. q. 1. c. a recta. & c. rogamus.

h ¶ Nulli ergo.] super hac clausula dic vt no in ca. Execrabilis. Zenzelinus.

Diuisio sextualis

Copiosus.] ¶ In tres partes diuisibilis est pręsens constitutio. In prima cum quodam pręiudicio facti præmittitur recitatio. In secunda cõminatoria subiungitur constitutio: ibi, Cum igitur, &c. In tertia transgressorum eiusdẽ annectitur punitio: ibi, Nos enim omnes, & cætera

plantationes, quas nõ pater [a] cælestis, sed humanæ temeritatis [b] audacia plantat, Apostolici culminis censura diuellat: nec patiatur in agro [c] Dominico peruersæ congregationis [d] vepres [e] excrescere, cui [f] proprium est (diuina opitulante gratia [g]) virtutes serere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli [h] ergo, &c. Datum Auinion. iij. calend. Ianuarij, anno secundo.

TITVLVS VIII.

De Iudæis & Sarracenis.

¶ *Vt Petrus filius regis Castellæ pio ductus proposito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret, lata fuit excõmunicationis sententia in omnes, prohibita portãtes ipsis infidelib. & Saracenis prefati regni Granatæ. Concor. c. ita quorundam. & c. ad liberandam. eod. tit. in antiq.*

CAP. VNIC.

Copiosus in misericordia Dominus [i], qui de sua abũdantia [k] pietatis corda fidelium ad suæ maiestatis obsequia [l] deuotionis ardore succendit [m], præcordijs [n] dilecti filij nobilis viri Petri Infantis [o] nati [p] claræ memoriæ Sanctij regis Castellæ adeo [q] copiose gratiam [r] cælestis inspirationis infudit, quòd sibi delectabile [s] reputat propriam exponere in ipsorum [t] prosecutione personam [u]. Pio quidẽ nobilis ipse du ctus ꝓposito [x] tamquam strenuus [y] athelata [z] Domini [a], negotiũ ĩpugnationis

n ¶ Præcordijs.] id est intrinsecis cordis affectibus.

o ¶ Infantis.] Infantẽ eũ vocat, licet maiorem ętate, aliàs tutor esse nõ posset, qualis esse inf. supponitur. C. de legi. tut. l. nemo. insti. de fidu. tut. in fi C. de leg. he re. l. vlt. §. fi. Et applaudit consuetudini & vsui loquẽdi cõi Hispaniæ: iuxta quam filij regum, qui reges non sunt, Infantes appellantur. arg. ad hoc ff. de flu. l. 1. §. flumen. de fund. instru. l. cum delanionis. §. asinam. sicut q̃ñq;, in vulgo aliqui iuuenes appellantur, qui tamen iuuenes nõ sunt. ff. de poen. l. capitulum. § solent. proprie enim infans est minor septem annis. C. de iure deli. l. si infanti.

p ¶ Nati.] id est, filij.

q ¶ Adeo.] id est, in tantum.

r ¶ Gratiam.] hoc dicit: quia nihil boni est dare absque gratie Dei. 23. q. 4. Nabuchodonosor. 26. q. 5. nec mirum.

s ¶ Delectabile reputat.] quisq; enim delectari debet in obsequijs maiestatis diuinæ: nam voluntarium militẽ sibi eligit Christus, volũtarium vero seruum sibi auctionatur diabolus. 15. q. 1. c. non est. aspernatur enim Christus coacta seruitia, & hilarẽ seruitorem diligit Deus nõ timore pœnæ, sed amore iustitię seruientem secũdum Apostolum. 23. q. 6. §. ex his.

Militẽ voluntariũ Christus eligit.

t ¶ Ipsorum.] scilicet obsequiorum maiestatis diuinæ.

i ¶ In misericordia Dominus.] & nedum est copiosus in misericordia, immo semper potens in ea. de pęnit. dist. 7. nullus expectet. omnia. n. potest quę posse est aliquid posse de pęnit. dist. 2. c. principium ver. charitas. Quare misericordiæ eius nec mensuras ponere ꝑpossumus, nec tẽpora definire: apud quẽ nullas patit̃ metas veniæ conuersio. de pęni. dist. 1. c. serpens. ver. his autẽ. aliàs est sub c. multiplex. per misericordiã. n. non vult peccatoris perditionẽ, sed cõuersionẽ, & salutẽ: delinquẽtes qui corriguntur suscipiens, in corpore auth. vt non lux. contra natu. in prin. col. 6. 26. q. 6. c. cognouimus. & quotidianis hoĩum peccatis semp ignoscere dignatur, & pniam nr̃am ꝑsuscipere. C. d̃ nup. l imperialis.

Misericordia Dei nõ põt mensurari.

K ¶ Abundantia pietatis.] per quam pro peccatoribus Christus aduocatus apud patrẽ existẽs, ꝓpitiatio est ꝓ peccatis. de pęn. dist. 2. c. si enim. inquit. ver. qui dicit.

l ¶ Obsequia.] id est digna seruitia, sup quo videre potes ꝙ notaui in c cũ ad sacrosanctæ. in verbo pietatẽ.

m ¶ Succendit.] id est illuminat, vel accendit, nec enim perimpensa obsequia quis ad Christum peruenire potest, nisi sibi datum fuerat a Patre. 22. q. 4. ca. de Tyrijs. vnde ad pęnitentiam cor peccatoris dicitur illustrare de pęnit. dist. 5. c. falsas.

u ¶ Personam.] maiorem oblationem Deo facere non poterat maiorem enim charitatem nemo habet, quã vt animam suam ponat pro amicis suis: vt scriptura testatur sacra. & ad instar Esaię prophetæ, qui Domino interroganti, quẽm ex duobus ad prædicandum mitteret, respondit: ecce ego, mitte me, Esaiæ 6. ca. 7. q. 1. in scripturis. & ad instar sancti Martini dicentis, Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, ego non recuso laborem.

Charitas maxima est aiam ꝓ suis ponere.

x ¶ Proposito.] ad quod Deus respectum habet. 1. q. 6. si sacerdotibus. in fi. 14. q. 5. si quid inuenisti.

y ¶ Strenuus.] animi magnanimitate. de sup. neg. præl. grandi. lib. 6.

z ¶ Athleta.] id est pugil seu pugnator sine mercede. ff. de his qui no infa. l Athletas. C. de athle. & ibi no. in rubrica. lib. 10.

a ¶ Domini negotium.] Not. Christi negotium reputari impugnationem infidelium: ipsi enim quia cum Christo nõ sunt per fidem, contra ipsum esse censent, iuxta illud: Qui non est mecum, contra me est. C de Iudæ. l. cælicolarum. vnde & hæreticus est, qui non est Ecclesiæ membrum, in corpore auth. de priuile. do. §. 1. col. 8. cum dñs pro fide Christiana vt nõ deficeret, repertus sit exorasse, Lucæ 22. cap. 21. dist. §. 1.

Agare

perfidorum Agarenorum [a], à quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam [b] detinetur [c], tutorio [d] nomine chariſſimi in Chriſto filij [e] noſtri Alfonſi Caſtellæ regis illuſtris, qui ſub teneritudine puerilis [f] ętatis adhuc dignoſcitur conſtitutus, aſſumpſit ſub [g] ſpe cęleſtis [h] auxilij ferventer [i] & viriliter [k] proſequendum.

¶ Cum [l] igitur omnia cupiamus obſtacula [m] remouere, per quæ dicti negotij proſecutio poſſet quomodolibet impediri, vniuerſis & ſingulis cuiuſcunque conditionis, prę-eminentiæ [n], vel ſtatus exiſtãt, diſtrictius inhibemus, ne arma [o], equos, ferrum, lignamina [p], uictualia [q] & alia quæcunque [r] prohibita per Romanos Pontifices prędeceſſores [s] noſtros [t] ad terras Aegypti deferri ad Sarracenos dictl regni Granatæ intra triennium [u] incipiendum à calend. Aprilis proxime

a ¶ Agarenorum] ſpecies eſt quorundam infidelium de quorum ſpeciebus multas reperies enumeratas. 24. q. vlt. c. vlt.

b ¶ Cõtumeliam] talis contumelia, q̃ in religionem diuinam committitur, in omnium fert̃ iniuriam. C. de hæretic. l. Manichæos.

c ¶ Detinetur.] hoc contingit ob noſtrorũ multitudinem peccatorum: propter quam Pagani & infideles cęteri nocendi facultatem diuinitus, id eſt permiſſione Dei aſſequuntur. 7. q. 1. c. ſciſcitatus. 56. diſt. c. ſi gens Anglorum.

d ¶ Tutorio nomine.] ſuperponere uidetur textus iſte ſatis apte, ꝙ tutor regis tutorio noĩe impugnare poſſit infideles ad expenſas regis pupilli: certum eſt enim ꝙ ad onus principum temporalium ſpectet defenſio Eccleſiæ: & eorum poteſtate eſt Eccleſia munienda: voluntas enim Dei eſt concitare temporalem poteſtatem aduerſus hæreticos, & alios infideles: aliàs .n. de ſuo imperio Deo rõnem reddere ſunt adſtricti 23. q. 5. c. princeps. & q. 8. quãdo. extra de ſup. negli. prælagrandi li. 6. Cõſtat etiam ꝙ vna poteſtas per aliam eſt iuuãda. 26. diſt. c. cũ ad uerũ. & poteſtas ſæcularis cogi põt ꝑ eccleſiaſticã ad ſibi auxilium ꝓbendum. extra de maledi. c. 2. de offi. ordi. c. 1. & c. quoniam. 22. q. 5. c. adminiſtratores Cum igitur ipſe rex ad hoc faciẽdũ ſit adſtrictus, tutori hoc adimplẽti de bonis regis pupilli nihil poterit imputari. arg. ff. de admi. tut. l. ſine hærede §. Lucius. de iu. te. & ra. diſtrahen l. 1. C. de admi tuto. l. ſumptus.

Principes Eccleſiã defẽdere tenẽtur.

e ¶ Filij noſtri] regem ergo appellat Papa filium, nõ fratrem extra de crimi. falſi. quem graui. Nihil enim honorificentius, quàm ut rex uel Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur. 23 q. 8. c. cõuenior. circa fi. & dixi in c. prodiens.

Imperator dr̃ filius Eccleſiæ.

f ¶ Puerilis ætatis] Not. puerilem ætatem teneram dici: vnde in ea conſtitutus, licet aliàs de ſe diſcret⁹, ad tractanda ſapiẽtium hoĩum iura inhabilis reputatur. C. de teſt. mili. l. uit. & arg. ff. de decur. l. ſpurij §. minores. de mune. & ho. l. ad rem publicam. extra de elect. c. ex eo lib. 6.

g ¶ Sub ſpe] quam confidenter habere poterat ex pio ſuo mẽtis propoſito iuxta verbum propheticũ: Reuela Domino uiam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.

h ¶ Cæleſtis auxilij] ſimile C. de epi. & cle. l. Deo nobis. in corpore Auth. de quæſto. in prin. coll 6. Nam cũ domini Dei beneuolentia militarium rerum incipit ordinatio. ipſius enim prouidẽtia Dei diſpoſitis Barbarorum quidem incontinentia refrænatur, rei vero publicæ res augentur, in corpore authen. vt neque miles neque feuda. in prin. coll 8. & dum orationes Chriſto fiũt, vincit populus ſuus: ſi relaxãtur, vincitur. Exod. 17. c. & 36. diſt. c. ſi quis vult.

i ¶ Feruenter] quo ad animi feruorem.

k ¶ Viriliter.] quo ad corporis vigorẽ & ſtrenuitatẽ.

l ¶ Cum igitur.] Secunda pars.

m ¶ Obſtacula remouere.] iuxta hoc ſcribit̃ in lege, quòd decurſio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, nõ aliter ad bene ſe habendum reuocatur, licet prima eius gubernẽtur principia, niſi etiã ꝙ particulariter ei reſiſtit, ſummoueatur. in corpore auth. de teſti. & ea quæ parit. in prin. coll. 4.

n ¶ Preæminentiæ.] Intelligo etiam regalis: tum ob iſtius textus indefinitatem: tũ quia ad onus regis ſpectat defenſio fidei, & impugnatio infideliũ, ut dixi ſ. in gl. ſupponere. tum etiam arg. ſi fratrũ. §. quia igitur. vnde præ ceteris debet abſtinere ab ijs, a quibus tenetur alios cohibere. arg. ff. ſi ſer. vẽdicetur. l. altius. extra de na. ex lib. ven. cap. 1.

o ¶ Arma.] appellatione armorum comprehenduntur nedum arma offenſionis cuiuſcunque generis, immo & defenſionis vt ſcuta, bloqueria, loricæ, platæ, diſploides, & ſimilia. ff. d̃ vi & vi ar. l. 3. § armis. inſt. de interdi. § qui autem. de publi. § itẽ lex Cornelia. ff. d̃ ver. ſig. l. armorũ. de fur. l. pignore. §. furem. & quia omne obſtaculũ eſt tollendum quod poſſet impugnationem infideliũ aliquatenus impedire: ut hic uides. de hoc dixi de ſtatu. mo. in c. ne in agro. §. præfatæ quoque. clem. 5.

Armorũ quædam sũt offenſionis, q̃dã defenſionis.

p ¶ Lignamina.] galearum ſcilicet, uel de quibus galeę uel alia nauigia fieri poſſunt. de Iudę. ita quorũdam. & c. ad liberandam.

q ¶ Victualia] quid ipſorum appellatione contineãtur, uide quod legitur. ff. de uer. ſig. l. uerbo uictus. & l. quos nos. §. fin.

r ¶ Quæcunque prohibita.] quæ ſunt illa, colligit̃ C. quæ res ven. poſ. vel non, l. barbaricũ, quæ res expor. non debent l. 1. extra de Iudæ. ita quorundam & c. ad liberandam.

s ¶ Prædeceſſores noſtros] vt Alexãdrum tertium, dicto c. ita quorundam. & Innocentium tertium. dicto c. ad liberandam.

t ¶ Ad terras Aegypti.] in quib. Chriſtus natus fuit, ſ. in Bethleem, nutritus in Nazareth, paſſus & ſepultus in Hieruſalem. no. extra de ſepul. c. 1. quæ peccatis noſtris præpedientibus ab infidelibus detinentur.

Chriſtus ubi fuit natus, nutritus, & paſſus.

u ¶ Intra trienniũ.] res miranda videtur, ꝙ conditor huius c. terminũ certum præfixit, intra quem ſua duraret prohibitio facta de non portandis reb. prohibitis ad regnũ Granatę: cum infideles ibidem habitent, vt hic ſupponit̃, cũ lex humana ciuilis inhibeat ſub pœna capitis, & ſub pęna proſcriptionis omnium bonorũ, res inhibitas ad Barbaros deferri. C. quę res exportari nõ debent. l. 1. & iura alia canonica. ſup. gl. proxi. alleg. ſimpliciter inhibeant res interdictas ad Sarracenos portari. Quæ igitur poteſt huius fuiſſe ratio? Ad hoc poteſt dici, ꝙ cum proſecutio iſtius negotij eẽt futura tẽporalis, per Petrum infantem, vt pote facienda per eum tutorio nomine regis Caſtellæ, talem prohibitionem facere voluit temporalem, pęnalẽ & ſentẽtiæ excõicationis inductiuã: ut ipſe Petrus interim feruẽtius induceretur ad dicti negotij proſecutionẽ; ne forte aliàs ipſe deſidem illũ redderet: vnde cũ ad ipſius Petri futuri temporalis proſecutoris ſupplicationẽ ꝑſens cõſtitutio pęnalis forte facta fuit, Papa eam facere perpetuam non curauit: potiſſime cum ſciret iura alia cõia multarũ pœnarũ inflictiua fore dudum condita generaliter contra portantes res prohibitas Sarracenis, q̃ per iſtam decretalem in nihilum immutant̃.

Sed ad istam per illam additur cum suis pœnis cõtra illos, qui isto durante triẽnio res ꝓhibitas detulissent, nec ex uirtute huius cõstitutionis quis pœnas aliquas incurreret deferendo post triennium tales res prohibitas: sed remanent alia iura pœnalia cõtra tales. Nec potest arg. a contrario sensu colligi ex hac decretali, ꝑ quod diceretur deferentes res prohibitas absque prohibitione huius decretalis non incurrere pœnas a ꝑ decessoribus promulgatas: cessat. n. argumentum a contrario sensu ubi iura alia obuiarent. not. de fo. cõpet. significasti. & C ď epis. & cle. l. conuenticulam. Vel dicas quòd cum a prædecessorib. aliquibus fuerunt pœnæ & sententiæ promulgatæ contra deferentes res prohibitas ad partes Aegypti, q̃ non ligarent ad se portantes ad alias partes: magnum fuit, ꝙ Papa uoluit eas extendi contra deferentes ad regnum Granatæ: non fuit ergo mirũ, si certũ tempus uoluit super hoc limitare

Argumẽtum a cõtrario cessat aliquando.

a ¶ Quomodolibet.] quasi dicat nec per se nec per alium: nec per terram, nec per aquã, uel alias quoquo modo.

b ¶ Nos.] Tertia pars.

c ¶ Quæcunque prohibita.] dic ut super hoc in parte præcedente dixi.

d ¶ Nostræ prohibitionis.] scilicet intra triẽnium ut sup a contrario ergo sensu deferẽtes non contra talem prohibitionem, non viderentur incurrere pœnam: sed dic ut supra dixi super uerbo intra triennium.

e ¶ Et nihilominus.] id est, ultra pœnas & sententias a prædecessoribus promulgatas.

¶ Prosecutione durante.] ergo illa finita præstantes auxilium & similia, non incurrerent sententiam huius canonis: nihilominus tñ incurrerẽt sñiam aliorũ iuriũ, ut su. dixi.

g ¶ Vel fauorem.] super hoc uerbo & duobus præcedentibus dic ut dixi. c. dierum. §. nos.

h ¶ Dicti negotij] scilicet impugnationis perfidorum regni Granatæ.

i ¶ Directe.] puta opponendo se contra impugnare volentes dictos perfidos.

k ¶ Indirecte.] ut persuadendo, uel monendo, ut a tali impugnatione desisteretur.

l ¶ Excommunicationis] scilicet maioris. de sentẽ. excom. si quem. quæ in hoc casu forte circa Papam tolli non posset: si supponas quòd eã sibi retinuerit tollendam sententiæ promulgator: prout in talibus prædecessores facere consueuerunt.

m ¶ Ipso facto.] & sic est canõ latæ sentẽtię. Zenzel.

secuturũ, quomodolibet [a] deferre præsumant. Nos [b] enim omnes & singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & uictualia supradicta, & quæcũque [c] prohibita, contra tenorem huius nostræ [d] prohibitionis deferre præsumpserint, illis pœnis & sententijs, quas deferentes huiusmodi prohibita in Alexãdriã, uel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus subiacere. Et [e] nihilominus omnes & singulos, qui Sarracenis Granatæ præstabunt (dicti negotij ꝓsecutione durante [f]) auxilium, consilium, uel [g] fauorem: aut prosecutionem dicti [h] negotii directe [i] uel indirecte [k], secrete uel publice impedire uel turbare forte præsumpserint: excõmunicationis [l] sententiam incurrere volumus ipso [m] facto. Nulli ergo nostræ inhibitionis, constitutionis, & uoluntatis, &c.

Datum Auin. quinto Calend. Martii, anno primo.

TITVLVS IX.

De torneamentis.

¶ Constitutio Clementis in quibusdã regnis torneamẽta inhibẽs sub pœnis excõicationis & interdicti, hic reuocatur, & illi q̃ huius occasione sñias ĩcurrerãt, absoluũt

CAP. VNI.

Quia in futurorum euentibus [n] sic humani fallitur [o] incertitudo iudicii, ut qđ coniectura [p] probabili exnunc interdum attenta [q] consideratio utile pollicetur, [r] reperiri [s] dãnosum quandocunque contingat: nonnunquam quod consulte [t] statuitur ex sanioris inspectione iudicii consultius [u] reuocatur.

¶ Sane [x] fęlicis recordationis Clemens Papa quintus prædecessor noster attente considerans generale passagium [y] in concilio Viennensi pro terrę sanctæ subsidio salubriter ordinatum, per torneamemta [z] &

Diuisio.

Quia in futurorũ.] Primo harenga seu præfatio præmittitur. Secundo factus processus per Clementem Papam v. subiungitur: ibi, Sane felicis, &c. Tertio reuocationis eiusdem processus causa & ratio annectitur: ibi, Verum quoniam, &c. Quarto ipsa reuocatio subinfertur: ibi, Nos ad dilecti, &c.

n ¶ Euentibus.] qui de se incerti sunt. in stitut. de uerb. oblig. §. oĩs ff de condit. & demon. l. 1. §. dies.

o ¶ Humani fallitur.] cum de futuris diuinare certitudinaliter non possit, ut extra ut eccl. benef. ca. 1. ff ad l. aquil. l. si putator. simile. ff. mãda. si fideiussor. §. si cũ debitori. nec beatus Paulus, licet spiritu Dei repletus secreta diuini futuri iudicij agnoscere potuit. 12. q. 2. c. cũ beatus. solius enim Dei est præscire futura ff. de iud. l. sed & si re. stituatur §. ult. 25. q. 5. quòd autem.

Futura solus Deus cognoscit.

p ¶ Coniectura.] id est, pręsumptione.

q ¶ Attenta.] id est, deliberata.

r ¶ Pollicetur.] idest asserit per coniecturam. Pollicitatio. n. est solius afferentis ꝓmissio absq; alterius præcedente consensu. & in hoc differt a pacto. ff. de pollici. l. pactum.

Pollicitationis descriptio.

s ¶ Reperiri damnosum] sumitur ex corpore auth. hæc constitutio innouat cõstõnẽ. in prin. coll. 8. & in decret. quia nonnunquam. repies, simile vbi de hoc dixi.

t ¶ Consulte.] i. cõsilio & deliberatione ꝓcedẽte.

u ¶ Cõsultus.] sapientis est enim mutare consilium in melius. in corpore auth. ut fratrũ filij. in prin. col. 9. de nup. §. nos autem, coll. 4. ff. de col. bo. l. nonnunquã. 22. dist. c. si aliq̃d. & c. magnæ. cum similib.

Cõsilium mutare sæpius pietis est.

x ¶ Sane.] secunda pars.

y ¶ Passagium.] vltramarinum contra Sarracenos inimicos fidei faciendum.

z ¶ Torneamenta.] quæ dicũtur torneamenta, colligitur

Torneamẽta an sint permissa.

gitur extra de tornea.c.1.quę licet causa experimento rum de iure ciuili videant̃ permissa.ff. de aleato.l. solent.§.senatus.ad l. Aquil.qua actione.§.si quis in col luctatione de postu.l.1.§.si depugnauerit de iure tamẽ canonico sunt inhibita ob mortem hoĩum,q̃ frequenter exinde peruenit.

vt d.c.1.non enim me rentur dici ludi, ex

hastiludia ᵃ siue ᵇ iustras non leuiter ᶜ impediri:

quibus crimina oriuntur in procemio.ff.§.illud vero. vnde ludus noxius est in culpa.ff ad leg. Aquil.l. nam ludus.Sed gratia huius hic quæro 1,vtrum de iure canonico vel ciuili scripto duella sint aliquo casu hodie permissa? Videtur ꝙ nõ.C.de gladiato.l.vnica.vt armorũ vsus.l.vnica.& arg.C.de act.& obli. l. negantes. In hac opinione vr̃ residere Accursius d.§. si quis in colluctatione.& d.l.1.de gladiato.expressius hoc no.ff.de leg.2.l cũ filius.§.vlt.Sed in contrariũ vr̃ lex expressa Federici Imperatoris:vt in col.10. de pa.te.§.si quis hominẽ.& § si quis aliquãdo. & § & miles.vbi in certis saltem casib.vr̃ pugna per duellũ permissa: nec videt̃ contrarium posse dici,cum illa lex Friderici lex generalis existat,cum ad omnes sit directa, ꝙ est signũ legis generalis. C.de leg.l.3.nã quod per epistolam & ꝑ subscriptionem Imperator statuit,vel edicto præcepit, legẽ esse constat ff.de constit.princip.l.1.Istud ẽt videt̃ expresse denotari in rub.quę sequitur post illa,de pace tenẽda;cũ in ea dr̃,hic finitur lex,deinde incipiunt regni cõsuetudines.per quod innuitur mandatum factum in titulo præcedenti de pace tenenda sub certis pœnis legem esse cõmunem.hic sentit glossator feudorum pro & contra.& super hoc multa allegans in titu. de pace iur̃o firman.§.iniuria.qui etiam cõsentire vr̃, ꝙ saltẽ in certis casibus pugna per duellum sit hodie præmissa,vt no.ipse in tit. de ali.feu.paterni.§.non,est Et secundũ hoc nõ obstabat lex prædicta,de gladiato. nec lex vnica,vt vsus armorum.quia loquunt̃ de alijs gladiatoribus q̃ in duello pugnãtibus,vel aliã vim armorum committentibus,vt not Gof.in libello suo iuris canonici, in tit. de purg. Vel dices,ꝙ leges illę vt priores tolluntur in hoc per l.Friderici tamq̃ posteriorẽ.Vel dices ꝙ illæ prohibitionẽ ponũt in genere: & lex Friderici duellũ ꝑmittit in specie:& ita neutra alterã corrigit.Sed suppposito ꝙ secundũ legem scriptam in certis casibus admittatur hodie duellum:quæro an lex ciuili saltẽ ratione peccati succumbat canoni ipsum prohibenti.2.q. 5. monomachiam. extra de purg. vulg c.2.nedum in foro ecclesiæ,immo & in foro temporali:in duello enim certum est interuenire peccatũ, cum in ipso quis intendit ad mortẽ proximi, & Deus tẽtari videat̃.23.q.vlt.c sed nulla extra de purg. vulg. c.vlt.cum sim. Ad hoc breuiter respõdeo,& dico,ꝙ lex hoc permittens necessario habet canoni succũbere ratione peccati,& hoc persuaderi potest tam per legẽ diuinam,q̃ humanã Per diuinam:quia dicat Apostolus: Omne ꝙ non eẽ est fide,idest ex bona & syncera conscię̃tia,peccatum est.Et beatus Ambrosius super dicto Apostoli ait: peccatũ est ꝙ aliter fit quàm probatum est,& Augustinus super eo dicto,Omne ꝙ aliter fit q̃ probatum est,peccatum est,& recitatur textualiter.28 q.1.§.ex his.cũ igitur Deus peccatum inhibeat, ergo & omne id per quod ad illud peruenitur.ff de spon.l. oratio.ff.de fideiuſ.l.cum lex.C.de nat.lib.l.lege Anastasij,in fi.extra de consti. c. nã concupiscentia. Item scriptũ est in Euangelio,non tentabis Dominum Deũ tuum.& legitur 22.q.2.c.quæritur. cũ patriarcha.sed ꝑ duellũ Deus tentari vr̃.d.c.monomachiam,cum iuribus alijs allegatis.Itẽ lex imperialis facta per Imperatorem profitentem se esse vltimum seruum Dei, & velle suũ seruitiũ adimplere.C.de offi.præfec.præto.l. quas gratias. inducere non poterit quod Dominus suus vel Deus inhibet.28.q. 1.ca.iam nunc.Probo hoc idem per legem humanam,tam canonicam quàm ciuilem:per canonicam,extra de purg.vulg per totum.de cle.pu.in duel.per totum, & d. c. monomachiam. per quã legẽ canonicam probatur ꝙ Dominus principem Ecclesię cõstituit super omnes principes sęculares in spiritualib rebus 96. distin. cap. si Imperator.extra de maio.& obe.c solitæ.vnde in his principes sęculi suas constitutiones debent canonicis submittere, non præferre.d. ca. si Imperator vnde necessario ratione peccati habet lex canoni succumbere,vt no.Ber.Inno.& Host. extra de præscrip.quoniam omne, & Gul. in Spec. de dispu. aduo.§.porro.verb. sed nunquid.& ponit exemplum extra de noui ope.nuncia. c. 1. plus adhuc dico secundum hãc legem,quod iudex sæcularis cogi potest per ecclesiasticum ad faciendũ coram se seruari canones omissis legibus.arg.extra de pact.ca.quamuis.de exceptio.cap.1.de iureiur.c. licet. de sent. excommu. cap. decernimus.lib.6.Adhuc idem probo per legem ciuilem:nam per eam statuitur, canones fore pro legibus omnes seruandos:in corpore authen. vt cle.apud proprios epi.§.penul.col.6.de eccl.tit.in prin.col.9.intantum quod episcopus transgressores canonis etiam secundum legem ciuilem punire potest,in corpore auth. de san.epis.§.ne autem.col. 9. probibitum ergo duellum per canonẽ,prohibitum debet reputari per legẽ. Nec obstat hic dicta lex Friderici.cum in eadem lege Fridericus se velle dixerit in indicenda pace tam diuinas quam humanas leges in suo vigore permanere:ne dũ ergo legem diuinam hoc prohibentem videtur seruari voluisse:immo & humanas præcipientes canones fore pro legibus obseruandos.Item in lege ciuili statutum est,inferiorem legem superioris tollere non posse ff.ad Trebel.l.ille à quo.§.tempestiuum.de arbi.l.nã & magistratus.intantum ꝙ in lege inferioris auctoritas superioris intelligitur excepta.ff.ad muni.l. Imperatores.de prohib.feu.alie.l.imperialem.§.vlt.col 10. nec seruum posse legem domini tollere.C.de pac.l.seruum cum similib.Imperator autem se seruum Dei profitetur,vt prædixi.Item cum imperium & sacerdotiũ sint à Deo instituta,in corpore auth.quomodo opor.episc. in princ.col.1.absit dicere,ꝙ Imperatori concesso imperio videtur data potestas tollẽdi. vel perdẽdi legem Dei ipsum imperium instituentis.ff.de pactis,l. contra iuris ciuilis.§.vlt.de don.l.filius.aliàs videretur Deus contra seipsum imperium constituisse:quod dicere est absurdum.super quo vide quod plene not. lib.feu. in tit.hic finitur lex.§.vlt.item probatur,nam in facto vsurarum lex ipsas permittens succumbit canoni ipsas prohibenti,vt no.in corpore auth.de eccl.tit. in prin. col.9.C.de sum.Trini.l.1.de vsu.auth ad hoc Sed hoc dici nõ potest nisi ratione peccati:cum igitur ratione peccati & propter peccatum vsurarum lex succumbit canoni : ergo eadẽ rõne in quocunque alio casu vbi subest peccatum,vt est in duello,vt prædixi.arg.in corpore auth.vt nõ luxu.cõtra na.in prin.col.6.Scenicas non solum.§.1 col.5.quia ratio differentiæ reddi non potest:quare idem ius debet esse ff.de iniust. testam.l. posthumum §.1.de verb.obli.l.l.à Titio.C.de lib. præt, l.1.Item Imperator Valentinianus scripsisse legitur se velle fore submissum Ecclesiæ, cum tamquam homo peccare reperiretur:hoc patet 73.dist.c.Valentinianus. extra de iudi c.nouit C de sum Trin.epistola,inter claras.de offi.pręfe.præt.Afri.l.quas gratias.Ex his igitur concluditur,quòd super duello per legem inducto peccatum inducenti,ipsa lex canoni habet succumbere; aliàs dic quod super hoc notaui in simili extra de reg. iur.c.possessor.lib.6.

1 Detestabilẽ duellorũ vsũ ex Christiano orbe penitus exterminauit cõcilium Tridentinum sessi. 25. de reformatione c.19.

Lex succumbit canoni, vbicunq; pecatum subest.

a ¶ Hastiludia.] sic dicta,quia ludi causa fiunt cum hasta arg.ff.de alea.l.solent.

b ¶ Siue iustras.] alludit vulgari denominationi regionis,maxime linguæ Oxitanæ.arg.ad hoc ff.de pęnis. l. capitalium.§.solent.de flu.l.1.flumen. extra de priuil. c.religiosi.§.1.Clem.5.

c ¶ Non leuiter.] quasi dicat immo grauiter vel fortiter.

a ¶ Prosecuturos.] ipse vel gentes suas habentes passagium facere.
b ¶ Exinaniunt.] idest exhauriunt bonis & facultatib. C. ne fil. pro pat. Auth. habita. vbi simile verbum sic exponi reperies ad hoc extra de vsur. c. vsurarum. lib. 6.
c ¶ Impotentes.] scilicet impotentia facti forte de diuitibus facti pauperes ob expēsas nimias factas pro torneamentis exercēdis vltra quā possent sui facultates patrimonij tolerare. argu. ad hoc in corp. auth. vt omnes obe. iud. pro uinciarum. §. 1. col. 5. ff. vbi pupillus educ. debeat. l. ius alimentorum. 2. respon. de iure do. l. quaro. & l. generalis.
d ¶ Crucis assumptione.] quam volentes passagiū facere, assumere consueuerunt.
e ¶ Retrahunt.] vt talis retractio non contingeret, multū videbatur causa probabilis ad inhibendum talia torneamenta. arg. ad hoc ff. de ope. pu l. qui liberalitate. circa fin. in corpore authen. vt lit decætero. §. hic si mulier. colum. 6. C. de bon. quæ libe. l. 2. de dona. ante nupt. l. si constante.
f ¶ Ab illis.] scilicet torneamentis.
g ¶ Ea.] scilicet torneamenta.
h ¶ Erubescunt.] reputantes forte sibi ad aliquem ruborē seu pudorem, si quod vident alios facientes ipsi non faciant, pompam sæculi sequi volentes, vt frequenter accidit in viris nobilib. arg. ad hoc ff. de admi. tu. l. cum plures. §. cum tutor de dona. cum filius.

† Et ideo hic nominātur, tamen idē dicendū de alijs ꝓuincijs, ī quib. per ista passagium impeditī. facit gl. in l. tale pactū. §. fin. de pact. l. scire oportet. §. fi. ff. de excus. tut. gl. in verbo, ꝓsidētes reputata sing.. cle 1. de rescrip. Sed vltra Bar. ibi ego al lego gl. in verbo, re⁹ c. 2. de cōfes. lib. 6. gl. quam Ange. dicit practicatā fuisse. l. 1. C. de rapt. virg. tex. & Bal. in c. 1. §. si quis rustic̄is. de pa. tenen. rotata.

tum quia frequenter sic ipsum passagij negotium prosecuturos [a] exinaniunt [b], quòd ad eius executionem efficiuntur impotentes [c]: tum quia interdum quamplures à crucis [d] assumptione retrahunt [e], dum ab illis [f] abstinere (alijs ea [g] exercentibus) erubescunt [h]: torneamenta ipsa & hastiludia siue iustras in regnis Franciæ, Angliæ, & Alemaniæ, & alijs nonnullis prouincijs, in quibus ea consueuere frequentius [i] † exerceri, specialiter interdixit [k]: in facientium [l] ea [m] vel ad id [n] eis [o] præstantium [p] opem, consilium, vel consensum, & illorum [q] etiam, in quorum locis [r], vel districtibus fierent non prohibentium hoc cum [s] possent, & illorum procedentes ad [t] illa in domibus [u] suis recipientium, vel commerciū quomodolibet [x] exercentium cum [y] eisdem, in personas [z], excommunicationis, & in terras, interdicti sententias promulgando [a], absolutione ab excommunicatione [b] huiusmodi prçterquā in mortis articulo sedi Apostolicæ reseruata [c]. Verum [d] quoniam (vt intellexi-mus) per sententiam huiusmodi periculum animabus ingeritur [e], & pro eo maxime negotio dicti passagij derogatur: quia nonnulli militari [f] cingulo abstinent & quia vacare [g] militiæ, metu præsertim ipsius [h] sententiæ non præsumunt, propter [i] quod idoneos [k] & voluntarios [l] ad terræ prædictæ subsidium in regnis eisdem contingit pauciores solito reperiri: Nos [m] ad dilectum filium nobis viri Philippi claræ memoriæ regentis [n] Franciæ & Nauarræ regis, & aliorum de domo [o] regia,

i ¶ Frequentius exerceri.] vnde in illis non sine causa fuit facta interdictio specialis. arg. C. de fer. l. prouinciarum. ff de pœ. l. aut facta. §. vlt.
K ¶ Interdixit.] in quadam extrauaganti, quæ incipiebat: Passiones.
l ¶ In facientium.] sume verbum, personas, quod est infra.
m ¶ Ea.] scilicet torneamenta.
n ¶ Ad id.] scilicet faciendum torneamenta, vel alia sup. expressa.
o ¶ Eis.] scilicet facientibus.
p ¶ Præstantium opem.] super hoc verbo & sequentib. vide quod dixi in c. dierum. in verbo auxilium.
q ¶ Illorum.] scilicet personas, quod est infra.
r ¶ Locis.] quo ad iurisdictionem, & hoc denotat verbum sequens.
s ¶ Cum possent.] ad impossibile n. non obligabantur 22. q. 2. c. faciat homo. ff. de reg. iur. l. impossibilium.
t ¶ Ad illa.] scilicet torneamenta, vel hastiludia.
u ¶ In domibus suis.] intelligi debet suis non solum ratione dominij, seu proprietatis, immo ratione domicilij vel habitationis. arg. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. domum, de dam. infe. l. 4. §. abesse, cum simi.
x ¶ Quomodolibet exercentium.] quasi dicat nedum pro his quæ haberent exerceri occasione torneamētorum, immo quacunq; etiam alia, cum dicat, quomodolibet, simile de rescript. statutum. §. in nullo. lib. 6.
y ¶ Cum eisdem.] scilicet facientib. torneamenta.
z ¶ Personas excōicationis.] in personas ergo excōmunicatio, in locum vero interdicti snīa proprie fertur. & hic videas quod dixi in c. si fratrum. in verbo ciuitatibus.
a ¶ Promulgando.] in dicta extrauaganti, passiones in qua etiā oēs colligationes, pactiones, promissiones quacunque firmitate etiam iuri subnixas, super hoc irritauit.
b ¶ Ab excōmunicatione huiusmodi.] sublationem ergo interdicti sibi non retinuit: quare ordinario eam permisisse videtur. argu. de sen. excom. nup.
c ¶ Reseruata.] hic vide quod dixi in c. prodiens. in fi. in verbo, reseruata.
d ¶ Verum.] Tertia pars.
e ¶ Ingeritur.] quia forte multi nolunt à talibus abstinere: quare dicta sententia ligabantur in suarum periculum animarum.
f ¶ Militari cingulo.] olim enim & hodie militaturis de nouo cingitur ensis. ff. de mili. testa. l. filiusfamilias. & multa alia olim fiebāt, quæ hodie non sunt in vsu, quæ notantur per Accursium, ff. ex quib. cau. maio. l. penul.
g ¶ Vacare.] idest, operam dare.
h ¶ Ipsius sententiæ.] scilicet excommunicationis in personas, & interdicti in terras.
i ¶ Propter quod.] scilicet quòd multi vacare omittūt militiæ & actibus militaribus
k ¶ Idoneos.] pauciores, quod est infra, deficiēte eis armorum ingenio, quod per exercitium incrementū recipere consueuit. C. de re mili. contra rempublicam. lib. 12. ff de leg. 3. l. legatis seruis. § ornatricibus.
l ¶ Voluntarios.] quia tales non coacti quærendi sunt: voluntarium enim militem elegit Christus, voluntarium sibi seruum auctionatur diabolus. 15. q. 1. ca. non est & arg. in proœm init. §. summa itaque.
m ¶ Nos ad dilectum.] Quarta pars.
n ¶ Regentis.] non dicit, regis: quia tempore editionis huius constitutionis iste Philippus rex nondum erat, sed iuxta consuetudinem regni regebat regnum pro Ioanne impubere nepote suo, filio regis Ludouici fratris sui præmortui: quo Ioanne impubere mortuo successit in regno, & Rex verus fuit.

Regens quare sic dicitur.

o ¶ De domo regia.] s. existentium vel domesticorū. arg.

arg extra de ver.obl. c.sicut nobis.li.6. vt & alibi legitur in Euangelio: cum dr̄, Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, &c.

Lucæ 1.

a ¶ Magnatum.] magnates dici consueuerunt magna tpali potentia suffulti arg. not. extra de sup. negl. pl. c. grandi. lib. 6.

b ¶ Præmissa discrimina.] animarum ex dictis sententijs prouenientia, & quia derogatur negotio passagij ex hoc, quia à cingulo militari abstinentes metu sententiarum se idoneos vel voluntarios non exhibent ad subsidium terræ sanctæ.

c ¶ Repetitæ.] idest iterum petitæ simile. C. de epis. & cle. l. repetita, de testa. consulta diualia, & de erog. mili. anno. l. lege repetita lib. 12.

d ¶ Ducti.] idest inducti.

e ¶ Antedictis.] scilicet in proxima patre præcedenti.

f ¶ Rationabilibus alijs.] quæ illæ potuerunt esse, arbitrarium pōt dici: durum. n. videbatur quòd per censuram ecclesiasticam interdiceretur liber vsus corporis proprij ad experiēdas & exercendas vires eiusdē, & iniquum videbatur ingenuis hominibus non esse liberū vsum & administrationem rerum suarum. arg. ff. si à paren. quis manumis fue. l. non vsque. C. de Iudæ. l. nemo mandati l. in re mandata. Aliæ rationes forsan super hoc reddi possent, quas per te ipsū tu studiose adinuenire curabis.

Rerū propriarū administratio nō est ingenuis auferēda.

necnon quamplurium magnatum[a] & nobilium, tam in regno Franciæ quàm aliunde considerantium præmissa [b] discrimina repetitæ [c] supplicationis instantiam, sententias excommunicationis & interdicti præfatas præmissorū supplicationibus inclinati, & ducti [d] considerationibus antedictis [e], & ex causis etiam rationabilibus [f] alijs in fauorem sæpefati negotijs, de fratrum nostrorum consilio reuocamus: eos qui propter exercitium torneamentorum seu hastiludiorum ipsorum huiusmodi [g] sententias incurrerunt absoluentes ab illis, & cum eis qui sic [h] ligati, vel in locis propterea [i] interdictis diuina celebrarunt officia [k], super irregularitate [l] indè contracta auctoritate Apostolica dispensantes. Datum Lugduni, xvj. Calend. Octobris, anno primo.

g ¶ Huiusmodi sententias.] s. excommunicationis in personas, & interdicti in terras, vt sup. Et sic colliges quòd sententia interdicti lata in terram vel locum, adstringit etiam personas, not. de excel. præla. tāta. extra de sent. excom. c. si sententia

Interdictū in terrā latum personas etiam adstringit.

h ¶ Sic ligati.] scilicet sententia excommunicationis.

i ¶ Propterea.] scilicet quia fiebant torneamenta, vel hastiludia, vel eis faciendis opes, auxilium, vel assensus prestabantur, vt supra. Circa illos ergo, qui ex alia causa excommunicati existentes, vel in locis ex causa alia interdictis celebrassent diuina, nulla fit hic dispensatio.

K ¶ Officia.] scilicet solemniter sicut prius. 11. q. 3. quis episcopus. An autem aliter celebrando incurratur irregularitas, vide quod Inno. & Host. not. extra de excel. præl. tanta.

l ¶ Irregularitate.] super qua dic vt not. per Hosti. extra de cler. excommuni. cap. 2. & cap. si celebrat. Zenzelinus.

Prodiēs.] Istam decretalem diuide in partes tres. In prima faciendæ cōstitutionis præmittitur occasio. In secūda per facti recitationē multiplicis falsitatis monetæ subiungitur specificatio: ibi, Nuper siquidē, &c. In tertia ꝯ falsarios promulgatur excōicatio: ibi, Nos igitur, &c.

Diuisio taxtualis

TIT. X.

De crimine falsi.

¶ Falsificantes monetam regis Franciæ & aliorū locorū circūuicinorum aliquo de quattuor modis hic prolixe declaratis, ipso facto excōicationem incurrunt: à qua absolui nō possunt nisi à Papa, præterquā in mortis articulo. De falsificantib. sigillum ipsius regis Franciæ habes cap. ad audientiam. eod. tit. in antiq.

CAP. VNICVM.

PRodiēs quasi ex[m] adipe iniquitatis multorum sceleratorū [n] funesta [o] cupiditas Peos [q] in pernicem [r] præcipitare conatur, dum sequi miserabilem [s] eius [t] ingluuiem [u] satietatis nescientem moderamina [x] non verentur: ipsi etenim turpium [y] lucrorum se

m ¶ Ex adipe.] idest abundantia seu pinguedine, sicut & Psalmus, Sicut adipe & pinguedine repleatur, &c.

n ¶ Sceleratorum.] idest criminosorum, & dēt esse scriptum cum. f. simile extra de ver. signif. forus. §. vl. C. de quæstio. cum cognitionaliter, & de ferijs. l. prouinciarū, iuxta versum:

Vt sis cęlestis, non assimilare scelestis.

idest scelera cōmitentibus. item hic,

Regi cælesti nūquam placuere scelesti.

idest vitiosi.

o ¶ Funesta.] idest crudelis & peruersa.

p ¶ Cupiditas.] dicitur radix oīum malorum. 1. ad Timo. 6 de pænit. distin. 2. c. quia radix 46. dist. c. bonorū in corpore auth. vt iud. sine quoquo suffra § si igitur. coll. 2.

q ¶ Eos] sceleratos

r ¶ Perniciem.] idest damnationem. 11. q. 3. c præcipue. 18. q 2. ca. perniciosam.

s ¶ Miserabilem.] i. ad miseriā hoiem deducentē, aliter autem qñque sumitur hoc verbum, & exponitur, i. miseratione dignum, vnde dicitur, Pauper amabilis & miserabilis. arg. C. si quis impe. maledi. l. 1. not. extra de maledic c. 1.

Miserabilis dupliciter sumitur.

t ¶ Eius.] scilicet cupiditatis.

u ¶ Ingluuiem.] i. appetitum insatiabilem. Ingluuies autem alias assumitur pro immoderata cibi vel potus assumptione. 4. dist c denique, de consec. distin. 5. cap. nihil. ve ædil edi. l. qui damno. §. vlt.

x ¶ Moderamina.] i. temperātiam vel sobrietatem in vita, quæ corporaliter obseruata salutem & sensuum acumen & limen operatur, & ægritudinem fugat: & per ꝯrium non obseruata morbum facit, molestias ingerit, ægritudinem generat, consumit & computrescere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna: & tunc tandem morte crudeli consumit, de cōsecra. dist. 5 c. nihil enim. sic & multo fortius est de intemperantia spiritualis mentis.

Sobrietas multa bona facit.

y ¶ Turpium lucrorum.] ad turpiter lucra quæsita qñque perdenti competit repetitio, quandoque non, vt not. extra de deci. ex transmissa: nihilominus tamē fisco repetenti de iure communi sunt applicanda. ff. de iure fisci. l. Lucius. not. C. de condi. ob turp. cau. l. 2. ff.

de

Religio de pact.l.iurisgentium.§.si ob maleficium.
a ¶ Fecibus.] iuxta hoc legitur de regulari. simplici inuento proprietario tempore mortis, qui dēt in sterquilinio sepeliri, extra de stat mō c.cū ad monasteriū.
b ¶ Ambitiosis.] de se numquam satiabilibus.47. dist. cap.sicut hi.
c ¶ Dei.] qui potius est habēdus, extra de stat.regu.c.quòd Dei. cum similibus.
d ¶ Damnabili cęcitate.] scilicet corporis, cordis animam damnante.
e ¶ In tenebris.] scilicet cordis, vel oculorum mentalium: quare nesciunt quo vadant, scriptum est, Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat, extra de præsum. cap.litteris.
f ¶ Excidia] idest mortes spirituales.
g ¶ Nuper siquidem.] secunda pars.
h ¶ Fide digna.] tenetur ergo ad prouisionem super hoc faciendam: hoc cum videatur scire qđ ab alijs audiuit.22 q.5.c.hoc videtur. ff.de pet. hæred.l.item veniunt.§.petita.& § à quo.

(Margin: Religio ſus ppriętarius est insterquilinio sepeliendus.)

cōp cū contingat, de offi.ord.Romana. lib. 6 e.de ap pari, iud.l viros.li.12.cum multis similibus iuribus canonicis & ciuilibus: q̄ allegari possent super acquisitione iurium incorporalium per consuetudinē Dicas tñ ꝙ moneta, quā cudere competit consuetudine, cur sum publicum inter multos non habet, nisi solum in loco vel locis in quibus est cō suetudo super hoc obseruata: per ea quæ not.Inno. & Host. de offi. archi.dilecto cū nec moneta, quæ cuditur per reges moderni temporis, cursum habeat extra eorum regna arg. ff. de iurisdict. omn. iudi. §.vlti.C.de sum. trin. l.1.sic not. Host.de iureius c. quanto, cum nec statutū aliquod ligat nisi tantum subditos statuentis. not. Inno. de consti. quæ in ecclesiarū,& Ioan. 8.dist ca. quæ contra.
m ¶ Priuilegium.] concessum intellige à principe solo, considerato iure scripto:

fæcibus [a] immergentes, ambitiosis [b] nexibus inuoluuntur, Dei [c] timorem damnabili [d] cęcitate postponunt, & quasi ambulantes in tenebris [e] non vitant excidia [f] personarum. Nuper [g] siquidem ad nostri Apostolatus auditū multorum relatio fide digna [h] perduxit, quòd nonnulli [i] nullam habentes auctoritatem [k] iuris, vel consuetudinem [l] seu priuilegium [m] faciendi, monetam falsam ostendunt, & fabricant in regno Franciæ, & locis circumuicinis. Alij [n] vero monetam [o] falsam sub vero signo charissimi in Christo filij [p] nostri Caroli regis Francorum & Nauarræ illustris [q] studiose [r] deprauant [s], & ex hoc cadit à suo recto [t] pondere. Quamplures [u] etiam in locis circumuicinus [x] quibus, [y] de iure, aut consuetudine, seu priuilegio ius competit fabricandi monetam: signum [z] propriū monetæ regiæ, monetę suæ,

i ¶ Nonnulli.] quatuor modos ponit falsitatis, vel deteriorationis monetæ, & hic est primus.
K ¶ Auctoritatem.] sed ad quem spectat iuris cōis auctoritate monetā cudere seu fabricare? R.ńdeo ad principem.arg.ff.de orig.iur.l.2.§.cum ærarium.C. de fal. mon.l.1 & quia de iure regularium est monetā cudere.10 coll.quæ sint regaliæ.c.1.Et per hoc patet expresse, ꝙ nulli priuato [1] competit de iure scripto monetā cudere posse, etiam legitimæ materiæ & legitimi ponderis existentem.arg.istius textus, tum quia moneta hēt publica forma percussa esse.ff.de contrahen. emp. l 1.qua forma priuatus sine pœna falsi vti non pōt nomine suo, arg.ff.ad leg.Corn.de fal.l. falsi nominis. & l.qui nomine tum quia per priuilegium impetratur, vt sequitur: quare relinquitur ꝙ de iure cōi non competat, aliàs n.frustra per priuilegium impetraretur.C. de thesau.l.1.li.10.ff de priuileg.credi.l.Imperatores, tum quia eam cudēs vt falsarius puniretur. ff ad leg. Corn.de fal.l.quicunque, & l.lege Cornelia.C.de fal. mon.l.1.quod non contingeret: si iure permittēte hoc faceret.C.ad leg. Iul de adul.l. Gracchus.23.q 4. qui petat.tum ēt qui ea quæ iuris publici sunt priuato sine consensu principis non competunt.ff ne quid in loco pub.fiat.l 2.§.si quis à principe,& § idem ait.C.de fun.limi.cuicunq; li.11.quasi nulli permissum videatur quod in signum prærogatiuæ spālis est principi reseruatum arg.C.de diuer.offi.& appari iud. & probato.eorū.l.pbatorias.lib.22.Sed si quæras à me an princeps aut rex vel alius habens ius cudendi monetam, possit bonam monetam deteriorare seu mutare in dānum subditorū: & si fecerit an in foro pænitentiali satisfacere tenetur? Vide quod not.per Inno.& Hosti.de iureiur.c.quanto, & per Hostien.in summa, in tit. de censi.§.ex quibus.ver. quid si moneta.
l ¶ Consuetudinem.] arg. per consuetudinem quæri posse ius cudendi monetā 2. argu. ff.de diuer.& tēpo. præscript.l.si quisquam, de iureiur.l.sane.C. de fun.limit.l.2 de pasc.pu.l.1.lib.11. & ff. quod vi aut clam. l. prohibere.§.plane, & not. C.de falsa moneta.l.2. sicut & quæri pōt ius iurisdictione vtēdi arg. extra de foro

(Margin: 1 Monetā cudere nulli priuato competit.)

(Margin: 2 Idē tenet Henri. Boik cap.quanto. de iureiur. in)

per ea q̄ dixi supra in glo.sed ad quem, si tñ suppo. nas ad aliquem de consuetudine spectare monetam cudere: talis ēt concedere posset priuilegium, de quo hic loquitur, saltem absque præiuditio subditorum, arg.ff.de aqua quoti & æsti l.Lucio, de ser.rust.prædi. l.2.§.aquæductus.extra de præscrip auditis, cum similibus.
n ¶ Alij vero.] Secundus modus falsitatis.
o ¶ Monetam falsam.] dicitur moneta falsa ob falsum nomen auctoris.ff.ad leg.Corn.de fal.l. falsi nominis. & l nomine,& l.vlt., vel ob falsam materiam vel immistionem falsæ materiæ, vt eod.tit.l.qui nummos,& l.lege Cornelia.
p ¶ Filij nostri] regem igitur etiam superiorem non recognoscentem.extra qui fil.sint legi. cap. per venerabilem. Papa filium appellat, non fratrem. extra de crim.fal.cap.quem graui.
q ¶ Illustris.] illustri vel superillustri decorati dignitate causas pecuniarias, vel causas iniuriarum criminales per procuratorē tenētur exequi & prosequi, nō per se, ne vel vilescat eorum dignitas, vel iudicialis auctoritas, in corpore authent. vt ab illustri. & qui super hos sunt.coll. 5. vbi quinque magnatum genera notata reperies.C.de iniur.l vlt.
r ¶ Studiose] i.machinatione & scientia præcedente.
s ¶ Deprauant.] id est, de bona prauam, & minus valentem reddunt.argumen ff.de ser.corrup.l. 1.§ sed persuadere.extra de iureiur.c.quanto, puta monetam de se bonam radendo. ff.ad leg. Cornel. de fal.l. qui nummos.
t ¶ Recto pondere.] ab initio ordinato ponendo in singulis denarijs, quo qualitercunque diminuto moneta dr̄ legitimo pondere defraudari, multis & alijs modis dr̄ moneta in suo valore deprauari: quod prosequi hic non curo, sed remitto te ad notata per Inn. & plenius per Host.de iureiur.c.quanto.
u ¶ Quamplures.] Est tertius modus.
x ¶ Circumuicinis.] scilicet regno Francię, vt supra.
y ¶ Quibus de iure.] hic & in sequentibus videre potes quod dixi supra in glo.sed ad quem.
z ¶ Signum proprium.] habet enim moneta aliquo signo publico fore percussa. ff.de contrahen. empt.l.1. & arg.

(Margin: 2. dist. al. legās hic extrauag. quia quę pōt princeps facere, pōt ēt consuetudo.c.super quibusdā §.pterea, de verb. sign. vide Cyn.l.1. C.no.vecti. & aa priuilegium, q monetarij nō cōtribuāt in talijs & collectis, trāseat ad eorū liberos, vide in deci. Delphi.q. 402. vbi dicit de mercatoribus procurantib. se incorporari collegio monetario. rū, vt sint immunes ab oneribus q̄ mi sera plebecula subit. nota tu But.Fō ta.)

& arg ff.ad leg Corne.de fal.qui falsam.de testa. l.ad testamentum.§.signum.

a ¶ Moliuntur.] ex hoc in falsi vitium incidentes.arg. ff.ad leg.Cor.de fal.l.falsi nominis. & l. qui nomine. C.eo tit.licet ex talibus.extra de testi.tam litteris. §. vlt de ijs q̃ fi.l.à prælа.sine consensu cap. quanto. §. infra. extra de crimi fal. c.licet.

b ¶ Quam] scilicet figuram.

c ¶ Possunt.] hoc dicit,quia rato vel vix omnimoda similitudo,vel identitas in talibus dari potest arg. ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. libertus.

d ¶ Imponunt.] vt in quantum plus poterit, falsitas palliet.

e ¶ Vsurpatam] dicit vsurpatam ob defectum consensus regis Franciæ,cuius moneta similatur. argu. C.de fun. rei priua. l.vsus aquæ. lib. 11. 93.dist c.illud.

f ¶ Pondere argenti.] idem si auri,& multo fortius.

g ¶ Simplices.] idest simplicitate vel rusticitate gaudentes. argum. ff de iurisdi. omn. iudi. l. si id q̃d §. doli. de. eden. l. 1. §. vlti.de qua rusticitate legitur quod omnia palam habet not. institu. de actio. §.itẽ Seruiana.

h ¶ Peritiam discernendi.] sunt etenim multi forensium causarum, idest, eorum quæ foris fiunt, inexperti. ff de proba.l. cum de indebito. §. sinautem.

i ¶ Falluntur.] idest decipiuntur.

k ¶ Quotidie.] frequentiam denotat, non temporis æstimationem. arg. ff. de condi. & demon l.si quis ita. de consecra. dist.5.c.numquam.

quam fabricant, imprimere, seu insculpere moliuntur [a], eiusdem quantitatis & iucunditatis, litterarum figuræ, quam [b] habet moneta regia,monetæ suæ, quam fabricant, quantum possunt [c] similius,speciem & formam insculpunt, conconstituunt & imponunt [d]: & quamuis moneta prædicta eorum ad vsurpatam [e] similitudinem perducta deficiat à iusto pondere argenti [f], & solito in regia moneta, & more, & consuetudine obseruato;simplices [g] tamen & populares personæ non habẽtes inter monetas tantæ similitudinis peritiã [h] discernendi,falluntur [i] quotidie [k] ea occasione [l] in vsu monetarum, recipientes monetas falsò assimilatas pro veris. Sunt [m] & alij,qui scienter [n] falsas monetas extra regnum prædictũ emunt, & post intra regnum ipsum eas portant vendunt & expẽdunt [o]. ¶ Nos [p] igitur attendentes quòd ijdem [q] falsarij & fabricatores [r] monetarum talium & emptores [s] prædicti per hoc se dignos maledictione constituunt [t], eos qui (vt præmittitur) præmissa moliri [u], aut fabricare, aut emere vel [x] portare ad [y] regnum prædictũ scienter præsumpserint, felicis recordationis Clementis [z] Papę V. prædecessoris nostri vestigijs inhærentes [a],excommunicationis [b] sententia innodamus: absolutione prædictorum nobis & successoribus [c] nostris præterquam in mortis [d] † articulo reseruata [e]. Nulli, &c nostræ innouationis infringere, &c. Datum Auinion. quinto nonas Iulii, anno sexto.

TITVLVS XI.

De priuilegijs.

¶ Priuilegia si qua sint, quibus ali qui nobiles Cãpaniæ & Maritinæ dicebat se munitos circa bãnitorũ receptationem hæc constitutio propter causas hic insertas reuocat & annullat.

CAP. VNI.

AD nostri Apostolatus peruenit audi-

l ¶ Ea occasione.] scilicet quia illorũ monetæ [1] sunt monetæ regiæ assimilatæ falso.facit.ad id quod supra proxi.dixi in glo.ex hoc.

m ¶ Sunt & alij.] Quartus modus.

n ¶ Scienter.] secus ergo si ignoranter probabiliter: tales enim nõ obligantur.argu C.de tabu. l.generali. lib.10.extra de consti.c.cognoscens.

o ¶ Expendunt.] tales crimine falsi teneri videñ ad instar illorum qui falsis instrumentis scienter vtunt. C de fi.instru.l. 2.& 3 ad leg.Corn de fal.l qui falsos. & ad instar illius qui falso põdere vtit.ff.de dolol. arbitri.§ adeo.ad leg. Corn.de fal.& hodie.§ si vẽditor

p ¶ Nos igitur.] Tertia pars.

q ¶ Idem falsarij.hoc ad duos primos modos cõgrue referri potest.

r ¶ Fabricatores.] hoc ad tertium modum refertur, licet etiam ad primos duos referri possit.

s ¶ Emptores prædicti.] hoc ad quarum modum referri habẽtra.

t ¶ Constituunt.] vnde si damnũ sentiunt sibi imputent. arg. ff. de reg. iur. l. ꝙ quis damnum, & l.culpa.

u ¶ Moliri.] idest perpetrare vel facere

x ¶ Vel portare.] scilicet scienter,vt supra in quarto modo.

y ¶ Ad regnum prædictum.] scilicet Frãcorum. igitur contra faciente; vel portãtes hic prohibita ad alia regna vel etiam ad loca vicina regno Frãciæ,pœna quæ sequitur nullatenus se extendit, cum hic non exprimat. & super hoc vide quod not. in simili, in c.dierum in gl. per hæc verba. & in c sancta Romana.§.episcopos.

z ¶ Clementis Papæ V.] Extrauagans fuit.

a ¶ Inhærentes.] simile extra de iura. calumn. inhærentes.

b ¶ Excõmunicationis.] scilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur. de sent.excõ. c.si quem.

c ¶ Successoribus.] intellige vel alijs nr̃a vel ipsorum auctoritate fungẽtibus. arg. de sent. excom. cap. ad eminentiam.& eo. tit. cap. cum ex eod. Clemens Papa V.

d ¶ Mortis articulo.] in illo simplici sacerdoti curato permissa est absolutio, vt de sent. exc. non dubiũ.

e ¶ Reseruata.] cum hic & in alijs certis casibus à sententia canonis implenda absolutio sedi Apostolicæ reseruetur,datur intelligi ꝙ regulariter ab ipsa ordinarius potest absoluere. argũ. de sentent.excomm. nuper.Guliel tamen contra sentire videtur.de electione.statutum.circa fi de regul.nõ solum lib.6.Sed quod prius dixi credo verius,vt dixi de sentent. excomm. grauis in fi. & cap. cum ex eo, Clem ¶ Zenzelinus.

AD nostri Apostolatus.] Diuisibilis est hæc constitutio in partes duas. In prima quorundam priuilegiorum concessionis factæ præmittitur recitatio. In secunda subiungitur ipsorum; euocatio ibi, Nos igitur.

a ¶ Au-

[1] Moneta tã aureã q̃ argẽteã pecuniã continet. gl.in l. 2. C de falsa mon. patet ex generalitate d. sub. sub. quã ponũ

tur leges loquẽtes tã de aurea q̃ de argentea pecunia, q̃ dictio semp̃ stricte intelligenda est Ludo.Roma. sing. 107.& de pęna falsorũ monetariorũ Hipp. in l. falsem. ff. de fal. vbi pulchre loq̃tur de illo q̃ venerat in suspicionẽ falsatæ monetæ, penesquẽ inueniebantur stãpæ.Fõ.

† In mortis articulo nulla est casuũ reseruatio: atq; iõ oẽs sacerdotes quoslibet pænitẽtes à quibusuis peccatis & censuris absoluere possunt. ita cõci. Trid. ses. 14 c.7.de casuum reseruatione.

Diuisio textualis

a ¶ Auditum.] simile in c. ad Apostolatus.
b ¶ Intra nostras.] sunt igitur istæ prouinciæ de patrimonio Ecclesiæ.
c ¶ Concessum.] si hoc verum erat, vtentes tali indulgentia peccare non videbantur. arg. C. de sen. passis. l. cū īdulgētia nā aliàs de se illicitum principis priuilegium licitū reddit. extra de priuil. c. vt priuilegia. ff. ad munic. l. 1. §. vlt. ue aliàs videat̄ quis principali auctoritate circumscriptus. C. de his qui veni. ætа. impetra. l. 1.

Priuilegiū ex illicito facit licitū.

d ¶ Baniti.] banniri pōt quis ex causa sua ciuitate vel patria sicut & exulare. ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. Exulate autem dicitur quis altera de tribus speciebus. Prima, cum à certis locis exulat, vt non moretur in eis, puta in ciuitate vel patria sua originali, vel alia. Secunda, cū ab oībus, certis exceptis, puta vt sibi tantum in locis certis &c. nō alijs liceat habitare. Tertia vero, vt incerto habitare habeat hominum conuersatione carenti, puta in aliqua insula ff. de interdi. & releg. l. exilium. & l. relegatorum. §. itē Imperator. & §. solet. Et banniti, de quibus hic loquitur, nō incōgrue similes, dici possunt illis, qui primam speciem exilij patiuntur. ad hoc adde quod no. 10 col. tit. hic finitur. in verbo, bannitum.

Exilij tres sunt species.

tum a quòd nonnulli nobiles & communitates intra b nostras Campaniȩ Maritinȩque prouincias constituti, asserentes per priuilegia sedis Apostolicæ sibi fore cōcessum c, quòd de prouincijs ipsis per rectoré eorum, qui est pro tempore, vel officiales curiæ rectoris eiusdem banniti d, in terris, ciuitatibus, castris & locis e eorum morari libere f possint, nec g in illis idem rector bannitos ipsos capere h valeat: eosdem bannitos in dictis terris, ciuitatibus, castris & locis, non absque i derogatione sedis Apostolicæ manifesta, recipiunt 10 & receptant k.

¶ Nos l igitur qui beneuoli more patris m in prouinciarum ipsarum tranquillitatis & pacis commodis n delectamur o super hoc (prout ad nostrum spectat p officium) 20 pro communi q bono prouinciarum ipsarum de congruo volentes remedio r prouidere, priuilegia supradicta cuiuscumque tenoris existant, maxime cum s 30 ipsorum prætextu maleficia remanent in eisdem prouincijs impunita t, pandatur au-

e ¶ Et locis eorū.] quæ ipsorū dicunt̄ rōne iurisdictionis, quam forte in eis hēnt. Et super hoc si placet, vide qđ not. extra de iudæis. c. cedit. in verbo, suis. Clē. 5.
f ¶ Libere.] idest contradictione bannientis vel alterius non obstante. arg. de elect. c. vbi maius. §. ipsos in super. aliàs est versus sub § præterea. lib. 6.
g ¶ Nec in illis.] scilicet terris, ciuitatibus, castris, vel locis.
h ¶ Capere.] hoc verbum multipliciter in iure sumit̄. quandoque pro detinere quē personaliter. de off. ord. cū episcopus. de re iudi. ad Apostolicæ. §. sed licet. lib. 6 de homi. sicut dignū. §. 1. & cap. suscepimus. de sent excom. nuper. & c. vt famæ. §. vlt. & eo. tit. si clericos. lib. 6. & in tit. de capti. & postlimi. reuer. C. & tit. 23. q. 5. c. Silicianus. quandoque vero pro apprehēdere vel occupare res aliquas. vnde dicitur, ea quȩ ab hostib. capimus nostra fiunt. Insti. de rer diui. §. item ea. ff. de acq. rer. dom. l. naturalē. § vlt. sic enim pōt sumi. ff. de orig. iur. l. 2 §. capta deinde Sardinia quandoque autē pro non posse acquirere, vt cū dicitur quis non capax C. de hære. insti. l. 1. ff de iure fis. l. 2. §. itē diui. & l. ita fidei. & l. cum tacitum. C. de delato. l. 1. itē quādoque pro posse acquirere rē iure singulari seu priuilegiato. ff. de leg. 3. l. si deportati §. similes. de vulg. substitu. si qui ex bonis quādoq; pro effectualiter pro se vel alio accipere ff de verb. sig. l. aliud est capere. & l. cepisse. qnq; pro committere extra de purg. cano. c. inter aliquando pro adhibere seu adinuenire: vnde dicit̄, plerūq. pietas paterni nominis pro liberis consilium capit. ff. ad leg. Iul. de adul. l. nec mea. circa fi. qnque & in sui præterito, cū dicitur cȩpit, sumitur pro inchoauit vel incepit, 24. q. vl. cœpit. 11. q. 3. cœpisti. ff. de pol li. l. 1. in prin. & §. cȩpisse.

Capere in iure multipliciter sumitur.

i ¶ Absque derogatione.] cum sententia suorū officialiū tales bannientium casitura sit effectu, & quasi derisoria, ꝯ iura. ff. ne q̄d in loco pu. fiat. l vlt. de iud. l. si prætor. Vel dicit; derogatione, propter illa, quæ exprimuntur in parte sequenti.
k ¶ Receptant.] talium receptatio de iure communi est inhibita. vnde receptantium tales maleficos genus pessimum dicitur, cum sine ipsis malefici diu latere nō possint: quare eadē pȩna qua illi puniri iubent, nisi sint illorū quos receptāt affines, vel cognati, quia tunc: cū eis mitius agitur. ff. de rece. l. 1. & 2. C. de his qui latr. occul. l. 1. & 2. & de pace iuramē. fir. §. receptatoribus. col. 10.
l ¶ Nos igitur.] Secunda pars.
m ¶ Patris.] consiliū pro liberis capientis. ff. de adulte. l. nec in ea. § ius occidendi.
n ¶ Commodis.] ex tranquillitate igitur & pace proueniunt commoda nedū spiritualia, vt charitatem & vnionem habere ad proximū. argu. 45. dist. c. tria sunt. & c. duæ sunt. de consec. dist. 2. c. pacem. vn 40 de & Christus in nouo testamento pacē suā reliquit: quare Ecclesia Dei pro pace orare non desinit, immo & proueniunt temporalia, vt bonorum transitoriorū & temporalium, & inde personarum conseruatio, q. bus amissis & bellum & rixa proueniunt. in corpore auth. de armis. in prin. & § finautē. extra de rest. spol. Pisanis. de re iud. ad Apostolicæ. lib. 6. nam quod belli calamitas introduxit, sopire pacis lenitas consueuit. C. de cadu. tol. l. 1 in principio.

Pax commoda spiritualia & tēporalia producit.

o ¶ Delectamur.] spirituali delectatione: sic ipsorum 50 prosperitate dr̄ prosperari, in proȩ. lib. 6. quare frequenter pernoctat, vt subditi sub omni quiete consistant. in corpore auth. vt iudi. sine quoquo suffra. circa prin. coll. 2. pacē desideratā & toti terræ necessariam ꝑ vniuersas sibi subditas partes habendā indicit. 10. col. de pace tenen. & eius violato § 1. inuiolatā perpetuo obseruandam. ead col. de pace iuramen., fir. in principio.

Subditi quiescūt principe vigilante

p ¶ Spectat officium.] hic videas quod dixi in decret. dierum. in glo. ad hoc anhelare.
60 q ¶ Communi bono.] quod præferendum est priuato. C. de primipil. l. vtilitas. lib. 11. in corpore auth. de resti. & ea quæ pa. §. quamobrem. coll. 4. C. de cadu. tol. l. 1. §. vlt & hoc verum nisi in bono publico inest priuatum. extra de postula. præla. bonæ 1, cum ibi not.

Bonū cōe est priuato pręferendum.

r ¶ Remedio.] in re n noua nouū est consiliū & remedium adhibendum. ff de vent. inspic. l. 1. circa prin. potissime per principē, in corpore auth. vt diuinæ iussiones. in prin. coll. 8. extra de restit. spol. frequens. lib. 6.
s ¶ Cum ipsorum.] enumerat quinque mala ex talibus priuilegijs obuenientia.
t ¶ Impunita.] primum malum quod reipublicȩ non expedit. ff. de sol. l. Stichum aut Pampilum. in fi. secūdi respon ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §. existimatio extra de sent. excom, vt famȩ, nam pęnas ob maleficia solui,

Pœnę sūt ob maleficia soluendæ.

ſolui magna ratio ſuadet.ff.de fideiuſ.l. ſi à reo.§. idẽ vulgo, vt cũ ipſæ timent̃ pœnæ, boni quiete inter malos viuant.23.q.5.non fruſtra.nec ſub p̃textu conceſſi priuilegij flagitiorum creſcere debet auctoritas, nec publica vacillare vtilitas C.de priuil.ſchola.l.hac lege.in fi lib.12.

ſus [a] exceſſibus [b], cultus lædatur iuſtitiæ [c], dictique rectoris multipliciter impediatur [d] officium, ac prouinciarum [e] ipſarũ ſtatus pacis fœdere [f] violato non abſque grãdi rei publicæ detrimento ſubuerti poſſet ſcandalis [g], ſciſſuris [h], exnunc auctoritate Apoſtolica ex certa [i] ſciẽtia reuocamus, annullamus, & etiam irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem [k]. Nulli [l] &c. noſtræ reuocationis & annullationis, caſſationis, irritationis & conſtitutionis infringere. Data Auinion. vij. idus Augusti, anno vj.

TIT. XII.

De pœnis.

¶ Narratis facinoribus hominum Marchiæ, qui ſuos rectores & officiales occidere ſoliti erant post enumerationẽ xvij. modorum offenſæ, totidẽ pęnas exprimit, quas incurrent qui decætero talia præſumẽt: & propter patrum iniquitatẽ filios à quibuſcunque honoribus & beneficijs tanquã indignos repellit. Cõcor. c.ad aures. & ca. in quibuſdam.eo. tit. in antiq. & c.fęlicis.eo.tit. lib. 6. iuncta Clem. ſi quis ſuadante diabolo, etiam in eod.tit.

CAP. VNIC.

Dierum [m] creſcente malitia videmus mundum [n] in deteriora iugiter [o] prolabi [p], ſic hominum mentes aſſueta [q] deprauante nequitia, malis paſſim [r] cumulum [s] ſuperaddi, vt & boni, qui [t] aliàs odirent virtutis amore delinquere [u], interdum cum [x]

a ¶ Pandatur auſus.] ideſt paceficat, vel aperiatur, & eſt ſecundum malum.

b ¶ Exceſſibus.] ſcilicet committendis cum ad ipſos tolli potius debeat occaſio, vt dixi in decre. ſi fratrum.§.penult.

c ¶ Iuſtitiæ.] Tertium malũ. Iuſtitiã equidẽ colere ſummũ eſt in rebus bonũ 12.q.1.cũ deuotiſſimam.

d ¶ Impediatur officium.] Quartum malũ, quod non tolerabile eſt, cum pati nõ debeat ſe contemni, immo ſuo ingenio augere auctoritatẽ ſuæ dignitatis ff.de offi.p̃ſi. l. obſeruandum. & l. ſeq. coercendo turbãtes vel impedientes ſuam iuriſdictionẽ, extra de offi. deleg.c. i.de ſen.excom. dilecto, de pœnis, Romana.lib 6.

Iudex nõ patiat̃ ſe cõtemni.

e ¶ Ac prouinciarũ.] Quintum malum.

f ¶ Fœdere violato.] q̃d eſſet potius obſeruandũ, extra de iud. nouit § pen. 10.col. d̃ pace tenẽ.§.1.& de pace iura.fir in princ.

g ¶ Scandalis.] quibus eſt potius obuiãdum, extra de præſcr. nihil. in proœ. lib. 6. de noui oper. nun.ca. cum ex iniuncto.

h ¶ Sciſſuris, ideſt, diuiſionibus in animis illorum de populo, quæ multum periculoſæ exiſtunt. ff. de pę. l.ſi quis aliquid.§.fautores C.de ſeditio l 1 & 2. vnde ſcriptum eſt, Omne regnũ in ſeipſum diuiſum deſolabitur & domus ſuper domũ cadet, & arg.10.col. prohi.feu.aliena l.imperialem §. præterea ducatus.ff. de lega.2.l.cum pater §.dulciſſimis.

Regnum in ſeipsũ diuiſum deſolabitur.

i ¶ Ex certa ſcientia.] per hoc apparet, ꝙ reuocationi vel caſſationi, quæ ſequitur, nulla opponi poteſt obreptio, cum factum ex certa ſcientia Papæ, licet aliàs de ſe nullum, efficiatur. aliquid extra de tranſa.c.1.& c. veniens, de conſti c cum acceſſiſſent, & de accuſ.c.ad petitionem, de confir.vti, vel inuti.c. venerabilis, vbi de hoc 1.q.7 c.quippe.

k ¶ Firmitatem.] ſimilem reuocationem priuilegiorũ reperies extra de exceſ. præl.cum ex eo. lib.6. de pęn. c cupientes, in fi. Cle 5.cum ſim multis, quæ per te ipſum ſtudeas inuenire. Hic in colligere, ꝙ priuilegiũ obtentũ incipiens eſſe mali occaſio, reuocationẽ meretur, cum & ſi alteri enorme afferret præiudicium, deſtitueretur effectu, de deci.ſuggeſtum, vbi de hoc.

l ¶ Nulli ergo.] ſuper hac clauſula dic vt plene dixi in c.Execrabilis.Zenzelinus.

Dierum.] Hæc conſtõ põt congrue diuidi in partes quinque. In prima præmittit̃ conſtõnis edendæ cauſa, ſeu ratio. In ſecunda facti ſubiungit̃ recitatio: ibi, Sane vulgaris, &c. In tertia annectitur impoſitiua pœnæ multiplicis de facto conſtitutio: ibi, Nos igitur. In quarta ad pœnas iam impoſitas aliarum pęnarũ fit adiecto: ibi, illud nihilominus. Et in quinta fit quædam proteſtatio: ibi, Per hoc autem, & cætera.

m ¶ Dierum creſcente malitia.] expone, ideſt hominũ in diebus viuentium, dies enim ipſi de ſe mali dici non poſſunt, tanquam malitiæ ignari: ſed ideo dicuntur mali pp malitias hominũ, quæ in eis committunt, ſerena blandimenta dierũ & aeris ad morẽ terrenæ delectationis ſeruire cogentiũ, ſm B Gregorium iuxta ẽt verbũ Domini. Redimentes tempus, qm̃ dies mali ſunt. not. extra de ſi. mo. dilectus 2.

n ¶ Mundum.] ideſt homines in mundo exiſtẽtes, vt dixi ſup. proxim. iuxta illud: Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini.

o ¶ Iugiter.] ideſt aſſidue vel frequenter

p ¶ Prolabi.] humana.n. natura quodam modo labitur ad delicta, in corpore authen. de mona. §. ſi quis igitur. circa fin. coll. 5. & oĩs ætas ab adoleſcentia prona eſt ad malam.12.q 1.omnis ætas.

q ¶ Aſſueta.] hoc dicit, quia aſſuetudo in malum periculoſa multum eſt, cum non ſit adeo veniale peccatum, quin per aſſiduitatem tranſeat in mortale 1 ſecundum Auguſtinum 25.diſt.§. nunc autem, de conſec.diſt.5.ca.nullus, & arg.C de epiſc audi. nemo, vnde aſſueti hominis vita in malum, difficilis dicitur ad mutandum, in corpore auth.de mona.§ ſancimus. coll.1.iuxta illud: De difficili continentiam ſeruat, qui ſe illicito concubitu maculare non metuit.33.di. §.quid ergo de pellice.

r ¶ Paſſim.] ideſt, indifferenter vel indiſtincte, ſimile C de iur.& fac.ign l.ne paſſim.ff.de. quæſtio.l.1. §.cũ quis latrones.

s ¶ Cumulum ſuperaddi.] [a] talis cumulus pœnæ cumulum facit ſuperaddi ff.de pœn.l.relegatæ.

t ¶ Qui aliàs.] ſcilicet malis non immiſti.

u ¶ Delinquere.] de bonis dicitur.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

De malis vero dicitur:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.ff.de iuſtit. & iure.l.1.cum ibi not.

x ¶ Cum peruerſis admiſſi.] ex hoc Propheta clamat:

Hic potes videre tractatum D. Boeri. de ſeditioſis ciuib. Et ego addo, ꝙ iſti hic expreſſi, qui rebellauerunt cõ iſtũ vicerectorem poſitum à Papa, cõ quem cõmittitur crimẽ læſæ maieſtatis.c.in primis, in fin.2.q.1. inciderũt in illud crimen. Bar. in l. hoſtes. ff. de c.& poſtl.re.Cynus in l. ſi non cõuitij.q.4. C. d̃ iniurijs, neq; iſti quib. facta fuerunt oĩa in contẽptum Papæ, poſſunt iniuriã remittere, arg. not.ibi p Cynum. Font.

1 Vid̃ omnino beatũ Th.2.2. q.88.ar.4, ex quo, intelligas qualiter peccatũ veniale poſſit fieri mortale.

Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso puerteris, ad hoc 28. q. 1. c. sæpe malorum. ff de act. empt. & ven. l. Iulianus.

peruersis admisti, concurrere cum illis in illicitis habeant[a], & in apertam malitiam prosilire. Est enim compescenda malorum audacia, vt saltem pœnæ formidine[b] retrahantur à noxijs, sicque boni sectando virtutem meliores effecti[c] non cogantur[d] cum illis perire. ¶ Sane[e] vulgaris[f] famæ notorium[g] publicat, & longe lateque ipsa iniuriosa transgressus euidentia manifestat[h], quòd nõnulli de Marchia Anchonitana prouincia nobis & Romanæ Ecclesiæ subiecta[i], nedum olim temporibus diuersorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum gressus[k] fidelitatis[l] egressi[m] declinauerunt ad infidelitatis reprobæ[n] deuiũ[o], sed in diebus non longe[p] præteritis contra nos & Ecclesiam eandem, & dilectum filium Ameliũ præpositũ Bellimontis capellanum nostrum prouinciæ memoratæ rectorẽ ceruicẽ rebellionis erigere[q] præsumpserũt, & in quosdam officiales & familiares suos[r] crudeliter sæuientes[s], post graues illatas iniurias & reprobas[t] contumelias irrogatas eisdem, & post bona ipsorum violenta prædatione subtracta[u], eos cruentæ[x] mortis supplicijs in ore[y] gladij tradiderunt: inter[z] quos pars dicitur fuisse non[a] modica cui mens sanior inerat[b] & tantæ temeritatis excessus non[c] leuiter displicebat, sed habuerunt vel[d] inuiti furori confusæ multitudinis cedere[e], dum illius[f] nequiuerunt conatibus obuiare[g].

¶ Nos[h] igitur, vt mali pœnarum impositionibus grauium territi[i] vereantur in antea in consimilis erroris inuium relabi[k], ac boni persistentes in sua fidelitate constanter, non habeant propter illorum[l] claudicare perfidiam, remedijs quibus[m] possumus præcauere volentes, & animarum suarum saluti[n], dictæque prouinciæ pacifico[o] statui paternis[p] affectibus prospicere cupientes: de fratrum no-

a ¶ Habeant.] opportunitatem ad malum promptam uidentes, quæ frequenter hominem peccare facit, ex de eo q cogn. cõsang. vxoris suæ. c. veniens.

b ¶ Pęnæ formidine.] mali. n. metu pęnæ frequenter fiunt boni. ff. de iust & iur l. 1. C. de emẽda. propin. l. 1. extra de vi. & hon. cler. c. vt clericorum.

c ¶ Effecti.] crescit. n. homo de virtute in virtutẽ, de pænt. dist. 2. c. cum sanctam.

d ¶ Non cogantur.] indirecte vel causatiue ex cõmistionis malorũ cõtagione, extra de sta. reg. c. ea q. ff. de act. emp. l. Iulianus.

e ¶ Sane.] Scđa pars.

f ¶ Vulgaris.] i. in vulgo exortæ. simile ff. de fur. l. vulgare.

g ¶ Notorium publicat.] i publicum reddit: sic quod nulla potest tergiuersatiõe celari. de cohabi. cle. & mul c. tua.

h ¶ Manifestat.] & sic est tale, de quo facto negatio non valeret prodesse. ff de tribu. act. l. q in hæred. §. pe C. de pœ. l. qui sententiam, & per hoc q dicit, longe, inducit psumptio scientiæ talis facti inde pximo existentis, extra de psumpt. quanto, & c. quosdam.

i ¶ Subiecta.] nedum in spiritualib. immo & in temporalibus.

K ¶ Gressus.] s. directos. Vel expone, gressus. i. terminos.

l ¶ Fidelitatis.] ad quam seruandam erant adstricti.

m ¶ Egressi.] idest, transgressi transgrediẽtes terminos fidelitatis, quos posuerant ipsi vel parentes eorum, contra dictũ Prophetæ, Prouer 22. 24. q. 3. c. transferunt, extra de sepultu. ca. 1. vbi de hoc.

n ¶ Reprobæ.] cum etiam hosti fides seruanda sit. ff. de leg. l. vlt.

o ¶ Deuium.] in malum sonat hoc verbum sicut alibi. extra de præsumpt. c tertio loco.

p ¶ Non longe.] quasi dicat, sed de proximo.

q ¶ Erigere præsumpserunt.] pp hoc dicuntur ad infidelitatis deuium deuiasse, in lib feud. qui mo feud. ami. c. si capitanei, quę fuit prima causa bñficij amittendi. § porro, & arg. C. de inoffic testa. l. liberi.

r ¶ Suos.] scilicet dicti rectoris.

s ¶ Sæuientes.] idest seueri & impij existentes, simile ff. de ijs qui sunt sui uel alie. iur. l. 1. sol. mat. l. si constante. §. qui maritus.

t ¶ Reprobrosas.] idest, opprobriosas & vituperosas.

u ¶ Subtracta.] i. furata: per quod denotatur q violentus deprædator furtum cõmittit: nullus enim improbrior fur est, quàm qui vi rapit. Insti. vi bono. rapt. in princ. ff. eod. tit. l. 1. 1

x ¶ Cruentæ.] idest, crudelis.

y ¶ In ore gladij tradiderunt.] i. cum gladio eos interfecerunt.

z ¶ Inter quos.] scilicet ipsos morti tradentes.

a ¶ Non modica.] quasi dicat, imo magna.

b ¶ Inerat.] simulando eos interficere.

c ¶ Nõ leuiter.] quasi dicat, imo grauiter.

d ¶. Vel.] pro saltem ponitur.

e ¶ Cedere.] i locum dare non resistendo.

f ¶ Illius.] s confusæ multitudinis.

g ¶ Obuiare.] frequẽter. n tumultus populi de facili sedari non põt. ff. ad leg. Corne. de sica. l. qui cædem.

h ¶ Nos igitur.] Tertia pars.

i ¶ Territi.] simile ff. de pœn. l. capitaliũ. §. famosos. C. ad legem Iul. repet l. 1. 38. quæstio. 5. non frustra.

K ¶ Relabi.] pœna enim semel tolerata quem emendatum facit, cum de se sit ad emendationem hominum introducta. ff. de pœn. l si pœnam.

l ¶ Illorum.] malefactorum, quibus admisti sunt.

m ¶ Quibus possumus.] hoc dicit quia malas voluntates hominum ad plenum cohibere non possumus. 31. q. 1. hac ratione: cum multæ viæ pateant hominibus ad malitiam. in corpore authent. de nupt. §. minores, vt hi qui obse. habere perhibent §. 1. coll. 6.

n ¶ Saluti.] ad quorum salutem anhelat princeps Ecclesiæ, vt hic vides.

o ¶ Pacifico statui.] ad hoc anhelare debet quicunque præsidens, vt placatam & quietam teneat prouinciam, quam regit, quod non difficile obtinebit si solicite agat, vt malis hominibus prouincia careat. ff. de offi. præsi l. congruit. in corpore auth. de armis. circa prin de quæsto. in prin. col. 6. extra de re. iudi. ad Apostolicæ lib. 6.

p ¶ Paternis affectibus.] sicut enim pater pro liberis consilium capere consueuit. ff. ad leg. Iul. de adulte. nec in ea. §. 1. sic præsidens pro subditis, paternam eis prouidentiam exhibendo, in corpore authent. de mand. prin. §. quod si delinquentes, in fin. coll. 4.

Addeq ex hoc solo meriti sunt pœnam capitalem l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi publi. in hoc ẽt commiserunt crimen capitale, q dictos officiales p(ro)pria authoritate detinuerunt captiuos. l. 1. C. de car. pri. Item isti congregãdo se armatos commiserunt crimẽ læsæ maiestatis. l. 3. circa mediũ. ff ad legẽ Iul. maiest. cuius pœna habetur C. illo titulo. l. quisquis. Fonta.

Pęna est ad emẽdationẽ introducta.

Volũtates malæ cohiberi non possunt.

a ¶ Hac

strorum consilio hac [a] in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt quicunque de prouincia ipsa, vel aliunde in eam prouinciam moram [b] trahens clericus vel laicus famę suæ prodigus [c] (ipsius Ecclesię calcata [d] reuerentia) in hoc sceleris genus irrepserit [e], quòd rectorem seu rectores, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in spiritualibus [f] & temporalibus auctoritate Apostolica prȩfuerint, vel ipsorum aliquem; aut eorum vel alicuius ipsorũ vicarium [g] aut iudicem vel iudices, vel ipsius prouinciæ thesaurarium aut locum tenentem eiusdem [h] (quod absit) occiderit [i], aut ad offendẽdum illum vel [k] illos insecutus [l] extiterit, ceperit [m], captiuauerit, [n] detinuerit [o], percusserit [p], aut etiam vulnerauerit [q] aut ipsorum aliquid uel aliàs in locũ ubi morã traxerint insultũ [r] fecerit,

a ¶ Hac in perpetuum.] ex hic verbis pater, ꝙ ista cõstitutio generale ius inducit: hoc est enim enim de signis per quæ discernitur constitutio generalis. C. de legi. l. 4.

b ¶ Moram trahens.] per hęc verba vr ꝙ pœnę infra positæ non extendantur nisi ad de prouincia existentes, vel saltem immorantes: & sic si vnus viator vel aduena committeret ibidem contra hanc decre. pęnas infra positas non incurreret Tũ quia in illis hæc constitutio in multis pęnalis non loquitur, vnde durum videretur ad nõ expressos eam extendere. ff. de sepul. vio. l. 3. § non perpetua. de relig l. atsi quis. §. & generaliter. 32. q. 2. §. in hoc extra de elect. statutum. lib. 6. Tum quia aliàs viderentur ista verba, moram trahẽs per modũ limitationis posita, nihil operari, & esse sine effectu, contra iura, 29 dist. si Romano rũ. extra de priuil si Papa. lib. 6, ff. de cõtrahen. empt. l. si debitor. §. verisimile. c. de trit. vi. & oleo leg. l. cũ certus. Tum quia hic de pęnis infligendis agitur, in quibus non sunt habenę laxandæ. ff. de pęn. l. interprætatione. per ea q̃ dixi in c. sancta Romana §. episcopos.

c ¶ Prodigus.] simile extra de accus. c. prælatorum.

d ¶ Calcata reuerentia] quantum est in illis. simile huic C. de vesti. olo. & de au. l. temperent. lib. 11. Et sic colliges dehonestari Ecclesiam vel dominum temporalem in personis officialium suorum, cum Ecclesiã vel suum dominũ rẽpsentent. arg. 94. dist. c. vlt. & 24. dist. c. 1. ex de offi. vic. c. Romana. C. vbi & apud quẽ in int. rest. postu. l. 3. C. de iudi. l. vlt. iuxta illud: Dominũ crucifigunt, qui eũ in suis sacerdotibus ꝑsequunt. 3. q. 1. c. nulli. & ecclesia pati dr in eis tanquã ministris suis. arg. ff. man. in prin. & de manu. vin l. pater de do. cau. mor l. si filiofa. & tãquã in illis qui suo effectui sunt subiecti ff. de iniur. l. 1 § oẽm. inst eo. tit § patit.

Sacerdotum per secutores Domini sunt crucifixores

e ¶ Irrepserit.] idest prosilierit, vel proruperit simile. C. de epis. & cler. l. si quis in hoc genus extra de pę. nis. c. felicis. lib. 6.

f ¶ In spiritualibus & temporalibus.] non videt ergo incurrere pęnas inferius annotatas, qui vicarium in spiritualibus tantum offendit, cũ hic textus videatur exposcere ꝙ sit vicarius in vtrisque. contrariũ nõ improbabiliter potest dici, cum offendens vicarium vel iudicem aut thesaurarium vel eius locum tenentem ad pecuniæ tantum receptionem institutum, ipsas incurrat, & tamen in neutro ex illis exposcitur, ꝙ hæc duo concurrant: sed ideo dicit de rectore in spiritualibus & tẽporalibus: quia frequẽtius accidit ꝙ simul ad hęc duo constituatur quàm ad alterum tantũ: idẽ tamen si ad vtrumque. arg. ff. de leg l nam. ad ea.

g ¶ Vicarium.] si sit vnus; vicarios, si sint plures. & idem dicas de iudicẽ locum tenente.

h ¶ Eiusdẽ.] scilicet thesaurarij, vt sic ad proxima fiat relatio arg. ff. de iurisd. omn. iud. l. si ide. Vnde p hoc vr ꝙ offendens locumtenentẽ iudicis vel vicarij, nõ incurrat pęnas sequentes, cum de hoc nihil statuatur sed hoc est ideo quia cũ supponatur vicariũ vel iudicẽ esse ꝑ ipsum rectorẽ cõstitutũ, & sic fore per ipsũ delegatũ, ille non põt locũtenẽtẽ saltẽ generalẽ habere, cum delegatus ab alio quã à principe nõ possit saltem vniuersaliter committere vices suas, licet vnã causam singulariter subdelegare possit. C. de iud. l. à iudice. extra de appel. cũ causam ff. q̃s & à quo appel. l. 1. § thesaurius & supponitur esse ipsius rectoris, nec per ipsum constitutus, sed dicitur thesaurarius ipsius prouinciæ sicut & rector, quasi per hoc innuat, ꝙ quilibet ex eis à principe fit ad certum officium cõstitutus, vt sic quilibet eorum suum vicarium vel locum tenentẽ habere possit.

i ¶ Occiderit.] intellige qualitercunque dolose tñ, cum not. distinguat, & arg. C. de malefi. & mathema. l. 1. Et enumerat decem & septẽ modos offensæ vel culpæ, & ex vnoquoque quis incurrit pœnas. ĩ. sequẽtes, & hic est pri.

k ¶ Vel illos.] supra nominatos.

l ¶ Insecutus.] Secũdus modus: sola ergo insecutio causa ostendendi facta, facit quem incurrere pęnas infra positas, quasi mala præsumpta voluntas ex facti qualitate ꝓ facto habeatur. ff. ad leg. Corn. de sic. l 1. & l. diuus C. eod. tit. l. si quis cum telo. de pæn. dist. c si quis cum telo. simile huic. C ad leg. Iul. maie. l. quisquis. de pęnis. c. felicis. lib. 6.

m ¶ Ceperit.] Tertius modus. & dic ceperit, scilicet in persona: secus enim si eius bona. argu. eorum quæ not Inn. de sent. excõ. monachi. sumitur aliter uerbũ, capere ff. de uerb. sig l. aliud est capere. & l. cepisse.

n ¶ Captiuauerit.] Quartus modus. & multifarie potest intelligi istud uerbum, puta si ipsos uel alterũ de ipsis in manib. hostium tradiderit: tunc. n. traditus ꝓprie captiuus dr, intantũ ꝙ seruus hostiũ efficitur. In sti de re. diui § itẽ ea. ff. de capt. & postl. reuer. l. postliminij. & l hostes. & de tali captiuãte põt infallibiter intelligi textus iste. Alio modo potest dici captiuauerit, puta tamquã seruũ suum aliquẽ de ipsis inuitũ detinendo: nam non multum a specie seruorum differunt, quib non datur libertas egrediẽdi. ff. de lib. ho. exhib l. 2. de cond. & demon. l. Titio. §. 2. uel dic, captiuauerit, idest captum in custodia publica uel in uinculis qualitercunq; induxerit ff. ex qui. cau. maior. l. succurritur & arg ext de sent. excom. c. nuper.

Serui efficiuntur captiuitate.

o ¶ Detinuerit.] Quintus modus. & dic, detinuerit qualitercunq; inuitum: volenti. n. non fit iniuria. C. trãsa. l cum donationis ff. de iniu l. 2. §. usque adeo. de reg. iur. l nemo uidetur fraudare. & intellige, detinuerit. etiam absq, alia corporis læsione, ut differat a uerbis quæ sequuntur. & arg de sen. excom c. nuper.

Iniuria non fit volenti.

p ¶ Percusserit.] Sextus modus. & hoc uerbũ manus iniectionem denotat. argu. ff. de iniur. l. 1. §. iniuriam. & l. lex Corn. in prin. & §. 1. absque ulla corporis contaminatione, ut differat a uerbo sequenti. & argu de sent. excom. c. nuper.

q ¶ Vulnerauerit.] Septimus modus.

r ¶ Insultum fecerit.] Octauus modus. & dic, fecerit cum multitudine secum coadunata ad hoc faciendũ. arg. ad hoc. ff. ui bo. rap. l. 2. in prin. §. homines, & l. prętor. §. hoc dictum. & hoc si loquaris de insultu, qui fieret in ꝑsonã alicuius ꝑdictorũ: sed si intelligas de ĩsultu, q̃ fieret cõtra locũ, puta castrũ, ciuitatẽ uel uillam, nisi tales moram traherent, tunc non uideretur proprie insultus fieri cum paucis. argu. ad hoc ff.

quod

quod met.cau.l.nõ eſt veriſimile.& dicto §.hoc edictũ niſi ex facti qualitate aliter foret arbitrandũ, puta ſi qs p ſe ſolũ vel paucis coadunatis inſultũ faceret talem, qui totũ locũ & habitãtes in eo terrere poſſet, puta ignẽ imponendo, vel flumen ad occupandũ locũ diuertendo. arg. ff.ex quib. cau. ma. l. metus.de in c.rui nau.l. ne piſcatores. per hoc autẽ quod dicit, inſultum fecerit in ipſorum aliquẽ, vel locum. &c dicas pœnas infra poſitas locum nõ habere contra inſultum vel rixam faciẽtẽ in aliquos habitantes locum, non tamen familiares prædictorũ: quia hoc nõ videt̃ fieri in aliquã dehoneſtationem Eccleſiæ, vel ſuorum officalium, & per ea q̃ dixi ſupra in glo. per hæc verba.

ſequentes per hunc textum, & per ea quæ dixi ſupra in gl.per hæc verba.& in gl.octauus modus.

aut ipſum vel ipſos obſederit [a], ſiue de ſuo regimine vel officio forſan expulerit [b], vel fugauerit [c], vel [d] ſocius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis [e] aliquibus ſpoliauerit [f], vel prouinciæ ſupradictæ alicuius ciuitatis, caſtri, vel loci de prouincia ipſa populum, cõmunitatem vel vniuerſitatem, aut aliquos ex eis vel quoſuis alios de prouincia ipſa directe vel indirecte [g] contra nos & prefatam Eccleſiam ſeu rectores, officiales, & locumtenẽtes prædictos, vel ipſorum [h] aliquem ad ſeditionem quomodolibet excitabit [i], ac rebellionem [k] ſeu conſpirationem [l] per ſe, vel per [m] alium ſeu alios facere vel procurare præſumpſerit, vel ad ea [n] ſiue ipſorum aliquod dederit [o] auxilium [p], conſilium, vel fauorem [q], directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuſcunque cõditionis [r], ordinis, dignitatis aut ſtatus, eccleſiaſtici vel mundani [s] fuerit, etiam ſi patriarchali, vel archiepiſcopali ſeu epiſcopali, vel ſuperiori [t] præfulgeat dignitate, perpetuo [u] ſit infamis [x]: vt nec ad teſtimonium vel alios actus legiti-

Obſidiat⁹ triplex eſt mod⁹.

a ¶ Obſederit. Nonus modus. & expone, id eſt ipſum, vel ipſos ſuo aliquo modo cuſtodię tenuerit, ſic ꝙ eis liber non pateat egreſſus, vt ſi in aliquo fortalitio vel caſtro exiſtẽtes circũdãtes exercitu, vel in multudine armatorũ arg. ff. ex qb. c.ma.l. ſuccurritur.& l.in ea.& l.necnõ.§.1.& ſuper hoc videre poteſt quæ not.per Inn.& Hoſti.de ſenten.excõ.nuper Alius modus obſidiatus in iure reperitur, puta cũ per hoſtes populo Romano, vel per ipſum hoſtibus p̃ſtantur obſides pro pace ineunda, vel ſecundũ Ioannẽ proinita conſeruanda.ff.ad leg. Iul maie.l.1.de qbus legit̃ ꝙ nõ poſſunt facere teſtamenta.ff. de teſta.l. obſides.bona q̃ interim acquirunt, fiſco applicant̃.ff. de iure fiſci.l.diuus.Alius [1] autem eſt modus obſidiatus, in vulgari vocatus, obſtagium, cũ quis pro ſe vel alio promittit, vel iurat non exire certũ locũ vel territoriũ, niſi ſoluto debito vel attento promiſſo. dicta l.nec non.§.1.extra de iureiur.c.ex reſcripto. de arbi. expoſita 23.q.vlt.cap.vt pridem.

1 De iſto vide do. Mõtolo. niũ, ĩ ver. obſes. in prõptuario ſuo diuini & humani iuris. Fõ.

b ¶ Expulerit.] Decimus modus, & expone.expulerit per vim expulſiuam, in qua nulla eſt voluntas.

c ¶ Fugauerit.] ideſt, ipſos vel ipſum fugando ſeu proſequẽdo ad dimittenda officia compulerit. & eſt vndecimus modus.

d ¶ Vel ſocius fuerit.] Duodecimus modus:& intellige, ſocius fuerit in ipſo maleficio. & hoc denotati verbũ, facientis, quod ſequitur: ſecus autem dicas ſi aliquis eſſet ſocius illius, qui talia faceret, cui in hoc aſſenſum uon præberet.argum.de ſent. excom. cap.ſi concubinæ.C.de teſti.l.qui liberi.

e ¶ Bonis aliquibus.] videtur intelligendũ de quantiſcunque & qualibuſcunque bonis, cũ indefinite loquatur.arg.de priuil.quia circa

f ¶ Spoliauerit.] priuando illos talium bonorum poſſeſſione: hoc enim denotat ſignificatio huius verbi, & eſt decimuſtertius modus.

g ¶ Vel indirecte.] quaſi dicat per ſe vel per alium expreſſe vel tacite vel ſubdole.

h ¶ Ipſorum aliquem.] ex ſeditione igitur incitata cõtra aliũ quàm contra Papam vel Eccleſiam Romanam vel aliquem de prædictis, non incurreret pęnas

i ¶ Excitabit.decimusquartus modus. & talem ſeditionem excitandi in populo quandoque pęna capitalis ſecundum legem imponitur, vel minor quandoq, ff. de pœnis l.ſi qs aliquid. §. fautores. & l. capitalium. §. ſolent.C.de ſedi. l.1.& 2. quandoque imponitur pœna legis Iuliæ maieſtatis. ff. ad leg Iul.maieſta.l.1.

Seditioſi qua pęna ſunt puniendi.

k ¶ Rebellionẽ.] facere vel procurare p̃ſumpſerit, quod eſt infra. & intellige in dicta prouincia vel caſtris eiuſdem, vt ſupra. Et hic poteſt denotari decimusquintus modus.

l ¶ Cõſpirationem.] Decimusſextus modus, & hic cõſpiratio in malã partẽ ſumitur & 11.q.1.conſpirationib. & extra de teſti.cogen.c. vlt. aliquando ſumitur in bonã.vt dixi in c.ſancta Romana. ſup verbo, conuenticulas. & probat̃ C.de pœn. l.q ſententiam.de profeſ. & medi. l. magiſtros. & l.nota.lib 10.

Conſpiratio in bonã & in malã partem ſumitur.

m ¶ Per alium.] in maleficijs enim nõ refert an per ſe vel per alium qs faciat.ff.de vi & vi arm.l.1.§.deieciſſe.de iniur.nõ ſolum.§.ſi mandato.& §.Proculus.extra de reſti.ſpol.cũ ad ſedem.de ſent.excom.c.mulieres.de homic.c.is q lib.6.cum ſimilibus.

n ¶ Vel ad ea.] ad omnia ſupradicta videtur referendũ quod hic dicitur.arg.ff.de legi.l. talis ſcriptura.extra de appel.c.ſecundo requiris.

o ¶ Dederit.] Decimusſeptimus modus.

p ¶ Auxilium.] qualiter videatur quis opem.vel auxilium vel conſilium præſtare, colligitur.inſti de obli.q ex deli.naſ §.ope.ff de fur.l.in furti §.ope.& §.conſilium.& l.ſi pignore §.qui ferramenta.

q ¶ Fauorem.] ſed qualiter fauorem quis præſtare videatur in talibus vel ſimilibus, vide quod not.Gul. de hæret.c.quicunque.§.i.lib.6.

r ¶ Conditionis.] ideſt qualitatis. ſimile ff. de vſufr. l.ſed & ſi quid §.1.not. extra de cleri. non reſid.quia nonnulli.

s ¶ Mundani.] cum prędixerit cuiuſcunque, cõprehendere videtur comitem vel etiam regem. & arg.ad hoc in c.ſi fratrum.§.quia igitur.

t ¶ Superiori.] hic recita quod dixi in c.ſi fratrum.§. quia igitur.

u ¶ Perpetuo.] enumeratis decem & ſeptẽ modis, enumerat decem & octo pęnas, quas omnes incurrit quis ex vnoquoque de prædictis modis.

x ¶ Infamis.] Prima pęna. Et dic infamis infamia iuris, cuius infamiæ pœna multos effectus pęnales inducit.repellit enim quẽ à teſtimonio, vt ſequitur. & in corpore authẽ.de teſti.l 3.& l.ob carmẽ.extra de pba. licet.Itẽ à dignitate.C.de infa.lib.12.extra de exceſ. p̃l inter dilectos.de reg iur.infamibus.li.6.2.Itẽ à patrocinando. ff. de poſtul l.1.§.remouetur.Item ab actib.legitimis, vt ſeqt̃.& extra de teſti. licet ex quadã.Nonnullos ẽt alios effectus inducit iuris infamia, quos

2 Vide q ibi notaui, & ibi dicit Alber. ꝙ excõicatus eſt priuatus actib legitimis c. pia. de excep. & iõ nõ promouet̃ ad doctoratũ, cũ illa ſit dignitas cũ adminiſtratione.authen. habita. ne fil. p pat. §. illud. in prœmio Digeſtorum Fonta.

quos curiosus lector per se poterit inuenire.

a ¶ Legitimos] non uidetur intelligẽdum hic de omnib. actibus, q̃ à lege sunt inducti, quia sic ab oĩ contractu & cõmercio & extremæ uolũtatis cõfectione, & quocũque officio ẽt oneroso repelleretur infamis: sed forte uerum non est 1. argum. insti de excep. §. ult C. de decu. l. si quis procurationem. lib. 10. so. dist c. accedens. cum ibi not. sed intelligi potest de actibus pro quadam prærogatiua honoris inductis. argum. ff. de decurioni. l. eos.

1 Benedi cit. adde not. in c. tuam. de ætate & quali. ca. & infames. 3. q. 7. Font.

b ¶ Intestabilis.] acti ne & passiue, ut sequitur. Et est secunda pœna.

c ¶ Factionem.] in hoc efficitur intestabilis actiue.

d ¶ Vocetur] & in hoc efficitur intestabilis passiue. simile C. de hæret. attendentes. extra de hæret. ex communnicam°. §. credentes. de pœn. c feli cis. li. 6. sicut alibi est uidere, q̃d aliquis efficit̃ inteligibilis acti ue & passiue. extra de consec. cum dilectus.

e ¶ Nullus ei.] Tertia pœna cui concordant iura, scilicet proxi. alleg.

f ¶ Aliis respondere] hoc ideo ne ex sua malitia cõmodum consequat̃. extra de iudi. intelleximus. non enim immunitatem pœna præstare dẽt. ff. de interd. & releg l. relegatorum. §. vlt.

g ¶ Nec quæuis causa] Quarta pœna, & sic erit priuatus omni iurisdõnis exercitio in causis. simile reperitur in iuribus supra proxi alleg. in glo. & in hoc.

Pęna immunitatẽ nõ pstat.

h ¶ Nec ualeant] Quinta pœna.

i ¶ Sententiæ] si de facto eas tulerit.

k ¶ Vel processus] indistincte loquit̃: quare dẽt intelligi de quibuscunque processibus tam iudicialibus, q̃ inquisitorijs: & quæ dicantur esse de processu, colligitur extra de proba. c. quoniam contra falsam. & sic cũ citatio sit de processu ut ibi: sua citatio aliquem nõ arctabit arg extra de elect. c. bonæ 2. iũcto c. ad audiẽtiam de cõsue. ff. de iurisd. om. iud. l. ult. iũcta l. 2. si q̃s in ius uoc non ierit. cum ibi no. & extra de accusa. ueniens. & per Inn. de dila. c. pręterea.

Citatio ẽ d pcessu

l ¶ Nullus ei] Sexta pœna.

m ¶ Quacumque causa] criminali uel ciuili.

n ¶ Pręsumat] & ita subtrahit̃ sibi communio patrocinij, sicut & interdicto uel excommunicato communio Christiani. extra de usur. post miserabilẽ. 11. q 3 c. cum excommunicato. cum similibus.

o ¶ Nec ipse] Septima pęna.

p ¶ Ad patrocinãdum] idest, aduocationis officium præstandum. arg. ff. de postula. l. 1. §. postulare.

q ¶ Admittat̃] subaudi ẽt si spõte uel gratis patrocinari uellet, sicut de alio infami dr̃. ff. de postu. l 3. §. remouet. & arg. insti. de excusa. tu. §. idem rescripserunt.

r ¶ Instrumenta] Octaua pœna.

s ¶ Exerceat] scilicet post tales offensas, uel aliquam de ipsis commissam.

t ¶ Firmitatem] hoc intellige de confectis postquam talia commisit: cõfecta autem ante bene ualerent, sic põt intelligi ꝑ no. in corpore auth de tabel. §. nũc tñ. coll. 4. & p Inn. de hære. c. fraternitatis. & arg ff de of. præto. l. Barbarius. ff. de iti. actuq; priua. l. nec n. C de admini. tu. l. sancimus. de reg. iur. factum legitime. lib. 6. quia aliàs puniret̃ ille ad cuius cõmodum facta fuerant instrumenta illius odio, contra legem, si q̃s in suo. C. de inoffic. testa.

timos [a] admittatur: Sit intestabilis [b], ut nec testandi liberam habeat factionem [c], uel ad alicuius bona ex testamento uel ab intestato uocetur [d]: Nullus [e] ei super quocunque negotio respondere, sed ipse alijs respondere [f] teneatur: Nec [g] quæuis causæ ad audientiam perferantur illius: Nec [h] ualeant eius sententiæ [i] uel [k] processus: Nullus [l] ei in quacunque [m] causa uel negotio patrocinium præstare pręsumat [n]: Nec [o] ipse ad [p] patrocinandum aliis admittatur [q]: instrumenta [r] confecta per eum, si forte officium tabellionatus exerceat [s], nullam habeant firmitatem [t]: sed potius cum auctore damnato damnentur [u]: Dignitatibus [x], officiis & beneficiis ecclesiasticis uel mundanis [y], quæ obtinet, [z] quæcunque sint & quocunque nomine censeantur [a], sit eo ipso [b] priuatus, ac [c] inhabilis & indignus ad ea [d] & quęlibet [e] alia in posterum obtinenda: Filij [f] eius ad nullos honores ecclesiasticos uel mundanos, ad nullas dignitates uel beneficia ecclesiastica, aut officia publica quomodolibet [g] admittantur: Liber--

u ¶ Damnentur] simile extra de hære. c. fraternitatis.

x ¶ Dignitatibus.] Nona pœna.

y ¶ Mundanis.] Nota principẽ Ecclesiæ priuare posse ex causa nedũ clericũ, imo & laicum, nõ tãtum a beneficio & officio ecclesiastico, immo ẽt temporali & mundano nec mirum: q̃a & libertate, quæ est de iure naturali. ff. de iust. & iu. l. manumissiones. inst. de iure p̃sona. §. 1. priuat eum q̃nque extra de Iudę. c. ita quorũdam & c. ad liberandam. 15. q. vlt. ca. cum multæ Et si quæras quomodo hoc fieri põt, cum iura naturalia sint de se immutabilia. inst. de iure natura. §. sed & naturalia. nec ea quæ competũt de iure naturali, uidentur posse tolli ẽt p principẽ. extra de re iu. pastoralis. § cæterum. cle. 5 & arg. ff. de pœ. l. q̃dam sunt. & no. C. de preci. impe. offe. l. quotiẽs. & per no. extra de consti. c. quę in ecclesiarum. & de immu. eccle. ca. quia pleriq; Rñdeo q̃ ius naturale in se totale immutabile est, & semper æquũ & iustũ remanet: sed in particulari ea quæ de iure naturali cõpetunt: ex causa, puta ex delicto summoueri possunt. sic notat̃. C. si contra ius uel utili. pub. l. ult. vnde & libertas, licet de iure sit naturali, tolli põt ẽt p pactũ: puta si maior xx. annis ad p̃tium participandum patiat̃ se uendi tanquã seruum alicui credenti ipsum seruum ff de sta ho. l. & seruorum §. serui. insti. de iure perso. § serui & in eis not.

Libertas à Papa p̃t auferri.

z ¶ Obtinet] scilicet de præsenti.

a ¶ Censeantur] non curatur ergo si sint simplicia beneficia, curata uel non curata.

b ¶ Eo ipso] & sic non erit sententia hominis priuatoria necessaria. Simile de elect. quam sit. de hæret. cum secundum leges. in corpore auth. de rap mul. §. fi. coll. 9. cum similibus.

c ¶ Ac inhabilis. Decima pœna.

d ¶ Ad ea] scilicet prius habita, quibus eoipso priuatus est.

e ¶ Quælibet alia] non dicit prioribus similibus, quare de omnib hẽt intelligi hæc inhabilitas. super quo uide quod dixi in decret. Execrabilis.

f ¶ Filij.] Vndecima pœna Sed an ista pœna extẽdet̃ ad nepotes? Dicas quòd non: cum de odio agatur. arg. ff. de testam. tu. l. quod si nepotes. de libe. & posthu. l. 2. & l. cum quidam. aliàs dic ut dixi in decre. execrabilis. in uerbo, filius.

g ¶ Quomodolibet]. s. quasi dicat siue patris delicto consenserit; siue non: si enim consensissent, tunc ex p̃prio delicto paterentur hanc pęnam, ut s̃ Sed summa v̇r iniquitas ꝑ filius innocens ex delicto patris pu-

tatibus [a] & etiam immunitatibus realibus [b] & perſonalibus, priuilegijs & indulgentijs quibuſcunque ſub quacunque forma verborum ab [c] Apoſtolica ſede conceſſis ex tunc [d] penitus careant: Vaſalli [e] & homines à iuramento fidelitatis, & alia quauis obligatione, quibus tenentur eidem, ſint penitus abſoluti [f]. Feuda [g] quoque, iura, honores ac officia & alia quæcumque bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ & alibi vbicumque à prędicta Romana [h] obtinent Ecclesia, ſint eo ipſo [i] penitus [k] confiſcata [l]: Aliis [m] vero feudis, iuribus, honoribus, officiis, & bonis immobilibus, quæ a quibuſcumque alijs [n] tenent eccleſiis, ſint eo ipſo [o] priuati: quę ſic ad eaſdem eccleſias libere [p] reuertantur, quòd de illis earum rectores pro ſua voluntate [q] diſponant [r]: mobilia [s] vero bona ipſius [t] concedimus fidelibus occupanda [u]. Illud [x] nihilominus adiicientes noſtræ huiuſmodi ſanctioni [y], vt ſic [z] delinquens excommu-

plius an oſſit ob atris cri mina ple cti, vide q̄ ego nota ui in c.nō dēt. de re gu. iur.& d' iſtis ſta tutis ꝙ pr̄ & filius teneātur pro ſe in uicē.Hip. in l.infās ff.de ſica rijs.Font.

niatur: cum ſcriptū ſit lege diuina: non portabit iniquitatē patris filius, nec ecōtra 1.q.4.c.1.& 2. Item lege humana canonica & ciuili ſcriptū eſt, peccata ſuos auctores, nō alienos tenere debere. C. de pę.l. ſancimus. ex tra de his q̄ fiūt à ma.par.ca.c.q̄ ſitū. Itē expreſsū vī, ꝙ crimen paternum vel pœna paterna nullam maculā filio infligit. ff.de pœ.l.crimen. Ad hoc dicas, ꝙ atrocitas delicti aliqn̄ pænam facit infligi aliis ob delicta parentum, vt hic, & extra de pęn.c. felicis C. ad leg. iul. maieſt.l.quiſquis. Sed per hoc adhuc non reſpondetur contrariis? Dicas ſic, ꝙ ideo filii puniuntur, quia in eis paterni criminis exēpla metuuntur, vt d l. quiſquis. Sed iſta ratione cōſiderata videtur, ꝙ ex quocunque publico crimine pęna paterna deberet filiū afficere, ſed hoc non eſt verum, vt in contrariis. Potes [1] igit̄ meo iudicio probabilius reſpondere, ꝙ hoc contingit non ut principaliter puniatur filius propter crimen patris, cum ſit innocens: ſed cum pater terreatur ob affectum paternum in pęna filij magis quàm in ſua, vel quàm ipſe filius. ff. ꝙ met.cau.l.iſti quidē. ad plus puniendum patrem nedum in ſeipſo, ſed & in filio, in certis criminibus ſic ſtatuitur: licet occaſionaliter filius puniatur, vt & pater arceatur à talibus criminib. committendis, cogitās de pęna nedum ſibi, ſed & ſuis filijs infligendis: Sic eſt videre de ſententia interdicti quę ob culpam domini temporalis fertur in ſubditos, vt nedum in ſe, ſed in ſubditis ad quos tenetur affici, ſentiat ſe punitum, & vt citius à tali culpa committēda propter hoc arceat̄, extra de offic deleg ſane quia. de ſpon non eſt. Reliqua dic ut no.1.q.3 in ſumma.& per Gar. extra de vſur.c.vſurarum lib.6.

1 Vide Alfonsū Caſtrū.lib.2. de iuſta hr̄ticorū punitione, c.10.& 11.

a ¶ Libertatibus.] Duodecima pęna

b ¶ Realibus.] ideſt rebus conceſſis.ff.de aqua quo.& æſti.l.1.§.permittitur.de cenſ.l.ætatem. §.reb. & tales libertates ſummouentur iſto caſu, licet aliàs duraturæ forent de ſui natura, etiam perſona extincta, ut in dictis iuribus, cum ſuis ſimilibus.

c ¶ Ab Apoſtolica ſede.] ſed pone ꝙ ab alia ſede tales libertates vel priuilegia fuiſſent iſti conceſſæ, videbūtur ne hic ſublatę? Videretur ꝙ non, vt in ſimili dixi ſup.in gl per hæc uerba. & in glo.octauus modus. niſi inquantum diceres tale fore priuatum omnib.honoribus, quos ab alijs eccleſijs obtinebat. infra in verſu, alijs vero.

d ¶ Extunc.] poſtquam ſcilicet aliquem de prædictis offenſæ modis commiſerit.

e ¶ Vaſalli.] Decimatertia pœna.

f ¶ Abſoluti.] concor.ad hoc.c.ſi fratrum.§.pen.& dic vt ibi dixi ad idē in lib.feu.tit.hic finit̄.lex.circa prin. 15.q.6.c.nos ſanctorum ubi de hoc.& extra de hęre.c. vlt. Et hic videre potes quæ not. Inno. & Hoſt.de dolo & contu.c.veritatis:

g ¶ Feuda.] Decimaquarta pæna.

h ¶ Romana obtinente eccleſia.] vel ab alijs, vt ſtatim ſequitur.

i ¶ Eoipſo.] .ſ. ꝙ aliquid de p̄miſſis commiſsū fuerit.

k ¶ Penitus.] ideſt, in totum.

l ¶ Confiſcata.] talis confiſcatio bonorū confiſcatorū dominiū transfert in fiſcū abſque aliqua traditione, vt & aliàs.ff.de publ.vecti. & cōmiſſis.l. cōmiſſa.ff.de inceſt.nup.l.cū ancillis.in corpore.auth. eo.ti.§.1.coll. 3.de rapt.mulier.§ vl. coll.9.extra de hæret. ca. cum ſecundum leges, cum ſimil. Quid autem de honorib. & officijs? dic quod ſint confiſcata, intellige de talibus honorib. & officijs, qui vel quæ ſecundum forte cōem vſum loquendi patrię iura patrimonialia cēſentur: ſi autem de illis honorib. & officijs intelligas, dices ipſa confiſcata, i. ad fiſcum eccleſiæ deuoluta, ut de illis in perſonis aliorum diſponere poſſit.arg.tex.ſeq.

m ¶ Alijs.] Decimaquinta pœna.

n ¶ Alijs.] .ſ. ab Eccleſia Romana, quæ dicuntur vniuerſalis eccleſiæ fore membra. 7.q.1. Nouatienus.

o ¶ Eoipſo priuati.] abſque alia hominis ſententia priuatoria, vt dixi ſupra in gl.& ſic non erit. & concordat ad hoc de elect.c.ubi maius § ipſos inſuper.& c.fundamenta §.quod ſi ſecus.de pęn.c.felicis.lib.6.& eod.tit.cap.in quibuſdam.

p ¶ Libere.] quaſi dicat, abſque aliqua cōtradictione illius de elect.ubi maius.§.ipſos inſuper.

q ¶ Voluntate.] quaſi dicat, illo etiam non vocato. arg.de præben.c.licet.

r ¶ Diſponant.] ſed hoc qualiter intelligas, poteritne talis de poſſeſſione taliū bonorū deiici per uiam executionis vel occupationis bonorum abſq; aliqua alia ſnīa declaratoria, ꝙ crimen fuerit per illum cōmiſsū? Dicas, ꝙ non.C.de iure fiſci.l.vlt.lib 10.extra de hære. c cum ſecundum leges. ſed talis ſententia declaratoria promulgata, non eſt ſnīa hominis neceſſaria priuatoria, vt prædixi: quia tunc ſtatim ſuccedit, & locum habet ſnīa iuris: & ſic intelligūtur iura dicentia quē incurrere ipſo facto bonorum confiſcationem de homic.pro humani.§ ult.li.6.& in iurib. allegatis.in gl. talis confiſcatio. Et ſi quæras quid ergo prodeſt quem ipſo iure fore priuatum prius bonorum ſuorum dominio? Reſpondeo propter fructus medio tempore perceptos, quos reſtituere compelletur. ff de his quib.ut indig l eum qui.& ita no.in corpore.auth. de inceſtu. nup.§.ſancimus.coll.3.

ſ ¶ Mobilia.] ſubaudi uel mouentia: quia de illis idē eſt iudicium. ff de uerb.ſig.l.mouentium.

t ¶ Ipſius.] .ſ. qui aliquid de præmiſſis commiſerit.

u ¶ Fidelib.occupāda.] nō ergo aliis, & ſic vides bona alicuius ob ſua demerita concedi per Eccleſiam alteri occupāda, cū & aliqn̄ nedū bonorū ſed & pſonæ talis occupatio concedatur.ext.de Iudæ.c.ita quorūdā. & ſtatim occupanti dn̄ium bonorū occupatorū acquirit vt aliàs. Inſti de rer.diu.§.itē ea quæ ab hoſtib.ff.de acqui.rerum dom l.naturalem.§.vlti cum ſimilib.

x ¶ Illud nihilominus.] Quarta pars.

y ¶ Sanctioni.] .i. pęnali conſtitutioni, quæ proprie ſanctio appellatur.not.3.diſt.in ſumma

z ¶ Sic delinquens.] .ſ. altero de modis ſup.expreſſis.

a ¶ Excom-

a ¶ Excommunicationis.] scilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur, de sententia excom. c. si quem, & est xvj. pœna.

h ¶ Vniuersitas.] hic dicas vt dixi in c. si fratrū. in verbo, ciuitatibus & not. extra de excess. præla. c. tanta.

Vniuersitas delinquere pt

c ¶ Quę deliquerit.] pōt ergo vniuersitas delinquere, vt hic, & de pœnis, si quis suadente. §. ciuitas. Clemens v. de pęnis. ca. felicis. §. vlt: lib 6. ff. quod met. cau. l. metum §. animaduertendum. licet non de facili. ff. de dolo. l. sed & si ex dolo. §. 1. in quibus de hoc: cū de facili non consentiant. ff. de lib. vniuer. l. 1. & de hoc not. de simo dilectus. per Ber. & Inno. & plenius per Hosti. & de sent excom. grauem, per Inno. & Host. post eum.

d ¶ Interdicto ecclesiastico.] xvij. pœna. Et signanter dicit̄ ecclesiastico, vt denotetur, quod quādoque subijcitur quis alij interdicto, puta quando sibi certū officiū vel ministerium interdicitur. ff. de pœnis. l. more. §. solet. & l. vlt. C. de postu. l. 1. ff. eo. tit. Imperator. quandoque interdicit̄ solus ingressus ecclesiæ extra de sent. excom. c. is qui. de priui. c. epōrum. li. 6. quandoq; vero interdicitur & ingressus alterius loci territorij vel districtus. ff. de interdi. & relig. l. relegatorū, §. dubitatum. & §. sequenti.

Interdictū quandoq; habet species.

† Quia in mortis articulo nulla est casuū reseruatio, vide concil. Trid. sessio. 14. c. 7. de casuū reseruatione.

e ¶ Ipso facto.] & sic est canon latæ sententiæ, non ferendæ. simile de pęnis, felicis. li. 6 cum similibus.

... nicationis [a] sententiæ, Vniuersitas [b] vero seu communitas, quæ deliquerit [c] in prædictis, eiusque territorium & districtus interdicto [d] ecclesiastico subiaceant ipso [e] facto: A qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio quàm à Romano [f] Pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis articulo [g] † constitutus. Per [h] hoc autem non adimimus sęcularibus Potestatibus [i] facultatem vtendi legibus [k] contra talem, quas aduersus sic [l] delinquentem catholici principes ediderunt [m]. Dignum etenim est, vt quos timor Dei à malo non reuocat, pęnarum [n] moles in eos exaggerata compescat [o]. Nulli &c. nostræ functionis & sanctionis insuper, &c. Datum Auinioñ. viij. calend. Septemb. anno tertio.

TITVLVS XIII.

f ¶ Romano Pōtifice.] subaudi vel alio per ipsum deputato. de senten. excom. ad eminentiam.

g ¶ Mortis articulo.] iste casus semper intelligitur exceptus. de senten. excom. non dubium.

h ¶ Per hoc autem.] Quinta pars. Et expone per hoc scilicet, ꝙ sic, vt sup puniri volumus taliter delinquētes.

i ¶ Potestatibus.] pro præsidentib iurisdictioni sumitur istud verbum vt in c. si fratrū, & c. Ecclesiæ Romanæ. ff. de ver. sig l. potestatis.

k ¶ Legibus.] id est, pœnis per leges inductis.

l ¶ Sic delinquentem.] scilicet vt supra pręmittitur in §. nos igitur.

m ¶ Ediderunt.] super hoc tu curiose lector considera singulos modos offensæ supra expressos, & cōtra eorū quemlibet pęnas in iure inductas iuxta facti varietatē reperies, & per hoc patet, ꝙ punitus per iudicem ecclesiasticum, adhuc pro eodem delicto puniri poterit per iudicem sęcularē: sic extra de pęn. c. felicis. §. per hoc quoque. 16. q. 1. c. placet. in fine. licet laicorū puni tio primo spectet hoc casu ad iudicē sæcularem. 14. q. 4. de presbyterorum, & not. 90. dist. c. placuit, in glo vl. 23. q. 5. c. sunt quidam. Sed hoc principi ecclesiæ sic disponere forte placuit ob horrorem criminis, & de bone tionē factā Ecclesię in personis vt sup. dixi in gl. quantum est in illis, vel quia tales satis puniti non erant, illæ pœnæ potuerunt superaddi, iuxta nota. extra de iud. c. at si clerici. in glos. penul. de hoc etiam dixi dicto ca. felicis.

† Index sæcularis punire pt iā punitū p iudicē ecclesiasticū. Et d hoc: articulo vide plene Antonij Gomezium Tomo 3. variar. resolut. c. 2. nu 40.

n ¶ Pœnarum moles.] id est multitudo, vel accumulatio.

o ¶ Compescat.] simile extra de vita & hone. cleri. vt clericorum C. de emēda. proprin. l. 1. Zenzeli.

De sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti.

¶ Taxatio gratiarum sedis Apostolicæ impetratarū tā cū clausulis consuetis, quā nō consuetis, hic cōtinetur. Et quot litteras, quotq; dictiones linea cōplecti debeat, declaratur, ad paupertatē respectus habetur: Cōtra trāsgressores pœna suspēsionis ab officio usque ad sex menses, & quādoq; priuationis imponitur, & ultra illam Abbreuiatoribus sententiā excommunicationis Papa comminatur.

CAP. VNIC.

Cum ad sacrosanctæ [p] Romanæ Ecclesiæ sinum [q] velut [r] ad matris vbera referta dulcedine [s], ac Romani Pontificis Christi vicarij successorisque [t] ...

Cum ad sacrosanctæ. ¶ Potes istam constitutionē diuidere in partes septem. In prima per modum cuiusdam harengæ seu præludij ratio constitutionis edendæ præmititur. In secunda ipsa constitutio super taxatione litterarum Apostolicarum consuetis clausulis concessarum subiungitur: ibi, [Qua de re, &c.] In tertia clausularum insolitarum in litteris appositarum certa taxatio cum moderamine tam pro scriptura quàm pro registro, quàm pro Abbreuiatoribus annectitur: ibi, [Si vero eisdem, &c.] In quarta litterarum in forma communi pauperum obtentarum taxatio subinfertur: ibi. [Hoc licet, &c.] In quinta quid de taxatione litterarum iustitiæ faciendum sit statuitur: ibi, [Citra taxationem, &c.] In sexta ad ipsam constitutionem certum quid adijcitur: ibi, [Ad hęc prędictę, &c.] In septima trangressoribus constitutionis pœna infligitur: ibi, [Cæterum vt prædicta.]

Diuisio textualis

p ¶ Sacrosanctę.] hic dicas vt dixi in c. sācta Romana.

q ¶ Sinum.] id est, refugium vel secretum simile verbum ff de proba. l. quoniam testamentum.

r ¶ Velut.] pro tamquam, ponitur.

s ¶ Dulcedine.] similitudinarie loquitur, sicut n. infans suggendo vbera in sinu matris repleta dulcedinē reperit, sic quicūq, ad matris spiritualis Ecclesię sinū recurrit, dulcedinē ex cōfidētia reperire sperat, vt eius vberib. nutriatur, & eius actoritate defendat̄, & à suis oppressionib releuetur: quia non potest, nec debet mater filium suum obliuisci. 8. q 6. c. ad Romanam 2.

t ¶ Successorisque Petri.] simile 40. dist. si vos. extra de translat. c. inter corporalia. & c. quanto, & de re iud. ad Apostolicæ. §. nos autem. lib. 6.

Petri clementiam, tamquam ad patris [a] plenam prouidentia pietatem [b], orbis [c] terrarum, & qui [d] habitant in eo gratiarũ [e] spe [f] assidue confluant vniuersi; indignum credimus nostris fore temporibus [g] vt quibus nos & Ecclesia ipsa exuberamus in gratijs, deficiamus in [h] donis, ne murmurandi inde præstetur occasio [i], vnde gratitudine [k] necessitas [l] aderat collaudandi: neve [m] scriptura [n] reddat onustum [o], quod liberalitas [p] fecerat gratiosum. Qua [q] de re circa litterarum [r] nostrarum scripturas, registri [s] quoque nostri, necnõ Abbreuiatorum Romanæ curię notas, illam in taxando volumus moderationem [t] apponi, qua [u] personæ, quibus gratiæ huiusmodi conceduntur, se gratias ipsas ab Apostolica sede liberaliter [x] sentiãt consecutas, ac litterarum ipsarum scriptoribus, registri etiam nostri notarumque Abbreuiatoribus antedictis, qui interdum in eis etiam multo labore [y] desudant, de suo labore congrue satisfiat [z]. ¶ Ad tollendos igitur excessus [a], difficultates [b], circuitus [c], & anfractus, qui possent ex varijs litterarum Apostolicarum taxationibus [d] prouenire: sancimus [e], vt modus subscriptus in

a ¶ Patris.] consilium salutare pro liberis capientis. ff. de adulte. l. nec in ea. §. ius occidendi.

b ¶ Pietatem.] multiplex est vinculum quo homines adinuicem alligantur: Primum est pietas inter patrem & filium spiritualem, vt hic, 2. q. 6. ad Romanam. 2. extra de exce. pia. lib. 6. illud idem potest dici esse in patrem & filium carnalẽ, procedens à parente in filium. C. de neg. gest. l. 1. ff. ad adul. l. nec in ea. circa fi 5. q. nõ osculatur vel procedens à filio in partem. ff. de cura fur. l. furiosæ. C. de pa po l. si filius. Secundum est inter eos amor seu dilectio singularis. C. de cura. fur. l. vt ff quod met. cau. l. isti quidem. & dicto c. non osculatur. Tertium est inter hominem & hominis officium. ff. de seruis ex. por. l. seruus qui. C de neg. gest. officio. extra de testa. c. cum in officijs. Quartum est obsequium inter libertum & patronum. ff. & C. obse. in rub. & dicta l. officio. C. qui pet tut. l. patroni. Quintum est pietas inter sanguine communctos. C. de suspe. tu. l. pietatis. Sextum est reuerentia inter inferiorem & superiorem. C de of. rec. prouinciæ. l. potioris. de of. diuer. iu. l. sciant principes. extra de of. deleg cap. 1. lib 6 Septimum est illa eadem reuerentia vel honor inter iuniorem & seniorem ff de iur. immu. l. semper. 15. q 1. c. contra statuta. 93. dist. c à subdiacono Octauum est obedientia inter subditum & prçlatũ 2. q. 6. c. qui se extra de ma. & obed c 2 & c oẽs. Nonũ est fidelitas inter vasallũ & dominũ. in lib. feu de forma fidelitatis, & per quos fiat inuestitura, circa fi. 22. q. 5. c. de forma Decimũ est disciplina seu correctio inter discipulũ & magistrũ. ff ad l. Aquil. l. sed & si quicũque. §. vlt extra de sen. excom. c. veluitate § fi Vndecimũ est beneficiũ inter homines. ff. cõmo. l. in cõmodato. §. sicut extra. eo. tit. c 1. Duodecimũ vero est religio inter Deũ & hominẽ. ff de iust. & iur. l. veluti. De his etiã notaui extra de reg iur. c. non est sine culpa. lib. 6.

c ¶ Orbis terrarum.] id est viuentes, & in eo habitantes: mundus enim de se quid inanimatum existens, cõfluere non potest, & expones verbum, &, quod sequitur pro, id est, simile in c. dierum, & ibi dixi.

d ¶ Qui habitant in eo.] sumitur ex psal. Dñi est terra.

e ¶ Gratiarum.] scilicet consequendarum.

f ¶ Spe.] sperant igitur vniuersi à principe gratiã consequi, vt hic, simile C. de offi. præfe. præto in nomine Domini §. penul.

g ¶ Temporibus.] cum ipse princeps petentibus se exhibere consueuit liberalem extra de rescri sedes Apostolica, & sibi in donando mensura immensitas est. in corpore authen de non alie. aut permu. reb. eccl. §. si minus. colum. 2.

h ¶ In donis.] hanc enim sibi quodãmodo nobilitas legem imponit, vt debere se quod sponte tribuit existimet, & nisi in beneficijs creuerit, scilicet ipsa multiplicatio, nihil se præstitisse putet. extra de dona. c. 1.

i ¶ Occasio.] ad quam frequenter impinguntur qui scrupuloso corde sine causa mouent. 16. q 7. decimas.

K ¶ Gratitudine.] exponi potest, i. gratiæ factione: gratia enim facta eam recipientem impellit ad laudum relationem: cum facientis eam debitor existat ad antidora. ff. de fur. l. si pignore. §. 1. de peti. hære. l. sed & si lege cõmissoria §. consuluit & arg ff. mand. l si vero non remunerandi. §. idem Papinianus. Vel dic, gratitudine, id est, gratiarum redditione.

l ¶ Necessitas aderat.] ex instinctu naturæ prouenit ista necessitas, vt beneficienti benefacere quis cohatur, vt iurib. sup. in glo. præx. allegatis. ex hoc dici cõsueuit, quod est beatius dare quam accipere. 16 q. 1 c. prædicator extra de celeb. mis. cum Marthæ.

m ¶ Neve.] ea pone, ve, pro vel.

n ¶ Scriptura.] scilicet recipienda ad probationem gratię prius factæ.

o ¶ Onustum.] id est onerosum. simile de elect. vbi periculum maius. in prin. lib. 6.

p ¶ Liberalitas.] scilicet conferentis.

q ¶ Qua de re.] Secunda pars.

r ¶ Litterarum nostrarum scripturas.] id est quæ fiunt de litteris nostris.

s ¶ Registri.] in quo omnes litteræ gratiosæ registrantur, vt ad ipsum publicam fidem facturum recursus habeatur, si principales litterę deficiant, vel esse falsæ dicantur arg. extra de pręscr ad audientiam. C. de fid. instr. auth ad hoc.

t ¶ Moderationem.] restrictionem denotat istud verbum, non laxationem, extra de ver. sign c. vlt.

u ¶ Qua.] id est, per quam.

x ¶ Liberaliter.] quasi dicat nihilo dato pro illis: aliàs enim gratia si non gratis datur vel accipitur, gratia nõ est 1. q. 1. c gratias

y ¶ Labore desudant.] vnde remuneratione digni sunt. in corpore authen. de iudi. §. ne autem col. 6. 12 q. 2. ecclesiasticos C de offi pręfec. prato. l in nomine domini. § pe de prin agen. in re. l. agentes. lib. 12.

z ¶ Satisfiat.] Dignus est enim mercenarius mercede sua iuxta Verbum Euangelij, & in corpore authen de iudi §. ne autem nec fraudari denario diurno debent in vinea Domini operantes extra de magi. cap. super eo. specula.

a ¶ Excessus.] qui per scriptores metas rationis excedentes, in exigendo salario pro scripturis frequenter committuntur. de rescrip. statutum, § notarium, lib 6. C de iure fis. l facultas. lib 10.

b ¶ Difficultates.] quia forte gratiam obtinentes de difficili cum illis super petito salario conuenirent.

c ¶ Circuitus.] simile ff. de condi. indebi. l. dominus in testamento.

d ¶ Taxationibus.] quæ quandoque maiores fieri consueuerunt pro vnis litteris quàm pro alijs, iuxta factæ gratiæ qualitatem.

e ¶ Sancimus.] id est sub certa pœna statuimus. Sanctio enim proprie dicitur pœnalis constitutio. 3. dist. in summa, cum ibi not.

Vinculo multiplici hoĩes sũt adinuicẽ alligati.

Reg ... facere ... tile ...

Gratia ... gratis ... ... accipi ...

Mercena... ... de ...

Sãctio est pœnalis constitutio.

a ¶ Littera

a ¶ Littera gratiæ] id est, quæ fit de gratia: ipsa enim gratia fit verbo; sed littera fit ad eius probationem: quod si placet, prosequere ut dixi in c. sedes Apostolica. §. verbũ. in uerbo, litteras. de rescri. c. litteras. cle. 5.
b Cõsuetis.] iuxta morẽ & stylum curiæ Romanæ.
c ¶ Turonensibus grossis.] scilicet argenti, sic vulgariter appellatis ad differentiam Turonen. paruorum
d ¶ Non ultra] non prohibet quin ad minorem numerum Turonensium possit taxari: sed quod ultra non fiat: sic aliàs est uidere in simili. C. de dila. dila. l. 1. & hoc si partes conueniant de minori. argum. ff. de noui oper. nun. l. 1. § in de quæritur. sed si non conueniant, ad minus debetur ista taxatio curiæ.
e ¶ Executio.] idest littera executoria, quæ scilicet executoribus gratiæ dirigitur.
f ¶ Eiusdem.] gratiæ.
g ¶ Duodecim Turonen.] Plus ergo littera executoria taxatur, quam gratiosa, cum plus de littera sit in illa quàm in ista: cum gratiosa de verbo ad uerbũ inseri cõsueuerit in effectu ĩ executoria: quare pro maiori labore scripturæ maior fuit taxatio faciẽda. Quid igitur si litteræ tales fiant curia existente in regione, in qua talis moneta cursum non habet? Vel quid si ipsa in usu cursum habere desijt ob voluntatem regis Frãcorum eam faciẽtis: de qua moneta fiet tunc taxatio? Dicas quod de moneta currenti fiet taxatio, iuxta ualorem & numerũ Turonen. grossorum 1. argu. de censi. c. olim cum canonicis. & pro hoc facit quod not. ff. de pig. act. l. eleganter §. qui reprobos. & quod dixi extra de mag. cum sit minus. in verbo. Turonensium. Et si à me quæras quare decre. conditor. talem numerum Turonẽsium præfixit pro ista taxatione, nõ ampliorem uel pauciorem? Respõdeo quia sic sibi placuit: unde est pro ratione uoluntas. ff de cõsti. prin. l. 1. & talem numerum pro labore ratus est sufficere argum. C. de temp. in integ. resti. l. superuacuam. nam maiorem numerum uel pauciorem statuere potuisset: vnde hic certa ratio reddi nõ potest, sicut nec in aliis iuribus positiuis ff de legi. l. non omnium.
h ¶ In similibus] nam de similib. idem est iudiciũ. 10. col. de pace iura. fir. §. vlt. extra de confir. vti. cũ dilecti cum similibus.
i ¶ Et huiusmodi.) puta obediẽtia, personatu, uel officio, & similib. forte cõsuetis regularibus assignari.
k ¶ Debebit) scilicet, ut litteræ gratiæ x. executoriæ xij. Turonen & non ultra taxentur.
l ¶ Si uero.) Tertia pars.

(Marginal notes:) Bindicit. vid Gui. Papæ i de cijio. suis q. 452. al. legãtem Batt. in l. Paul. ff. de sol. ego ad do. Pet. de Anc. i cle. ß. d deci. §. ex pdi. tiis. ver. i cãu quẽ vid & Bar. Alex. de Imol. col. 3. 4. l. cum quid. ff. si cert. pet. Doc. c. q. to. d iure iu. de pœ n. espen deus fal. si mone. tam vide Lud. lege Con. ff. de sol Font.)

huiusmodi taxationibus obseruetur: videlicet, quòd littera [a] gratiæ cum clausulis consuetis [b] super canonicatu & præbenda & alio beneficio ecclesiastico, cum cura uel sine cura, uacante uel uacaturo: etiam si dignitas, officium uel personatus existat, decem Turonen. [c] grossis, & non [d] ultra taxetur: executio [e] uero eiusdem [f] duodecim [g] Turonensibus & non ultra taxetur: & idem in [h] similibus litteris beneficialibus gratiosis, puta super Prioratu aliquo, administratione & [i] huiusmodi, ac executorijs earundem seruari debebit [k]. Si [l] uero eisdem litteris gratiæ & executorijs earundem (ut supra) aliquæ clausulę nõ [m] communes uel insolitæ apponantur [n], circa taxationem [o] clausularum huiusmodi cõgrue poterit sic distingui, uidelicet quòd non habeatur consideratio in eisdem [p] maioris uel minoris gratiæ eius [q] quod conceditur, nec quòd ipsius [r] sint maiores uel pauciores fructus, redditus & prouentus, & ex hoc plus minusve taxetur [s], sed habeatur in taxando illa consideratio ad [t] laborem, ut scilicet longior scriptura magis [u], & minus [x] breuior [y] æstimetur [z]: hoc tamen circa huiusmodi clausulas apponendas additio moderamine in taxando, ut si scriptura clausulæ appositæ [a] non faciat [b] lineam, nec ipsa clausula [c] litteræ taxatioñe augmẽtet [d]. Si vero per [e] se, uel saltem aliis [f] addita clausulis faciat lineam [g] in quarta parte Turonen. gros. taxetur [h], & sic pro qualibet [i] linea huiusmodi additæ clausulæ

m ¶ Non communes] idest non consuetæ communiter apponi.
n ¶ Apponãtur] vel quia in supplicatione manu propria signata. vel in sua gratia proprio motu facta, erãt insertæ clausulæ tales.
o ¶ Taxationẽ clausularum.] non dicit litterarum: quia illa remanet taxata per textum præcedẽtem: & ultra taxationem illatũ restat amplior facienda taxatio insolitarum clausularum: per hũc textum sequentem.
p ¶ In eisdem.] scilicet taxandis clausulis.
q ¶ Eius quod conceditur] idest, siue maius siue minus sit hoc quod cõceditur: cum per eius maioritatem uel minoritatem scribens uel dictãs clausulã, plus minus non laboret.
r ¶ Ipsius.) scilicet quod conceditur.
s ¶ Taxetur] cum maioritas uel minoritas prouentum maioritatem uel minoritatem laboris non inducat.
t ¶ Ad laborem.] scilicet toleratum pro scriptura uel dictamine clausularum.
u ¶ Magis.) idest maioris laboris.
x ¶ Minus.] idest, minoris laboris.
y ¶ Breuior.) scilicet scriptura.
z ¶ Aestimetur] cum naturaliter maior labor in prolixiori subeatur.
a ¶ Appositæ). s. nõ cõmunis uel insolitæ, ut supra.
b ¶ Non faciat lineam.) scilicet completam.
c ¶ Clausula) scilicet non communis, sed insolita.
d ¶ Augmentet] apparet ergo ultra taxationẽ litterarum quod habeat respectus de facienda taxatione vel non facienda clausularum, ut sup. dixi.
e ¶ Per se.) scilicet solam.
f ¶ Alijs] intelligẽdum uidetur communibus. cũ indefinite loquatur.
g ¶ Lineam] scilicet integram.
h ¶ Taxetur] & illius chartæ taxatę forte fit solutio de moneta minuta, non quòd quarta pars Turon. diuisi soluatur, quia forte desineret cursum publicũ habere: mutata enim forma publica in Turonẽsi grosso apposita, iuxta legem primam. ff. de contrah. empt. & ven. ipsa substantia Turoñ. mutata censetur. ff. ad exhib. l. Iul. §. si quis. & sic extunc reprobus reputatus non liberaret soluentem. ff. de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos.
i ¶ Pro qualibet linea.) quasi uelit dicere, si per lineæ talis partẽ additam alii illa reddatur completa. & per aliam partem sui alia completa reddatur, quęlibet de sic completis pro quarta parte Turonen. taxabitur.

in taxando quarta pars grosſ. Turonen. addatur, & si [a] quid superfuerit [b], & minus linea, illud superfluum nec taxationem immutet [c]. Lineam [d] autem quæ centum [e] & quinquaginta litteras, seu xxv. continet dictiones, intelligi uolumus in [f] hoc casu, & ut taxatio huiusmodi (dũ [g] exẽpla ponũtur) quodam modo procedat, inserta illa [h] clausula, uerum ne sub eo prætextu, & cætera: quæ quattuor [i] continet lineas, uno Turon. grosso taxetur [k]. Illa etiã clausula [l], præbendam vero ac dignitatem, quæ cum [m] acceptatione reseruat [n], quæ quattuor & paulo [o] plus continet [p] lineas, uno Turonen. grosso taxetur: & in similibus [q] clausulis additis secũdum linearum numerum idem [r] fiat. Eandem [s] taxationem cum moderamine [t] antedicto quo ad pręfatas litteras [u] in registro nostro seruari [x] uolumus cum fuerint registrandæ. Eandem etiã taxationem quoad præfatarum litterarum notas, scilicet gratiæ cum antedicto numero Abbreuiatores obseruent [y]. De executorijs uero huiusmodi gratiarum Abbreuiatores ipsi, etiam si clausulæ non communes vel insolitę apponantur [z] eisdẽ, duos [a] tantum recipiant Turon. ¶ Hoc [b] licet sic [c] in taxatione prædictarum [d] litterarum obseruari velimus, in forma tamẽ pauperum deferri uolumus paupertati [e], & nostram taxationem in [f] illa, uidelicet octo Turonen. [g] grosſ. inuiolabiliter [h] obseruari: nam beatũ fore uirum, qui super pauperem & egenum [i] intelligit [k], uerbis propheticis [l] edocemur [m]. ¶ Circa [n] taxatio-

a ¶ Si quid] idest aliquid.
b ¶ Superfuerit] vltra lineas per illam additã ꝯpletas.
c ¶ Immutet] quasi dicat, illo superfluo, reputato modico pro ipso nec plus nec minus, arg. de consec. dist. 2. c. reuera. ff. de in integ. rest. l. scio.
d ¶ Lineam] scilicet per quam solam uel aliis redditã fit ultra taxationẽ litterarum alia taxatio.
e ¶ Cẽtũ & quinquaginta litteras.] sed hoc qualiter esse põt cũ in alphabeto uel alibi non reperiãtur tot diuersæ litterę? Dicas forte intelligẽdũ de litteris alphabeti, quę reiteratę cõplere poterunt talem numerum.
f ¶ In hoc casu] istud sic fuit inductum ad uitandas multas fraudes, quæ ꝑ scriptores uel dictatores cõmitti possent scribentes uel dictantes in ꝑgameno stricto, ut sic clausula per se lineã faceret, uel aliis addita illas ꝯpleret. Quid igitur erit si linea ꝑꝑ mẽbranæ stricturam non ꝯtinet istũ litterarũ numerũ, nec ẽt dictionum, fiet ne aliqua taxatio de illa, vel nulla? Credo ipsam faciendã de multis: lineis coadunatis illum numerũ apprehendentib. & non vltra: aliàs labor scribẽtis uel dictantis sine mercede remaneret: qđ esset contra mentem huius cõstitutionis, vt s̃. dixi. & gratiã obtinẽs de alieno labore rideret, quod esset cõtra omnem æquitatem, & præstat ad hoc argu. extra de cẽsi. c. procuratores.

Labor nõ dẽt esse sine mercede.

g ¶ Dum exempla ponũtur] per posita enim exempla facti, cum pateant oculatis, ueritas oculata fide magis quàm per aures animis hominum infigitur. insti. de gra. cog. §. ult.
h ¶ Illa clausula] quę quandoque in litteris Apostolicis apponitur.
i ¶ Quattuor continet lineas] idest continere põt probabiliter & verisimiliter iuxta communem scribẽdi modum: aliàs enim de tam gracili littera posset esse scripta, uel in tã amplo & extẽso pergameno, ꝙ ipsa s quattuor lineas nõ cõtineret, nisi tu diceres habẽdũ fore respectũ ad litterarũ uel dictionũ numerũ s̃. ꝓxime designatum: vñ facit iste textus ad id ꝙ ibi dixi.
k ¶ Taxetur.] ut sic quęlibet linea de quattuor pro quarta parte Turonensis taxationem recipiat, vt supra dicitur.
l ¶ Clausula] quæ quandoq; etiam in litteris Apostolicis apponitur.
m ¶ Cum acceptatione] idest cum ptãte acceptandi.
n ¶ Reseruat] scilicet beneficium cõferendum illi, cui gratia fit.
o ¶ Paulo plus.] de quo nulla taxatio fit, ut supra.

p ¶ Continet lineas] hoc dicere potes, ut sup. proxime super hoc dixi.
q ¶ Similibus clausulis] aliis ab illis proxime exp̃ssatis gratia exempli.
r ¶ Idẽ fiat] vt pro qualibet linea fiat taxatio quartæ partis vnius Turoñ. pro modico aũt plus taxatio nõ mutetur.
s ¶ Eandem taxationem] scilicet, quæ facta est tam de litteris gratiosis, quã executorijs. s̃. in §. quia de re.
t ¶ Moderamine antedicto.] s̃ in verbo, hoc tamen.
u ¶ Litteras.] scilicet gratiosas & executorias.
x ¶ Seruari volumus] scilicet ut litteræ gratię ultra decem, executorię vero vltra Turonen xiij. nõ taxenẽ.
y ¶ Obseruent.] scilicet ut litteræ gratiæ vltra x. Turoñ. non taxentur ultra eam taxationem clausularũ insolitarum iuxta dictum moderamen.
z ¶ Apponantur eisdem] in salario ergo percipiendo per Abbreuiatores de litteris executoriis nõ distinguit, an ipsæ clausulas solitas ꝯtineãt: ratio huius põt esse: quia cũ taxationẽ habeant de litteris gratiæ, & ultra pro clausula insolita apposita amplius super hoc in executoriis laborare non hẽnt sup nouo dictamine abbreuiationis faciendæ.

Psal 40.

a ¶ Duos tantum] non ergo plures
b ¶ Hoc licet] Quarta pars.
c ¶ Sic] vt dictum est in §. præcedenti, si vero.
d ¶ Prædictarum litterarum] scilicet gratiæ.
e ¶ Paupertati.] No. rationem paupertatis haberi in taxatione salarii, sicut & alibi in taxatione ꝓcuratoris. extra de cẽsi. cũ instãtia & c. ꝓcurationes. & in exactione mulctæ pecuniariæ. ff. de off. p̃s. l. illicitas. §. ult. & in examinatione iudiciali faciẽda de eius cã. ĩ corpore auth de mã. prin. §. sit tibi. col. 2. & ĩ ap. ꝑ eũ ĩ scriptis emittẽda. ff mãdati. l. si ꝓcuratorẽ. §. si ignorãtes. & ĩ multis aliis q̃ sollicitus indagator ꝑ se poterit inuenire.

Paupertatis rõ in multis ẽ habenda.

f ¶ In illa] scilicet forma.
g ¶ Octo Turonen] hic potes dicere ꝙ dixi in parte secunda sup taxatione decem uel duocim. Turonen.
h ¶ Inuiolabiliter] quasi dicat ultra aliquatenus taxatio nulla fiat.
i ¶ Et egenum] scilicet releuandũ, potissime ne fame pereat, aliàs nõ releuãs ipsum necare dicitur quo ad Deum. 86. dist. c. pasce. ff. de lib. agno. l. necare. 47. dist. c sicut hi.
k ¶ Intelligit] idest, intendit & operam dat.
l ¶ Propheticis] scilicet prophetæ Dauid.
m ¶ Edocemur] in psalmo. Beatus qui intelligit.
n ¶ Circa taxationem] Quinta pars.

a ¶ Litte-

a ¶ Litterarum.] scilicet de iustitia.
b ¶ Rationabilis.] quasi dicat nō excessiuus & onerosus, nec nimis etiam modicus seu delicatus. iuxta illud: Nec onerosus creditor, nec delicatus debitor audiendus est. ff. de pig. act. l. si seruos, in fi. Vel dic melius rationabilē illū dici, qui solitus est obseruari, vt sequitur: vnde facit per hoc ī arg. ꝙ in talibus similibus taxationibus standum sit ei quod solitū est seruari. ad hoc extra de offi. ord. dilectus. de sent. excom. venerabilibus. §. denique. li. 6. C. de vec. vniuer. ff. de decr. ab or. fa. l. vlt. ad munic. l. de iure. cum ibi not. de admi. tu. l. sine hærede. §. Lucius, de elect. l. si fundus. sicut in alijs stylus & consuetudo curiarum locorum singulorum seruandi sūt circa processus. argu. optimum ad hoc C. de ue. iur. enu. l. 1. §. sed & si quę leges extr. đ const. ex litteris. ubi de hoc per Hostiē. de crim. fal. c. quàm graui. & per Inno. de off. leg. cap. quòd translationem.

nē aūt litterarū [a], quæ per audientiā transeunt, nihil ad præsens aliud duximus ordinandum, sed rationabilis [b] modus obseruatur in illis, qui solitus est hactenus obseruari, maxime [c] secūdum taxationem litterarum ipsarum, quæ in libro [d] Prouinciali inuenitur esse conscripta. In quarum taxationibus litterarum [e] ex causis rationabilibus [f] sustinemus, ut Turonensis gros. quamdiu scilicet Romana curia extiterit citra montes, Romanino [g] succedat. Cæterum vbicunque [h] de Turonens. groß. in taxationibus prælibatis fit mentio, intelligi uolumus quamdiu curia [i] fuerit citra [k] montes. Si vero ultra montes Romæ scilicet uel in alijs locis vel Italiæ partibus curia ipsa constiterit, in taxationibus antedictis Romaninus pro Turonensis ponatur. [l]

¶Ad [m] hæc prædictæ nostræ adijcimus [n] sanctioni, ut si forsan (quod quandoque [o] contingit) eueniat, uidelicet ꝙ non culpa [p], negligentia [q] uel defectu scriptoris, uel ex ignorantiæ [r] cæcitate, aut torpore desi-

c ¶Maxime.] innuit per hoc ꝙ seruanda esset solita taxatio etiam in litteris, quarum taxatio scripta non reperitur in libro Prouinciali.

Salaria scriptorū sunt in libro ꝓuinciali comprehensa.

conſcientias onerando †) duxerit [a] committendum, prout in eiuſdem Clementis litteris ſuper hoc confectis plenius continetur [b] : In eorundem Miniſtrorum, Cuſtodum, ſeu Guardianorum eodem modo iudicio eſt relictum: Noſque nihilominus pręfatorum Miniſtrorum, Cuſtodum & Guardianorum iudicio præſentium auctoritate [c] committimus determinare, videlicet, arbitrari, atque præcipere cuius longitudinis & latitudinis, groſſitiei & ſubtilitatis [d], formæ ſiue figuræ atque ſimilium [e] accidentium eſſe debeant tam habitus, ipſorumque [f] caputia [g], quàm interiores tunicæ, quibus [h] fratres omnes Minores dicti ordinis induũtur, ac inſuper cuius [i] quantæque [k] vilitatis indui eos ipſis veſtimentis oporteat, & [l] an in veſtimentis huiuſmodi ſecundum regulam & declarationes eorundem prædeceſſorum noſtrorum & præfatas ordinis conſtitutiones, reluceat [m] aſperitas, vilitas & paupertas: vtrumne quantum [n] ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque ac cætera † accidentia ſupradicta, Fratres veſtimentis induantur vt debent: ſuper quibus [o] eorundem Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum conſcientias oneramus [p]: Statuentes & diſtricte præcipiendo mandantes [q], quòd in prædictis [r] & his ſimilibus [s] eorum [t] arbitrium determinationem ſiue iudicium, Generalis quidem in [u] totius ordinis, Prouincialium vero in prouinciarum Miniſtrorum ac Cuſtodum & Guardianorum adminiſtrationibus, Cuſtodijs, ac Guardianijs ſiue conſimilibus ordinis memorati cõmiſſis eiſdem [x], Fratres omnes [y] & ſinguli ſequi omnimode [z], illiſque parere [a] per omnia [b] tenentur, [c]. Ac inſuper quòd illorum [d] ſequendo arbitriũ [e] determinationem ſiue iudicium [f], illiſque [g] parendo, [h] nec [i] ſint nec dici [k] poſſint vel debeant, nec ipſi ſe ipſos autument, ſuæ regulæ vel conſtitutionum [l]

10 20 30 40 50 60

a ¶ Duxerit committendum.] quia ad omnes regiones non poterit certus pretij numerus aſſignari, vt d. § præterea.

b ¶ Continetur.] & patet dicta decreta. Exiui. § præterea. cũ in regula.

c ¶ Auctoritate committimus.] Videntur ergo iſti ſuper hoc iudices ordinarij dari à lege, vel ſaltẽ à principe, à quibus quis ſortiri dicitur ordinariã iuriſdictionem. argu. 2. q. 6. quod arbitris, ff. de iuriſd om. iud. l. & quia. not. extra ne præla. vic. ſuas. c. 2. potiſſime cũ hic non conſtituatur ſup hoc delegatus ſicut alibi. extra de offi. ord. irrefargabibili. § cæterũ. de hæret. ad abolendam § vlt.

d ¶ Subtilitatis.] & tenuitatis vel leuitatis, quo ad bonitatem intrinſecam.

e ¶ Similium accidẽtium.] puta ad colorem magis, vel minus nigrum vel brunum.

f ¶ Ipſorumque.] ſcilicet fratrum.

g ¶ Caputia.] cuius quantitatis vel formæ exiſtant.

h ¶ Quibus.] ſcilicet habitibus, caputijs, & tunicis.

i ¶ Cuius.] ideſt, qualis, quo ad pretium.

K ¶ Quantæq,.] quo ad groſſitiem vel ſubtilitatem.

l ¶ Et an.] repete eorum iudicio eſt relictum.

m ¶ Reluceat.] in tali relucentia aſperitatis & vilitatis innitebantur, à ſua communitate diſcrepantes, vt ſupra prox. §. quę contra eos hic ſuperiorum iudicio eſt commiſſa.

n ¶ Quantum ad colorem.] in hoc & ſequentibus illi innitebantur, ſed inec ipſis iuuantur, vt ſequitur.

o ¶ Super quibus.] à verſu eorumdem, hucuſque expreſſis.

p ¶ Oneramus.] hic dic vt dixi ſup. proxi. §. in verbo, onerando.

q ¶ Mandantes.] contra tale mandatum præceptiuũ veniens peccat mortaliter. arg. 11. q. 1. quod præcipit extra de verb. ſig. l. in his de maio & obed. c. ſi q̃s qui fil. ſint legi. per venerabilem. §. rationib. ad ſi ti. de re mili. §. in bello. not. Hoſti. de offi ord. c. inter cætera. §. vlt. de treu. & pa. c. 1. & Ber. de offi. ord. ea quę. & dixi de æta. & quali. cap. 1. Cle. 5.

r ¶ In prædictis.] ſuper proxi. declaratis.

ſ ¶ Similibus.] arbitrarie conſideratis, cũ nõ ſint ipſa ſimilia omnia in iure expreſſa, vt infra ſequitur. arg. ad hoc extra de offi. deleg. de cauſis. ff. de legi. j. ſi domus. §. in pecunia.

t ¶ Forum.] ſcilicet miniſtrorum, & aliorum ſupra, & infra nominatorum.

u ¶ In totius ordinis.] adminiſtrationibus, quod eſt infra.

x ¶ Eiſdem.] ſcilicet Generali, Prouinciali, Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis.

y ¶ Omnes. vt vniuerſi, vt differat à verbo ſequenti.

z ¶ Omnimode.] quaſi dicat excuſationibus ſupra expreſſis & alijs quibuſcunque friuolis reiectis.

a ¶ Parere.] ideſt obedire vel obtẽperare.

b ¶ Per omnia.] intellige licita. in alijs enim magis Deo, quã homini parẽdum eſt. 10. q. 3. qui reſiſtit. & cap. iulianus. & cap. ſi dominus, & cap. non ſemper

c ¶ Teneantur.] hoc verbum neceſſitatem parẽdi videtur imponere, vt dixi in decre. execrabilis.

d ¶ Illorum.] ſcilicet miniſtrorum & aliorum ſupra nominatorum

e ¶ Arbitrium.] ideſt voluntatem vel ordinationem argu. ff. de verb. obli. l. ſi quis arbitrium. C. de contrahen. empt. l. vlt.

f ¶ Iudicium.] expone vt ſupra.

g ¶ Illis.] ſcilicet miniſtris & alijs.

h ¶ Parendo.] id eſt obediendo.

i ¶ Nec ſint.] ſcilicet quo ad rei veritatem.

K ¶ Nec dici poſſint.] quo ad vulgi opinionem.

l ¶ Conſtitutionum tranſgreſſores.] nec mirũ, cũ oĩno ex pcepto conſtitutionis præſentis in præmiſſis obedire ſuis ſuperiorib ſint adſtricti eis parendo, non uidentur eſſe in dolo vel in culpa, cum habuerint parere neceſſe. ff de reg iur. l non videtur §. qui iuſſu. de aqua plu arc. l. quam quam. cum ſimi. & quia canonis huius auctoritate præceptiua talis obedientia præſtatur, quæ à peccato obtemperantem excuſat. 23. q. 3. c. qui peccat. 33. q. vl. noluit. C. de adul l. Gracchus. aliàs diceretur ꝙ p hãc conſtõnẽ obtẽperantibus laqueus inijceretur, cõtra iura. 27. q. 1. c. de viduis. & eius auctoritate ipſi eſſent circũſcripti, contaa l. 1. C. de his qui veni. æta. impetr.

† Vide hic q̃ ego notaui in c. ſtatutũ in §. aſſeſſoré. ſup gl. relinquat. de reſcrip. lib. 6 Fõ.

† Nota hic expreſſum ꝙ cui cõpetit cognoſcere de principali, cõpetit ẽt cognoſcere de ijs q̃ cõſequẽter accedunt. vide gl. fin infra eo. in extrauag. ad cõditorẽ. Font.

Peccat mortaliter q̃ veniens cõtra mãdatũ pceptiuũ Papæ.

a ¶ Maxime

sui ordinis trangressores, maxime [a] cum nec expresse vel determinate in prædicta Fratrum Minorum dicatur regula, vel declarationibus antedictis, quantæ longitudinis, quantæ latitudinis, quantæ grossitiei vel subtilitatis, qualis formæ, qualisve figuræ huiusmodi debeant [b] esse vestes, sicut nec qualis quantæque vilitatis eas esse oporteat exprimitur in eadem: sicque quodammodo eadem vrgente necessitate, æquitate non [c] impari, vero sensu, vero id regulæ suadentibus intellectu, eiusdem Clementis inhęrentes vestigijs, præfatornm Ministrorum, Custodum, & Guardianorum in [d] prædictis horumque similibus fore iudicium declarare compellimur [e], illaquè [f] eis [g] (vt prædicitur) committere inuitamur [h]: Non enim particularium omnium certa potest dari scientia [i], neque eorum (cũ infinita [k] sint) contingit [l] fieri disciplinam [m], non ars, non regula circumstantias singulas accidentiaque cuncta complectitur [n]: habent in [o] illis minores maioribus [p] obsequi [q], illisque intendere [r], non in certis [s] solum, verum etiam in dubijs [t], & in certis præsunt [u] artibus, quibus [x] obediant, præsunt re-

a ¶ Maxime.] proprie intelligas istud aduerbium: nã idem esset, si in regula vel constitutionibus ordinis, vel declarationib. alijs essebt expressa quæ sequunt: nam & contra illa præcepta huius constitutionis parẽdum est, & pareri potest absque aliqua transgressione extra de vo. c. non est voti. cum tales obseruantias possit Papa nedum declarare, immo & penitus tollere, etiam posset totum Minorum ordinem submouere, cũ ab ipsius approbatione processit. |no. Inn. extra de sacra. non ite. cap. presbyter. nõ ergo mirum obtemperantes nec sint, nec dici possint, nec se sentire debeant transgressores: aliàs viderenẽ de potestate Papæ, non sine periculo dubitare. 15. dist. cap. sancta Romana. ver. item opuscula beati Leonis. 19. dis. c nulli fas. & argu. C. de legi. l. vlt.

b ¶ Debeant esse.] transgressionis igitur omnis nota cessat, si obtemperetur in his q̃ regula vel constitutiones ordinis nullatenus interdicunt, cũ & si interdicerẽt, idẽ esset, vt s̃. glo. proxi.

c ¶ Non impari.] quasi dicat, immo pari. vt sic de similib. ad similia ex æquitatis similitudine in agibilibus procedatur. C de consti. pec. l. vlt. ex de confir. vti. cum dilecta, cum simi

d ¶ In prædictis.] scilicet in longitudine, grossitie, subtilitate, forma vestium vel figura.

e ¶ Compellimur.] hoc intellige inquãtũ digna vox censetur principis se alligatum legibus profiteri. C. de leg. l. digna ob causatiuam necessitatem executionis officij pastoralis. arg. in proœ. C. in prin. iũcta l. vlt. ff. de separa. bon. aliàs præcise compulsio nulla sibi fieri potest, cum sit lege humana solutus. ff. de leg. l. princeps. nec sua sedes à quoquam iudicari potest. 21. distin. c. nec autem.

f ¶ Illaque.] scilicet quantæ longitudinis, &c. vt supra legitur.

g ¶ Eis.] scilicet ministris, & alijs supra nominatis. & dic eis, idest, eorum arbitrio vel iudicio.

h ¶ Inuitamur.] idest inducimur.

i ¶ Scientia.] iuxta hoc scribit lex: non possunt oẽs articuli aut legibus, aut sigillatim constitutionibus compræhendi. ff. de leg. l. non possunt ex cuius mente sumptũ videtur quod hic dicitur: natura enim introductum est, vt sint plura negotia quam vocabula. ff. de præscri. verb. l. natura.

Negotia plura sũt quàm vocabula.

k ¶ Infinita sint.] scilicet particularia: natura enim quotidie nouas depropetat edere formas. 10. colla. q̃ fuit prima causa beneficij amittendi §. prædictis. C. de vete. iur. enuc. §. sed quia diuinæ. in proœ. lib. 6. Et potes colligere quòd de his, quæ de se infinita sunt, certa lex non potest constitui: cũ enim lex de se hẽat esse certa. ff. de iur. & fac. igno. l. in oĩ. 4. dist. erit autẽ. habentque principium & finem, vt in proœmio Digestorum §. sed quia solitum in fi. merito de hoc quod infinitum est, & sic incertum, non constituitur, nec infinitatem amplectitur. C. de sacrosan. eccl. l. vlt. extra de rescrip. c. cum in multis. lib. 6. Quod intellige iuxta talem breuem distinctionem: quia aut agiẽ de actibus concernentibus salutem animæ, puta laudare Deũ, & similia: & tunc infinitas probatur. 22. distin. c. sacrosancta. 36. dist c. si quid vult. C. de sum. tri. inter claras. in fi. de offi. præf. præto. l. quas gratias. aut de alijs: & tũc aut de inducentibus exceptionem: quo casu infinitas approbatur ff. de excep. do. l. pure. §. fin. C. de excep. l. si pactum insti. eo. tit. §. appellatur. aut de inducentibus obligationem: quo casu aut verba obligationis sunt de sui natura limitata infinitatem sapientia: & tunc infinitas approbatur. de vsufru. leg. l. cum quidam. & l. cũ ad hoc. de fideiuss. l. si stipulatus. aut non sunt de se infinitatem sapientia: siquidem certatur de obligatione nouiter inducenda, tũc infinitas reprobaẽ. ff. de damno infe. l. qui bona. §. vlti. & idem si tractetur de obligatione prius inducta post amplianda, etiam si verba obligationis sint de se flexibilia ad finitatem vel infinitatem. ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si quis.

Lex de infinitis constitui non pôt.

Infinitas an reprobetur.

l ¶ Contingit.] scilicet scientiam.

m ¶ Disciplinam.] idest doctrinam.

n ¶ Complectitur.] de arte probatur. ff. de leg. l. non possunt. de regula. idem. ff. de regu. iur. l. omnis definitio.

o ¶ In illis.] scilicet circunstantijs & accidentibus.

p ¶ Maioribus.] C. de offi. præfe. præt. vrb. l. studentibus. ff. de offi. rec. prouin. l. potioris. 95. distic. ecce. & c. esto subiectus extra de maio. & obed. solitæ. de cẽsi. omnis anima. vniuersitas enim alia ratione subsistere non posset, nisi magnus ordo distinctionis graduum eam seruaret. 89. dist. ad hoc.

q ¶ Obsequi.] idest seruire in suo gradu. 93. distinct. à subdiacono.

r ¶ Intendere.] idest obtemperare, vel obedire.

s ¶ In certis.] de quibus non est dubium quin in eis, si certa sunt quòd sint iusta, inferiores superioribus parere debeant extra de maior. & obed. cap. 1 & 2. & c. illud. 11. quæstio. 3. c. absit. de regu. iur. non possunt dolo.

t ¶ Dubijs.] scilicet an sint iusta vel non ob bonum obedientiæ. 23. q. 1 quid culpatur. extra de tẽpo. ord. c. ad aures. vbi de hoc. & plenius per Hosti. ff. de iud. si quis ex aliena si quis ius dicen non obtemp. l. 1. extra de appel. si duobus. de hoc scripsi extra de reg. iur. cap. quod quis mandato. lib. 6.

u ¶ Præsunt.] exponi potest, scilicet maiores: obediãt scilicet minores. Vel potest exponi, præsunt, scilicet minores artibus vel disciplinis.

x ¶ Quibus.] scilicet cũ q̃bus obediãt, vel obtẽperẽt.

a ¶ Illa

gulis ſingulis , quibus obtemperent diſciplinis , ut illarum [a] finis [b] egregius debitis [c] obſequentium [d] miniſterijs ſubſequatur: Sic iudicãs, cuncta [e] rimatur & diſcutit, leges caſibus [f] applicat , canonum decreta ſecernit [g] : ſic morbis aggrauatus medicum [h] , ſic virtus conſtans in medio ſapientem prudentemque [i] depoſcit : ne ſi quiſquã regatur ut [k] apperit , confeſtim corruat [l], vt [m] non quærit , neque taliter [n] conuiuentibus non [o] ordo , ſed horror inhabitet : adſit [p] (quod abſit [q]) diſcordia [r] : religans religio relegetur : ſententiæ nãque uariantur ut [s] capita , & creſcit in [t] ſtolidis opinionibus phãtaſia [u].

¶ Eodem [x] modo eiſdemque quodam modo rationibus inuitati [y] , cum præfatorum Miniſtrorum , vel Cuſtodum ſub certa forma : ſimul ſcilicet & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodijs , cum Guardiani & [z] duorum de conuentu [a] loci [b] diſcretorum [c] ſacerdotum [d] & antiquorum [e] in ordine Fratrum conſilio [f] & aſſenſu præfatus Clemens iudicio duxerit [g] relinquendum , an ſit multum credibile ex iam expertis [h] , quòd Fratres ipſi abſque granarijs & cellarijs [i] non poſſint uitæ neceſſaria inuenire [k] , quo [l]

a ¶ Illarum.] ſcilicet artium & diſciplinarum.
b ¶ Finis egregius.] ſcilicet aſſecutio ſalutis ęternæ, cum obedientia maior quàm victima cẽſeatur. extra de maiori. & obedien illud.
c ¶ Debitis.] ideo dicit forte debitis, quia ad indebita quis obſequi non tenetur, ut dixi ſup. in verbo , per omnia , uel dicit, debitis, ut denotet obſequia fore per minores ſuperioribus debita, vt s̃.
d ¶ Obſequentium.] ideſt obedientium
e ¶ Cuncta rimatur.] 32. diſt. iudicantem. extra de fide inſtru. cum Ioannes §. verum. C. de eden. l. is qui apud quem.
f ¶ Caſibus.] ſcilicet occurrẽtibus quotidianis. ff. de lib. leg. l. legaui. de uſuca. l. ſi iuſto.
g ¶ Secernit.] ideſt ſeorſum cernit , parat & inducit ad caſuum emergentium deciſionem.
h ¶ Medicum.] depoſcit, quod eſt infra, ad hoc in corpore authen hæc conſtitutio innouat. in prin. coll. 5. ff. de var. & extraord. l. medicus. extra de pænit. & remiſ. omnis. §. ſacerdos cum ſimilibus.
i ¶ Prudentemque.] cum diſcretione dicta aliarum uirtutum matre. 1. q. 5 p̃ſentium. extra de offic. cuſtod. c 1. de re iud. paſtoralis. §. verum. cle 5.
k ¶ Vt appatit] ſcilicet ſenſu proprio indiſcrete ducto. 35. diſt c ſi q̃s vult. 38. diſt in relatum. & argu. ff. de do. l. Aquil in procœmio Digeſtorum. §. hoc autem.
l ¶ Corruat] ſ. in totum uel in promptu periculũ incidat. C. de bo. quæ li l ult. §. filij autem iuxta illud : Vę ſoli, &c. extra de ſta mo. monachi 81. diſ c. in omnibus. extra de æta. & qual. cum ſit ars.
m ¶ Vt non quærit] nullus enim caſum ſui appetere præſumitur, ſed aſcenſum. extra de cle. non reſid. c. 1. 93. diſt. legimus C. de numera. & actu. l. & chartu. l. nulli. lib 12. quemadmodum ciui mune. indi. l. maiorib. lib 10.
n ¶ Taliter.] ſcilicet ut appetunt à ſua communitate diſcrepantibus.
o ¶ Non ordo] ad hoc in corpore auth. de hęre. & fal. §. inordinatum. coll. 1.
p ¶ Adſit.] ideſt præſens ſit.
q ¶ Quod abſit.] ſcilicet iuxta uotum noſtri ordinis.
r ¶ Diſcordia.] quæ de ſe pacis eſt æmula, mr̃ litium, materia iurgiorũ, ut in procœmio Decretalium. & hic adde quod dixi ſup. parte prima, in uerbo, unionem ſcindens.

Diſcor. dia é mr̃ litium.

ſ ¶ Vt capita.] iuxta illud: Quot capita tot ſnĩæ. de conſecr diſt 3. c. ſicut in ſacramentis. extra de conceſ. præb. quia diuerſitatem ff. de lib. vniuerſi. l. 2 de arbi. item ſi vnus § principaliter.
t ¶ In ſtolidis.] ideſt fatuis, vel capitaneis probabilitate non ſuffultis
u ¶ Phantaſia] exponi põt hoc verbum, ideſt, non uera, ſed falſa ſententia : non a ueris doctoribus , ſed a ſenſu capitaneo inducta. 24. q. vlt. c. hæreſis. & c. quid autem 11. q. 3 cap. ſummopere extra de conſti. cap ne innitaris.
x ¶ Eodem modo.] Quarta pars.
y ¶ Inuitati.] ideſt inducti, ut expoſui ſup. proxi. §.
z ¶ Et duorum.] non ergo unius ſolius, & ita trium ad minus debet expectari conſilium & aſſenſus in his quæ ſequuntur, ſcilicet, Guardiani & duorum de conuentu ſacerdotum.
a ¶ De conuentu.] non ergo aliunde, cũ illi melius præſumantur ſcire loci neceſſitatem quàm foranei. arg 93 diſ. illud. extra de elect. poſtquam ff. de quæſt. l de minore. §. tormenta.
b ¶ Loci] de cuius fratrum ſuſtentatione agitur.
c ¶ Diſcretorum.] arbitraria hæc conſideratio.
d ¶ Sacerdotum.] nõ videt̃ ergo ſufficere ab inferioris ordinis fratribus petere conſilium & aſſenſum, de quibus ſequitur, arg. extra de electio. nemo. lib. 6. aliàs videretur fruſtra appoſitum iſtud uerbum , contra 19. diſt. c. ſi Romanorum. de priui. ſi Papa. li. 6. ff. de uſur ſi ſtipulatus. de legi. l. & quando . Et hoc intellige ſi in conuentu ſint duo ſacerdotes diſcreti : aliàs videret̃ ſufficere expectare conſilium uel aſſenſum aliorum, attenta mente conſtitutionis uolentis neceſſitati fratrum loci prouidere. arg. ad hoc ff de condi. & demon. l in teſtamento. & argu eorum quæ no in ſimili per Inno & Hoſt. de elect. quia propter in ver. tres.
e ¶ Antiquorũ.] qua antiq̃tate? Dicas ꝙ arbitraria, cũ non ſit hic uel alibi ſuper hoc expreſſa, arg. ad hoc. ff. de leg 3. l. non aliter. in fi. cum ibi no. per inno. extra ut lit. non conteſt. quoniam. & quia hic non curatur de antiquitate ætatis , ſed temporis, quo illi ordinem sũt ingreſſi. arg. extra de maio. & obe c. ſtatuim', &c.
f ¶ Conſilio & aſſenſu] non ualet cõſilium niſi aſſenſus expectetur. argu. extra de offi. deleg. c. venerabili. & ſuper hoc uide ꝙ no. per Compoſt. de conſti. c. pen. & quod aliàs plenius dixi, ne ſe vac. c. 1. lib. 1.
g ¶ Duxerit relinquẽdum.] vt in dicta decre Exiui. §. rurſus.
h ¶ Ex iam expertis.] ſcilicet dudum retroactis tẽporibus, ex quib. aliquãdo præſumitur in futurum 14. quæſtio. 5 c. ſi apud ff. de re mili. l. non omnes. § a barbaris de accuſ. l ſi cui. § habendæ. extra de re iud. c. ſemel. li. 6. extra de præſumpt. mandata. & c. ſcribam. vbi de hoc. & plenius in ſumma Hoſt. eo ti. §. 2 ver. tertia diuiſio.
i ¶ Cellarijs.] in quibus bladum & uinum recolligunt.
k ¶ Inuenire.] quia forte ibidem non reperientur venalia, nec ſperantur prouenire ex eleemoſyna.
l ¶ Quo caſu.] ſcilicet ubi non poſſent aliter veriſimiliter uitæ neceſſaria inuenire.

a ¶ Continetur.] dicto cap. Exiui §. rursus.
b ¶ Sub eadem forma.] simul & separatim, & alijs s. proxi. expressis.
c ¶ Eo casu] scilicet proxi. expresso, idest, ubi non possent credibiliter vitæ necessaria inuenire.
d ¶ Qualiter] idest, per quem modum
e ¶ Vbi.] id est, in quo loco.
f ¶ Quando.] idest, quo tempore. arg. ad hoc extra de accus. qualiter.
g ¶ Granum.] non exprimit quod vel quale: & ideo de quocunque grano ad uitam necessario intelligendum uidetur. ff. de verbor. sign. l. frugem.
h ¶ Vinum.] sed nũquid alia quæ sunt ad uitæ sustentationem necessaria videtur hic permissa conseruari, puta pisces, casei, oua, & similia? Videtur quod sic: quasi in omnibus sit eadẽ ratio. Sed contra: quia hic certorum conseruandorum grani & uini, fit expressio, in non expressis aliud statuisse videtur arg. 25. dist. qualis. extra de præsumpt. nonne, ff. de iud. l. cum prætor. & in aliis regulã prohibitoriam confirmare. ff. de fun. instr. l. quæsitum. §. idem respondit domo. & argu. ad hoc dicta l. frugem. & licet sic tenere forte tutum uideretur: nam ubi aliquid gñaliter prohibetur, quod expresse nõ cõceditur intelligitur denegari, ut dicta decre. Exiui §. porro cõdictus. tamen propter idẽtitatem rõnis, quod prius dixi, satis est de iure rõnabile: & per textũ sequentẽ in prædictis, & similibus.
i ¶ Reponere.] conseruãda. quod statim sequitur.
k ¶ Præcipiendo mãdantes.] dicas hic ut dixi s. parte prox. in uer. mandantes.
l ¶ In prædictis.] idest, qualiter, ubi, qñ, quotiẽs granum, &c. ut sup proxi.
m ¶ Et his similib'.] puta oleo, caseo, pisci

† Nisi ista dictio addita fuisset, nouum [illegible] [illegible]

casu granaria & cellaria, congregationes & conseruationes huiusmodi eis ipse concessit, prout in prædictis eiusdem Clementis litteris plenius continetur [a]: Nos de prædictorum fratrum nostrorum consilio, eorundem Ministrorum & Custodum sub [b] eadem forma iudicio, præsentium auctoritate committimus determinare: uidelicet, arbitrari, atque præcipere eo [c] casu qualiter [d], ubi [e], & quando [f], & quotiens granum [g], panem & vinum [h] pro vitæ Fratrum necessarijs, Fratres ipsi quærere debeant, conseruare siue reponere [i], etiam si reponenda sint in prædictis granariis & cellarijs conseruanda: Statuentes & districte præcipiendo [k] mandantes, quòd in prædictis [l] & [m] his similibus eorundem arbitrium, determinationem siue iudicium Generalis quidem in totius, Prouincialium uero in prouinciarum, Ministrorum, ac Custodum simul & separatim administrationibus & custodijs ordinis memorati commissis eisdem, cum [n] Guardiani tamen (ut supra prædicitur) & duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum & antiquorum in ordine Fratrum consilio & assensu †, Fratres [o] omnes & singuli obsequi [p] omnimode [q], illisque parere per omnia teneantur: Ac insuper quòd illorum [r] sequendo arbitrium, determinationem siue iudicium, illisque parendo, nec dici possint uel debeant, neque ipsi seipsos autument suæ regulæ uel constitutionum sui ordinis transgressores [s]. Ideoque [t] omnes & singulos Fratres antedicti ordinis Minorum, qui strictos, curtos & difformes habitus ab ipsius Generalis Ministri & aliorum de dicta communitate habitus coram nobis, & fratribus nostris, & aliis in Romana curia detulerunt uel deferunt, monemus & hortamur in Domino eis nihilominus in uirtute sanctæ obedientiæ [u], & sub [x] excommunicationis pœna per Apostolica scripta mandantes, quatenus ad mandatum ipsius [y] Generalis deponant quos deferunt habitus, & aliis iuxta eiusdem generalis arbitrium, determinationem siue iudicium (ut supra prædicitur) induantur: Ipsique Generali in omnibus istis & aliis, & per omnia secundum beati Francisci regulam & prædictas prædecessorum nostrorum declarationes, concessiones & commissiones, in ipsis declarationibus comprehẽsas, & nostras contentas in præsentibus [z] humiliter obediãt,

bus, ouis, & similibus, & ista similitudo referatur ad talia.
n ¶ Cum Guardiani tamẽ.] hæc verba & sequẽtia determinate ponuntur, ut dixi sup. proxi.
o ¶ Fratres omnes.] scilicet vniuersi, ut differat à uerbo sequenti.
p ¶ Obsequi.] id est obedire.
q ¶ Omnimode.] hoc verbum & aliud quod sequitur, scilicet teneantur, necessitatem imponere uẽ, ut s. dixi.
r ¶ Illorum.] scilicet Ministrorum & Custodum, & uerba sequentia expone vt dixi s. proxi §. verbo, hac insuper.
s ¶ Transgressores.] hic dicas ut dixi sup. proxi. § in glo. necmirum.
t ¶ Ideoque.] scilicet parendo in præmissis iudicio superiorum, non sunt, nec possunt dici regulæ uel cõstitutionũ ordinis trãsgressores.
u ¶ Sanctæ obedientiæ.] hæc uerba contra transgressores dura sunt, vt sup. dixi.
x ¶ Sub excommunicationis pœna.] talia verba cõminationem, non sententiam inducunt, nisi aliter cõstaret de mente ipsa proferentis. argu. C. commina. epist. l. interlocutio, in corpore auth. de armis. §. hanc igit. cũ similib. cũ ibi not. coll. 6. & sic not. extra de simo. sicut. de sagit. c. 1. de iure pa. relatũ. & de hoc ẽt per Inn. extra qui matrimonium accusa. poss. cum in tua.
y ¶ Ipsius Generalis] nihil dicit hic de mãdato Ministrorum vel Custodum: quare vẽ quod depositio, de qua sequitur solũ habeat de necessitate fieri ad mãdatũ Generalis ministri: si enim de his idẽ voluisset, hoc vtique expressisset: quod cũ non fecit, pro omisso dẽt haberi. argu. extra de deci ad audientiã. C. de cadu. toll. l. 1. §. si autem deficientis. 2. quæstio. 5. consului. sti.
z ¶ In præsentibus.] scilicet literis.

a ¶ Vel

alij obligati cõsil. obseruare c. ne pro defectu. de elect. c. cũ olim de arbi. & cũ alteri cõsulẽs se non obliget. l. 2. in fi. ff. mãd. non est ẽt aliter adstrictus se qui in auth. iusiuran. quod pr. ab. §. & quĩ. coll. 2. nisi vbi lex iubet cõsil. sequi sicut hic, & l impuberib. ff. de suspe. tu. tunc n. licet muteẽ aliqñ persona cõsulẽs, nunq̃ tñ illa cuius cõsi requirẽdum est. Ias. l. si eum. §. qui iniuriarũ ff si qui cau. inin. Font.

a ¶ Vel appellationibus]repete non obstantibus.
b ¶ Quæ.] scilicet priuilegia, & alia supra proxi.numerata.
c ¶ Derogare.] in alijs ergo in quibus nō derogarent, in suo robore remanebūt: quia quod nō mutatur, &c. C. de testa. sancimus.

z ¶ Charitatis.] sine qua non est salus æterna.de pœn. dist.2.§.euidenter.& dist.3.si quis autem.
a ¶ Purificans.] scilicet quem ab omni peccati macula, si seruetur illæsa, vt sup.proxi. & ad hoc in corpore auth.de mona.in prin.col.1.

pareant, & intendant: non obstantibus quibuscunq; priuilegijs, indulgentijs, litteris, libertatibus, immunitatibus vel exemptionibus, eis vel alicui ipsorum à præfato Clemente concessis, vel appellationibus [a] ab eis vel ipsorum aliquo ad sedem Apostolicam interiectis, quæ [b] (inquantum possent derogare [c] præsentibus) viribus vacuamus [d]. Religio namque perimitur, si a meritoria subditi obedientia subtrahantur [e]: magna quidem paupertas [f], sed maior integritas [g] bonum est, obedientia maximum [h], si custodiatur illæsa: nam prima [i] rebus [k], secunda [l] carni, tertia [m] vero menti donatur & animo, quos [n] velut effrænes [o] & liberos [p] ditioni [q] alterius humilis iugo [r] propriæ [s] voluntatis adstringit. Ad hanc [t] itaque fratres prædicti non inuiti, sed [u] sponte redeant, hanc [x] velint & appetant, hanc magnis desiderijs concupiscant, illudque [y] votis canticorum † ingeminent, osculetur me osculo oris sui, charitatis [z] vtique & dilectionis religionis huius obedientia sancta purificans [a]: nam meliora sunt vbera [b] tua præceptorum [c] si quidem & consiliorum [d] quædam nutrientia [e] pocula, vino, vnguentis optimis, scilicet bonæ famæ [f] fragrantia suauitatis odorem [g]. Nec [h] formident hi ad obedientiam ordinis Deo auctore, dum redeunt: nam prælatos suos (vt firmiter speramus [i] eisque iniungimus [k]) sibi benignos & mites [l] inuenient, cæteros [m] dulces atque palpabiles [n], cum sint & esse debeant omnes & singuli fratres [o] in Christo, & clamitent [p]: Quis mihi det [q] te fratrem meum communi scilicet patre beato Francisco congenitum, suggentem vbera matris meæ, [r] religionis

de appel. præcipimus.
d ¶ Vacuamus.] hic not.principem ex causa reuocare priuilegia vel libertates concessas, cum & talia ex causa multiplici perdi possint.not.de deci.c.suggestum.
Priuilegia ex cā reuocari potest.
e ¶ Subtrahantur.] collige hic meritum religionis perimi in subdito si se ab obediētia subtrahat, & superiori præiudicium generatur: cui obediētia est præstanda, per subtractionum eiusdē vnde tanquam spoliatus ad eam restituitur licet aliàs electionem violentam non probet.de re iud.cap.suborta.vbi hoc no.per In no.& Host.
Religionis meritū perdit qui se ab obediētia subtrahit.
f ¶ Paupertas.] scilicet istorum ostenditur in rebus.
g ¶ Integritas.] scilicet in carne.
h ¶ Maximum.] in superlatiuo gradu quo ad mentem.
i ¶ Prima.] scilicet paupertas.
k ¶ Rebus.] donatur, quo est infra proxi.
l ¶ Secunda.] scilicet integritas. de qua scribitur: sola est possibilis animas Deo repræsentare.in corpore authen.de loco.§. sancimus.col.3.
m ¶ Tertia vero.] scilicet obedientia.
n ¶ Quos.] scilicet mentem & animum.
o ¶ Effrænes.] idest sine fræno & temperie.simile ff.de testa.l.1.§. fi. extra eo.tit.c.significauit,& c.cum causam.
p ¶ Liberos.] ab omni subiectione.
q ¶ Ditioni.] idest potestati vel imperio.extra de ele. quorundam.& c.si religiosus.lib.6. alibi autem verbū, ditio, exponitur pro iurisdictione.in corpore auth. de non eligen.secundo nuben.in fi.de fideius.in fi.col.1. in proœ.insti.§.1.
Ditio ē æquiuocū.
r ¶ Iugo.] id est subiectione simile 21.dist.cap.in memoriam.
s ¶ Propriæ.] scilicet spontaneæ, cui violentia non infertur.32.q.5.§.1 vnde scribitur, voluntarium sibi militem eligit Christus: voluntarium sibi seruum auctionatur diabolus.15.q.1.c.non est.
Voluntarius miles a Deo eligitur.
t ¶ Ad hanc.] scilicet obedientiam.
u x Sed sponte.] ne aliàs & rem & meritum perdant. d.§.ex his.
x ¶ Hanc.] scilicet obedientiam.
y ¶ Illudque.] scilicet quod legitur in Canticis.

b ¶ Vbera tua.] hoc alibi legit, quod dulcior est religiosa castigatio, quàm blanda remissio: & dulciora sunt amici vulnera, quàm voluntaria oscula inimici. 5. q. 5. omnis,& cap. non osculatur.
† Cant.1.
c ¶ Præceptorum.] de se necessitatem importantium.13.q.1 ca. quod præcipitur. extra de verbor. signific. cap. in his.
d ¶ Consiliorum.] liberam cuiusq; voluntatem excitantium.4. dist.c.vlt.14.q.1. quia ergo.& c.quisquis.
e ¶ Nutrientia.] scilicet animum.
f ¶ Bonæ famæ.] ad cuius cōseruationem quisque debet attendere, aliàs crudelis dicitur. 12. quæstio. 1. nolo.
Famā negligens crudelis est.
g ¶ Odorem.] bona ergo alicuius fama odorem bonum dare dicitur, cum sine virtute animi non subsistat. ad hoc extra de accusa.cap.licet. ff. de quæstio.l.de minore. §.tormenta.
h ¶ Nec formident.] Quinta pars & expone, formident, idest timeant, perhorrescāt ferocitatem vel sæuitiam prælatorum.
i ¶ Speramus.] nam de quocunque præsumēdum est bonum in dubio. extra de præsumpt.dudum, & ff. de leg. 2. cum qui dam.& l.cum pater.§ rogo.
Præsumitur bonū de quolibet.
k ¶ Iniungimus.] ex præcepto ergo tenentur superioris ad reddendum se mites & benignos.
l ¶ Et mites.] hoc dicit quia superioris nimia asperitatis increpatio, nec correctionem recipit nec salutē. 45.dist.cum beatus,& cap.disciplina.ff.ad leg. Aquil. l.numquam.
m ¶ Cæteros.] scilicet non prælatos, scilicet eiusdem ordinis fratres.
n ¶ Palpabiles.] id est, tractabiles per mutuam conuersationem, arg.ad hoc.C.de eroga. mili. annonæ. l.cum allegas.lib.12.
o ¶ Fratres in Christo.] in quo omnia vnum cōstituūt. in corpore auth.de mona.§.huic nobis,& §. ordinatione.in fi col.1.
p ¶ Clamitent.] id est clamando resonent.
q ¶ Det.] idest dare poterit.
r ¶ Matris meæ.] scilicet spiritualis; & sic mater religiosorum ipsa religio dicitur.

a ¶ Eius.] scilicet religionis, vel eius scilicet beati Frã cisci: & repete, suggentem.
b ¶ Velut, &c.] & repete iterum, suggentem: aliàs suggerentem.
c ¶ Pocula.] scilicet spiritualia. arg. 38. dist. ca. ignorantia. & cap. si iuxta.
d ¶ Foris ab eiusdem obseruantijs.] id est extra eiusdem obseruantias.
e ¶ Me.] s. propter te.
f ¶ Immo.] hoc verbum frequenter correctiue ponit. ff. de manu testa. l. Stichus. de hære. insti. l. si ita scriptum. de pœnit. dist. 2. qui dicit. 1. q. 1. opponitur. extra vt lit. non contest. accedens. qñq; sumitur pro vt C. de nouo Cod. fac. §. quibus. qñq; pro vel. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. § œconomus de hoc dixi cap. Execrabilis.

Immo multifariã sumitur.

g ¶ Despiciat.] idest spernat vel contẽnat.
h ¶ Profecto.] id est certe.
i ¶ Foris.] idest extra obseruantias communes religionum.
K ¶ At si.] aliàs quasi, pro tanquam.
l ¶ Desides.] idest à sua cõitate discordes.
m ¶ Despexerant.] id est spreuerant vel contempserant.
n ¶ Internæ.] idest intrinsecæ & mentalis.
o ¶ Conformis obseruantiæ.] quasi dicat à sua cõitate non discrepantis: sed eidem se aptãtis, vt dixi sup. in §. quapropter.
p ¶ Efferet.] id est extollet, quia discrepantes ad communitatem ordinis sunt reuersi. Zenzelinus.

Diuisio textualis.

Q Via nõnunquã.] Ista constitutio diuisibilis est in partes quinq;. In prima, harẽga quædam siue Papalis excusatio præmittitur. In secunda cõstitutionis Nicolai Papæ iij. aliàs iiij. recitatio subiũgitur. ibi, Sane dudũ. In tertia, ipsa cõstitutio annectitur: ibi, Nos autẽ, &c. In quarta, quæ dã certa facta protestatio subsequitur. ibi, per suspensionem, &c. In quinta, q̃ præsens cõstitutio publice patere debeat, facta pollicitatio subinfertur: ibi, Ne autem in posterum, &c.

Affirmatiuã dupli cata negatio ponit.

q ¶ Nonnunquam.] idest quando que, vt duplicata negatio pro vna affirmatione exponatur, plene dixi in c. cum inter nonnullos.
r ¶ Coniectura.] idest probabilis humanæ naturæ præsumptio.
s ¶ Experientia.] scilicet facta, quę dicitur via rerum efficax. extra de elect. q̃ sit. in 6. C. de Iusti Cod. confir. circa si. primæ colum. in corpore auth. quib mo. na. effi. sui §. illud tamen. col. 7.

vtiq; & professionis eius[a] velut[b] matris contemplationis & electionis suauia & dulcia pocula[c], ut inueniam te foris[d] ab eiusdem obseruantijs quodã modo disparem, & deosculer blande, uidelicet intra charitatis uiscera te complexus: & iam me[e], immo[f] & te nemo despiciat[g], profecto[h] quos foris[i] positos multi ac si[k] diuisos & desides[l] fortasse despexerant[m], intus, puta intra dilectionis internæ[n] præcordia & conformis[o] obseruantię claustra repositos, iam nemo despiciat, sed suscipientes eosdẽ dulcedine quisque digne laudibus efferet[p] & susceptos. ¶ Nulli ergo, &c.

¶ Premisso qualiter glossantes decretalem, Exijt qui seminat. eo. tit. lib. 6. excommunicationem ipso facto non obstantibus quibuscunque priuilegijs incurrunt, illam excommunicationem vsque ad sedis Apostolicæ beneplacitum suspendit: Et per istam suspensionem contra Fratres Minores obloquendi non intendit tribuere occasionem.

CAP. II.

Q Via nonnunquam[q] quod coniectura[r] profuturum credidit, subsequens experientia[s] nociuum[t] ostendit: non dẽt reprehensibile iudicari[u], si canonum[x] conditor[y] canones à se uel suis prædecessoribus editos[z], uel aliqua in eisdem contenta canonibus[a] reuocare[b] modificare[c] uel suspendere[d] studeat †, si ea obesse[e] potius uiderit quàm prodesse. ¶ Sane[f] dudum felicis[g] recordationis Nicolaus Papa iiij. prædecessor noster quandam constitutionem declaratiuam quæ incipit? Exijt. super regula dilectorum filiorum Fratrum ordinis Minorum, quam beatus Franciscus almus confessor instituit; promulgauit[h]: sub[i] certis pęnis arctius[k] interdicens[l], ne concordantiæ[m], contrarieta-

t ¶ Nociuum ostẽdit.] iuxta hoc alibi scribitur, quod credebat coniectura prodesse, experimento inuenitur inutile. iu corpore authen. hæc constitutio inno. consti. col. 8. in prin. & exhinc fuit sumptum quod hic dicitur.
u ¶ Iudicari.] simile extra de consangui. & affi. c. non debet.
x ¶ Canonum.] scilicet generaliter omnes adstringentium, & ab omnibus habentium obseruari. extra de consti. cap. 1. C. de leg. l. leges sacratissimæ.
y ¶ Condiror.] qualis est Papa.
z ¶ Editos.] quos non debet erubescere ex causa penitus etiam tollere: non enim erubescimus si quid melius etiam horum quę ipsi prius diximus, adinueniamus, hæc sancire: & competentem prioribus imponere correctionem: nec expectare ab alijs corrigi legem. in corpore authen. de nup. §. nos autem. col. 4. nec debet pudere principem suum errorem corrigere, qui præpositus est ad aliorum corrigendos errores. extra de accusa c. qualiter. de re iudi. cum olim. 35. quæst. 9. cap. sententiam.

† Vide notaui in cap. alma mater. de sent. exc. li. 6. Fonte.

a ¶ Canonibus.] idest & alios canones.
b ¶ Reuocare.] scilicet in totum.
c ¶ Modificare.] idest, temperare & limitare. potest dari exemplum per c. dudum. de iudi. Clem. Papa v.
d ¶ Suspendere.] quo ad effectum, vt aliquem non ligent, vt infra patebit.
e ¶ Obesse.] idest, nocere, vel ad noxam seu damnum tendere. de rescrip. statutum. de except. pia. lib. 6.
f ¶ Sane.] Secunda pars.
g ¶ Felicis.] simile de pœnis, cap. felicis. li. 6.
h ¶ Promulgauit.] quæ per Bonifacium Papam viij. reposita fuit sub titulo de verborum significatione, lib. 6.
i ¶ Sub certis pœnis.] quæ colliguntur ex d. cap. Exijt. § cum igitur.
k ¶ Arctius.] id est arcte.
l ¶ Interdicens.] eius interdictum antea seruabatur. & merito: quod enim princeps Ecclesiæ interdicit, reputare deberet omnis sibi penitus interdictum. 93. dis. miratus, sicut & eius præceptum ab omnibus est seruandum 11. distin. præceptis. & cap non decet. 19. dist. in memoriam.
m ¶ Concordantiæ.] scilicet iurium aliorum.

a ¶ Con.

tes [a], seu aduersæ uel diuersæ opiniones [b] ab ipsius constitutionis lectoribus [c] seu expositoribus aliquatenus inducantur, nec super constitutione glossæ fiant ab aliquibus, nisi forsan per [d] quas uerbum [e] uel sensus ipsius [f], uel ipsa constitutio quasi grammaticaliter [g] & ad [h] litterã exponatur: nec intellectus ipsius [i] per legẽtem distorqueatur [k] ad aliud, quam constitutionis eiusdem littera [l] ipsa sonat: glossantes autem in [m] scriptis constitutionem eandem aliter quàm superius est expressum [n], facientes quoque commenta, scripturas seu libros, & ex [o] certa scientia & deliberatione determinãtes in [p] scholis, seu prædicantes [q] contra contenta in constitutione prædicta uel, aliqua seu ali- (10) quod prædictorũ [r] (non obstantibus [s] aliquibus priuilegijs seu indulgentijs, aut litteris Apostolicis, quibuscunque personis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religiosis uel sæcularibus generaliter uel sin- (20) gulariter sub quacunque forma uel expressione verborum concessis: quæ noluit aliquibus in prædictis quomodolibet suffragari) ipso [t] facto excommuni- (30) cationis [u] sententiæ uoluit [x] subiacere [y].

¶ Nos [z] autem attendentes quòd argumentis [a] frequenter & collationibus latens ueritas aperitur [b] †, quodque sub eadem littera (40) sæpe latet multiplex [c] intellectus, necnon [d] esse difficile uolentibus constitutionem prædictam perfecte [e] legere

a ¶ Contrarietates] quæ in iure reperiri non debent. C. de ve. iur. enuc. l. tãta §. contrarium. & in proxi. decret. §. sane. & ibi not.

b ¶ Opiniones] quia frequẽter quot capita tot snĩæ. de consecr. distin. 4. c. sicut in sacros. ff. de arb. l. item si unus. §. principaliter. & diuersitatem corporum, &c. extra de conces. præb. quia diuersitatem.

Quot capita tot sensus.

c ¶ Lectoribus] lector volens audientibus proficere, se talẽ exhibere deberet, ut pro ingenio addiscẽtium semetipsum possit adaptare, & uerbi sui ordinem pro audientium capacitate dirigere. 8. q. 1. c. oportet. qui enim ea docet quæ ab audientibus non ualent intelligi, non eorum vtilitatem, sed sui ostentationem facit. 44. dist. c. pariter. Quę autem & qualia in promouendo ad honorem doctoratus exposcantur: & quibus gaudet ð iure priuilegijs doctor factus: & quot nominibus nuncupatur, vide [1] si placet quod super his plane notaui extra de mag. ca. cum sit nimis. super uerbo, honorem. clem. 5.

Lector pro ingenio audiẽtiũ se adaptet.

1 Vide et tu q notaui in procœmio Sexti, in glo. doctorib. ob. adde Butto. in procœmio Cle. Fon.

d ¶ Per quas.] si habes, quos, expone, scilicet lectores uel expositores: si habes, quas: expone, scilicet glossas.

e ¶ Verbum.] forte in sui itellectu obscurũ.

f ¶ Ipsius] scilicet constitutionis.

g ¶ Grãmaticaliter.] vt forte recte loquendi vsũ habeat [2], & inter falsa & uera dijudicet. 37. dist. c. si quis grammaticam.

2 Addo tibi l. Plautius ff. de auro & argen. lega.

h ¶ Ad litteram exponatͬ.] ad rudium animos informandos. insti. de iusti. & iure §. hic igitur.

i ¶ Ipsius] scilicet constitutionis.

k ¶ Distorqueatur.] idest, per quãdam violentiam inducatur seu applicetur ad iactationem sciẽtię, vt plus scire uideatur. 47 dist. §. pariter. in fi. & talis distortio fuit signanter inhibita [3]: quia multorum pios aĩos innoluere, & ab ingressu religionis Minorum corda posset subtrahere, ut in c. Exijt. §. cum igitur.

3 Addo l. f. ff. ad exhib. Font.

l ¶ Littera ipsa sonat.] sana intellige mente & sensu seruatis nõ contritis: non enim sic est cortici litteræ inhærendũ, ut mẽs uel sensus aliquatenus confundãtur [4]. extra de iure iur. c. Romani. §. verum. cle. 5. ff. q petant tut. l. credendum. de iur. pa. l. adigere. § q̃uis. de excus. tut. l. scire. §. aliter.

4 Ca. Marcõ & Barbatus in ... glo. l. nõ dubiũ C. de leg.

m ¶ In scriptis] puta commenta super ista constitutione faciendo.

n ¶ Expssum.] s. quasi grammaticaliter exponendo.

o ¶ Ex certa sciẽtia] secus ergo si p errorem: errantis enim nullus est cõsensus. ff. de iudi. l. consensisse. de iurisdictio omn. iud. l. si per errorem. quare scriptum est. Sciẽtiam non ignorantiam uolumus obligari. C. de tabu. l. generali. lib. 10.

p ¶ In scholis.] & sic in publico, forte disputationis vel repetitionis tempore: hoc enim exposcebat dicta decre. Exijt. §. cum igitur.

q ¶ Prædicantes.] puta in sermonibus clero potissime faciendis.

r ¶ Prædictorum.] scilicet, ꝙ concordantiæ, vel cõtrarietates, vel oppositiones essẽt inducendæ. & sume hic illa uerba, ipso facto excommunicationis, &c. q̃ sunt infra.

s ¶ Non obstantibus.] istam clausulam tu curiose lector in multis potes decretalibus reperire: sed super ipsa uide quod not. in decreta. suscepti.

t ¶ Ipso facto.] & sic erat ipsa constitutio in hoc canõ latæ sententiæ: nihilominus tamen sub pœna officij & beneficij prohibita fuerunt præmissa fieri, ut dicto cap. Exijt. §. cum igitur, sed in hoc fuit cõminatiua, non sententiæ priuatorię inductiua. argum. extra de celeb. Missa. dolentes. cum ibi not. & infra etiam innuitur.

u ¶ Excommunicationis.] scilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur. de sentent. excommu. c. si quem.

x ¶ Voluit.] scilicet ipse Nicolaus iij. aliàs 4.

y ¶ Subiacere.] quam sententiam a nemine tolli uoluit, nisi a Romano Põtifice, uti dicto c. Exijt. §. cum igitur. circa finem.

† De vtilitate disputationis oĩno vide syluãnuptialẽ Ioã. de Neuizan. in princ. Font.

(50) z ¶ Nos autem] Tertia pars.

a ¶ Argumentis] quę frequẽter ex iuribus canonicis & ciuilibus inducuntͬ. ff. de lega. 1. nõ possunt. extra de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta.

b ¶ Aperitͬ.] iuxta hoc alibi legitur, ꝙ notando & disputãdo bene & optima ratione aliqua discernuntur. ff. de mune. & hon. l. munerum 2. §. mista Et de aduocatis scribitͬ ꝙ citimi faciũt ambigua facta cãsarũ suæ gloriosę vocis munimine. C. de adno. diuer. iud. l. ad uocati. Sed q̃ras a me qualiter p collationes habitas latens ueritas aperitur? Rñdeo quia frequenter reue- (60) latur minori quod maior nescit [5]. 9 5. dist. esto subiectus. C de offi. recto prouin. l. potioris. quod in collatione uerbum prolatum frequenter aliorũ snĩa tamq̃ subtiliori rationi subnixum ad se trahitur. ff. de arb. l. si in tres. & arg de cõdi. ob causam. l. dedit. §. si quis de iurep. l. diui. fratres. C. de his q̃ in test. delen. l. pxi.

5 Addo tibi l. j §. sã neq; C. ð vete. iure enu. quẽ tex. Bart. ꝯsil. 1. col. 19. li. 3. dicit aureũ. facit gl & ibi doc c. ad nostrã de cõsue. Font.

c ¶ Multiplex intellectus.] idem enim sermo multas significationes uel snĩas frequẽter exprimit. ff. de ver. obligationibus. l. quotiens in stipulationibus. de rebus dubiis l. quoties. de reg. iur. in quib. reperies multa iura allegata, p q̃ poteris exẽpla ponere.

d ¶ Necnon.] repete attendentes.

e ¶ Perfecte.] idest cum perfecto & completo intel-

lectu legere. lectura quidē perfecta dici non meretur, nisi diligentissima atq. exactissima legentis interpretatione singula tradant. Instit de iusti. & iure. §. his igitur. C. de profes. qui in vrb. l. 1. lib. 11.

a ¶ Ac intelligere] parum enim prodest legere, nisi adesset intelligere. 11. q. 3. c. eorum 39. dist. c. sciēdum. ff. de verb. signifi. l. coram. iuxta illud: Legere & non intelligere, negligere est. argum. de celeb. Miss. c. dolētes. in corpore auth. de q §. hęc omnia. & præcep. coll. 6.

b ¶ Deuitare.] cum à uero & perfecto intellectu, qui sine diligenti & exacta interpretatione haberi nō potest, ut prædixi: habent tales desistere, uel pœnas præmissas incurrere.

Veritas ē inuestigā da.

c ¶ Volentes.] ad inuestigandam enim ueritatis fidem quicunq; præsidēs anhelare debet. C. de edē. l. 2. 20. q. 5. c. iudicantem. extra de fide instru. cum Ioannes. cum illi comperte cedere habeat opinio. 8. dist. c. veritate. ff. q̄do act. de pecu. est annalis. l. quæsitū. aliàs est ibi §. sub l. 1.

d ¶ Periculis] scilicet sententiarum, & comminationum.

e ¶ Prædictis.] scilicet quæ interdicta erant per decr. Exijt. §. cum igitur.

f ¶ Pręcipue scholasticæ.] de illis præcipue dicit, quia illi prę aliis arguere & conferre consueuerunt ad instar diligentis uenatoris cuncta rimari uolentis, nec transitorio studio uti uolētes. in corpore auth. de quęst. §. illud. & §. hæc omnia coll 6.

g ¶ Suborta sint] scilicet super intellectu dict. decre. Exijt. vt patet per decre. Exiui de paradiso. clem. 5. & patet in extrauag. dñi Ioannis. quarum una incipit: Ad conditorem. alia vero: Quia quorundam.

h ¶ Periclitari.] idest, periculum pati.

i ¶ Veritas] de qua legitur ꝙ sępius exagitata magis splēdescit in lucem. 35. q 9. c. graue. disquisito de singulis, cum non possit ad ueritatem aliter pueniri. 33. q. vlt. occidit. ff. de quæst. l. de minore. §. tormenta. de pœnis l. aut facta. extra de testi. cum causam.

k ¶ Erroribus via pandi.] ꝑcludenda est, siue loquaris de errorib. contra fidem 24. q. vlt. c. quid autē iniquius. siue de erroribus ꝯ ius scriptū. in proœmio Digestorum. § hęc autem omnia de iusti. & iure. l. 1.

l ¶ Conferre] idest, collationem habere.

m ¶ Huiusmodi] scilicet Nicolai 3.

n ¶ Disputare] cum disputando & conferendo latens veritas illucescat, ut supra.

o Prędictas] quę supra parte proxi. colliguntur.

p ¶ Comminatas] ex hoc collige, ꝙ vbi in aliqua cōstitutione aliq̄d fieri prohibetur simpliciter sub certa pœna, cōtrafaciens, pœnam illam non incurrit: cum per talia uerba non inducatur sententia, sed solū fiat comminatio, ut dixi in parte ꝓcedenti in uerbo, ipso facto. de hoc habes extra de simo. sicut. de saggita. c. 1. C. commina. episto. l. interlocutio. in corpore auth. de armis circa medium. coll. 6.

q ¶ Fratrum nostrorum.] hic potes recitate quod super hac clausula dixi in cap. Execrabilis.

r ¶ Sedis Apostolicæ beneplacitum.] quod numquam extinguitur donec cōtrarium constet, cum omni tempore sedes duret, licet secus sit in beneplacito personæ. arg. in corpore auth. quomodo oport. epi. §. licentiam. coll. 1. extra de rescri. cap. si gratiose. lib. 6. 1. ff. loca l. 3.

r Vide ¶ ibi nota. ui. Font.

s ¶ Suspendendas.] talis facta per papam suspensio tollit effectum sententiarum, ut tunc aliquem nō ligent: nec etiam contra faciētem pœnam aliquam incurre faciunt. Quid autem de suspensione facta per alium de sententia excommunicationis uel interdicti: vide quod sup his notari consueuit de ap. pell. dilectis filijs.

t ¶ Per suspensionem autē.] Quarta pars.

u ¶ Huiusmodi.] scilicet factā de ꝓhibitionibus & sententijs latis & ꝯminatis & ipsarum effectbus.

---

ac [a] intelligere, pœnas adiectas in constitutione huiusmodi deuitare [b]: viam veritatis aperire uolentes [c], & periculis [d], quæ ex prędictis [e] possent litteratæ personę præcipue [f] scholasticæ incurrere, salubriter obuiare, præsertim cum de nouo suborta [g] sint aliqua dubia, circa quæ posset periclitari [h] ueritas [i], & erroribus [k] via pandi, nisi liceret conferre [l] super contentis in constitutione huiusmodi [m] & disputare [n]: prohibitiones & pœnas prædictas [o] tam latas, quàm comminatas [p] & earum effectus, in fratrum nostrorum [q] ac multorum archiepiscoporum, episcoporum & aliorum prælatorum, necnon multorum professorum utriusque iuris, & multorum sacræ Theologiæ magistrorum præsentia, dum consistorium teneremus, auctoritate Apostolica duximus vsque ad sedis [r] Apostolicæ beneplacitum suspendendas [s]. Per suspensionem [t] autem huiusmodi [u] nequaquam licentiam cuiquam intendimus impertiri [x], quod contra Fratrum regulam prædictorum [y] dogmatizare [z], scribere [a] seu determinare [b], prædicare [c] seu praue [d] loqui liceat publice uel occulte: quinimmo [e] hæc omnibus & singulis auctoritate prædicta [f] districtius inhibemus [g].

¶ Ne [h] autem in posterum præmissarum prohibitionum & pœnarum suspensio in [i] dubium reuocari ualeat, aut alicui propter defectum probationis [k] impingi [l], quod uelut transgressor prohibitionum [m]

---

x ¶ Impertiri] idest, concedere.

y ¶ Prędictorum] scilicet Minorum.

z ¶ Dogmatizare] idest, falsam doctrinam condere: dogma enim consistit in uera doctrina. de cōsecr. dist. 5. c. ulti no. 3. c. 1.

a ¶ Scribere] idest in scriptis redigere.

b ¶ Determinare.] puta in cathedra, uel in scholis.

c ¶ Prædicare.] in sermonibus.

d ¶ Praue loqui] idest, male uel subdole. arg. C. de postu. l. quisquis.

e ¶ Quinimmo.] simile de rescri. c. tibi. li. 6. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimmo. & dic super hoc ut dixi in c. Execrabilis.

f ¶ Prædicta.) scilicet Apostolica.

g ¶ Inhibemus.) talis inhibitio ꝯrium faciētib. pęnā infligi facit. extra de ꝯsti. cognoscentes. 4. dist. §. vlti.

h ¶ Ne autem.) Quinta pars.

i ¶ In dubiū reuocari ualeat.) scilicet an sit facta.

k ¶ Probationis.) cuius facultas non arctanda, sed laxanda est. C de hære. l quoniam cognouimus. de reb. cred. l. generaliter. ff de testi. curent.

l ¶ Impingi.) idest, imponi uel imputari. & repete, ualeat

m ¶ Prohibitionum ipsarum.) scilicet factarum constitutione Nicolai 3. aliàs 4.

a ¶ Ante.

ipsarum in pœnam seu pœnas inciderit antedictas [a]: Nos volentes super hoc de opportuno remedio prouidere, chartas [b] seu membranas [c] suspensionem continentes eandem [d], appendi seu affigi in maioris [e] Ecclesiæ Auinioñ. ostijs seu superliminaribus faciemus, quæ [f] suspensionem prædictam suo quasi sonoro [g] præconio & patenti iudicio publicabunt [h]. Datum Auinioñ. viij. Calend. Aprilis. anno sexto.

¶ *Dominium rerum, quę perueniebant ad Fratres Minores retentũ ab Ecclesia Romana, simplici vsu facti Fratribus ipsis reseruato in c. Exijt qui seminat. eo. tit. lib. 6. summus Pōtifex refutat multiplici ratione probãs eos non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti: & statuit, quòd de cętero nullũ ius, nullumq; dominium habeat Ecclesia Romana in huiusmodi rebus, quæ in posterum conferentur uel offerẽtur ipsis Fratribus. Hæc extrauagans est mul:ũ iuridica, & subtilis in plerisque locis, præsertim vbi probat vsum simplicẽ nõ posse constitui in rebus vsu consumptibilibus.*

CAP. III.

AD conditorem [i] canonum non est dubium pertinere [k], cum statuta à se vel prædecessoribus suis edita obesse [l] percipit potius [m] quàm prodesse, ne vlterius obesse [n] valeant prouidere [o].

Dudum [p] siquidem felicis [q] recordationis Nicolaus iiij. prædecessor noster attente prospiciens in almi confessoris beati videlicet Franscisci regula contineri, quòd nihil sibi approprient, neque domum [r], neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores: ac considerans diligenter, quòd per piæ recordationis Gregorium Papam ix. & nonnullos alios prędecessores eiusdem fuerat [s] declaratũ, hoc [t] debere seruari tam in speciali, quàm in communi [u], necnon & consideranter attendens nonnullos Fratribus ipsis detrahere [x], impin-

a ¶Antedictas.] supr. in parte secunda, & d. ca. Exijt. §. cum igitur.

b ¶Chartas.] simile. ff. de bo. pos. secundum tab. l. char.

c ¶Membranas.] quia de membris & pellibus animalium factas. simile. 19. dist. c. si Romanorum.

d ¶Eadẽ.] quæ tollit effectum, & ligamen sñiarum ut prædixi.

e ¶Maioris Ecclesiæ.] idest cathedralis, quæ maior debet omnibus alijs ecclesijs reputari cum illis omissis possint per ipsarum parochianos in eadem ecclesiastica recipi sacramenta. extr. de off. archid. c. officium. & argu. 50. dist. c. in capite.

f ¶Quæ.] s. chartę uel membranæ.

g ¶Sonoro p̃conio.] similia uerba reperies in c. si fratrũ. & super his & sequẽtibus uerbis dic, ut ibi dixi.

h ¶Publicabunt.] ut extũc probabilis ignorantia non ualeat allegari. 16 dist. c. quod dicitis. extra de postula. prælator. ad hæc. de Iudæ. ca in nonnullis. ff. de instit. act. l. sed & si quis. §. præscribere. Zenzelinus.

AD conditorem.] ¶Præsens constitutio diuidi potest in partes nouem. In prima cõstitutionis prę mittitur ratio. In secũda constitutionis Papæ Nicolai subiungitur recitatio: ibi, Dudum siquidem, &c. In tertia annectitur eiusdẽ cõstitutionis Nicolai incommodę pro tẽpore multiplex impugnatio: ibi, in §. Quã, quam autem. In quarta, simplicis vsus facti in rebus consumptibilibus reprobatio: ibi, in §. Quod autem. In quinta ad quoddam obiectum datur rñsio: ibi in d. §. Nec obuiat supradictis. In sexta q̃ in rebus consumptibilibus non sit dare simplicẽ facti usũ, fit multiplex inductio; ibi, in §. Licet aũt in rebus. In septima cõstitutionis Nicolai inducitur im p̃priatio: ibi, in §. Rursus nedum. In octaua subinferẽ ipsa cõstitutio: ibi, Nos itaq;, qui ueritatem. In nona fit certa q̃dã p̃testatio: ibi, circa finẽ, Per hoc aũt, &c.

Diuisio textus in nouem partes.

Cano. ge. neralis a Papa conditur.

i ¶Ad conditorem canonum.] qualis est Papa, qui solus generales canones cõdere potest. 28. dist. c. regula. cum multis c. seqq. sic & solus Imperator legem generalem condere potest. l. C. de leg. l. & ult.

k ¶Pertinere.] eius enim est sua uel antecessorum statuta in melius reformare. de rescri. c. statutum. de sent. excom. c. alma. lib. 6. de re iud. cum olim.

l ¶Obesse.] idest, nocere.

m ¶Potius quàm prodesse.] hoc frequenter contingit ex uariatione personarum, causarum, temporum, & locorum. 19 dist. c. sciendum. 61. dist §. his omnibus. 35. q. 9. c sententiam. extr. de consangui. & affin. c. non debet. in corpore auth. de nup. § nos autem coll. 4.

n ¶ Obesse ualeant.] pręcauenda igitur sunt futura in malũ. ut hic 60 distinction. cum Hadrianus. 27 distinct in nomine Domini. extra de seruis nõ ord. c. 1. ff. loca. l. si quis domum. §. 1. ad Trebel. l. Lucius. §. penult. de dam. infec. l. qui bona §. cum prætor.

o ¶Prouidere.] concor. ad hoc in corpore authẽ. de nupt. §. 1. coll. 4. 22. q. 2. cap. magnę. sic enim est in cęlesti hierarchia, quæ suã ex causa reperiẽ sñiam immutasse. eadem causa & q ca. incommutabili. & ca. vnusquisque.

p ¶Dudum.] Secunda pars.

q ¶Felicis.] simile de cẽsibus, felicis. lib. 6.

r ¶ Neque domum.] quæ indefinite sub inuolucro denotauerat per uerbum, nihil, hic magis specificate declarat, aliàs uideretur hic una negatio superflua: super quo uide quod not. in decret. cum inter nonnullos. in 2 gl.

s ¶ Fuerat declaratum.] non dicit, ubi: & sic not. argum. pro indeterminata allegatione, quòd sit admittenda. adhoc de cohabi. cleri. & mulie. c. uestra. qui filij sint legiti. per uenerabilem. §. ult. de uita & honest. cleric cum ab omni. C. de summa tri. l. 1. & in epistola, inter claras. per Hostien. de seruis non ordi. cap. consuluit. & per Petrum de Samp. d. c. uestra.

allegatio indeterminata ẽ admittẽda.

t ¶Hoc.] scilicet quòd professores ordinis sancti Frãcisci nihil sibi approprient.

u ¶In communi.] super hoc uerbo & præcedenti dic ut dixi in c. cum inter nõnullos. sup eisdem uerbis.

x ¶Detrahere.] & male detrahentem enim proximo Deus persequitur. 23. q. 4. qui peccat nam una species homicidij est proximo detrahere: nam quantum in detractore est, priuat animã proximi (quę melior est pars hominis) omni uirtute, per quã anima uiuit. Detrahere enim est, bona, quæ alicui a Deo collata sunt, negare uel inuertere. argu. ff de iniur. l. item apud. §. hoc autem fere. de pęnit. distinct. 1. cap. homicidiorũ. & ibi not.

Qualiter homicidium cõmittere dicatur, q̃ proximo detrahit.

a ¶ Impingentes.] id est imponentes
b ¶ Declarationes huiusmodi.] scilicet factas per Gregorium & suos prædecessores.
c ¶ Oblatrantium.] id est obloquentium in malum.
d ¶ Claudere.] ne alias ex hoc contra ipsos fratres insurgat infamia.

bus. ff. de re iud. l. à diuo Pio. hoc ideo est, ne impediatur executio sententiæ, quæ prõpta debet esse, ne alias lites ex litibus oriri contingat: quod esset si contra debitores condemnati agi primitus oporteret. arg. de trãsactio. l. fratris.

Executio snīæ prõpta debet esse.

gentes [a] eisdem, quòd regulam & declarationes [b] huiusmodi non obseruabant, pieque considerans ora contra præmissos fratres oblatrantium [c] claudere [d], ac professorum [e] ipsorum conscientijs [f] prouidere, inter alia ordinauit & sanxit [g], omnium vtensilium [h] & librorum [i], rerumque mobilium [k], & præsentium, & etiam futurorum, ecclesiarum quoque & oratoriorum, ac cœmeteriorum, tam præsentium, quam etiam futurorum, necnon & aliarum emptarum & eleemosynis diuinis oblatarum seu concessarum dictis Fratribus (in quibus tamen offerentes seu concedentes ipsa, nihil in ipsis sibi ducerent reseruandum [l]) proprietatem & dominium plene [m] ac libere [n] ad se & Romanam Ecclesiam pertinere, ipsa [o] in [p] se recipiens, ac antedictam [q] Ecclesiam, simplici [r] vsu facti duntaxat in rebus & bonis huiusmodi reseruato Fratribus antedictis. Et quia nonnunquam [s] libros & alia mobilia supradicta vendi [t] expedit, seu etiam commutari: Fratribus ipsis in eadem ordinatione concessit [u], vt res [x] ipsas cum rebus alijs, quarum vsum habere [y] licet ipsis Fratribus (dummodo Generalis & Prouincialium Ministrorum coniunctim vel diuisim [z] auctoritas intercederet) possent libere commutare. Sed & quia Fratribus ipsis pecuniam per se, vel per alium recipere ipsorum regula districtius interdicit, voluit & concessit [a], quòd si vendi contingeret res mobiles antedictas prætio [b] æstimatio, quod huiusmodi pretium per procuratorem deberet recipi à præfata sede vel Cardinali gubernatore [c] eiusdem ordinis deputandum, per procuratorem eundem in rem licitam, cuius vsus ei et permissus eiusdem ordinis Fratribus expendendum: hoc [d] adiecto

e ¶ Professorum ipsorum.] scilicet religionis sancti Francisci.
f ¶ Conscientijs.] quas forte scrupulosas habeant semper habendo proprium.
g ¶ Et sanxit.] scilicet Nicolaus iij. aliàs iiij. extra de verb. sig. Exijt. § ad hæc cum fratres.
h ¶ Vtensilium.] id est, paratorum ad vsum. arg. ff. de supell. leg. l. 3. de leg. 3. hoc legatum.
i ¶ Librorum.] quid librorum appellatione comprehendatur, colligitur. ff. de leg. 3. librorum.
K ¶ Mobilium.] vel se mouentium, quæ idem censetur. ff. de verb. signific. l. mouentium. iuxta quod ibidem per glossam quæritur, an nomina vel actiones nomine immobilium comprehendantur. Et primo sentire videturq; sic, tũ quia moueri non possunt: tum quia post alia immobilia fit in eis sententię executio: post tamen sentit qđ censeantur mobilia. Sed super hoc verius probabiliter potest dici, quòd aut nomina vel actiones cõpetunt pro immobilibus: tũc appellatione immobilium ideo comprehenduntur, quia actionẽ habens ad rem, ipsam habere videtur. ff. de reg. iur. qui actionem, & arg. ad hoc. C. de prædijs minorum. l. si ad resoluendam. vbi minor remittens actionem restituitur, ac si rem immobilem alienaret: aut competunt pro rebus mobilibus, si quidem annuatim præstandi: tunc idem quia propter perpetuitatem præstationis immobilium appellatione continentur. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus in corpore auth. de non alie. aut permut. reb. eccle. §. hoc ergo. col. 1. Sed si competunt pro mobilibus simpliciter debitis, tunc mobilium appellatione comprehendi possunt. arg. ff. de reg. iur. l. minus. & l. qui actioonem, & d. l. si ad resoluendam, & C. de quadrien. præscrip. l. 2. & sic potest intelligi quod not. dicta l. mouentium ad præmissa faciunt in arg. ff. de supell. lega. l. 3. de leg. 3. hoc legatum de verbor. signific. l. princeps. & l. bonorum. de iure fisci. l. eum qui ad senatusconsultum Syllan. l. cum fisco. non obstat quod dicitur, quòd postremo sit executione sententiæ in nomini

Actiones an nomine immobiliũ comprehendãtur.

l ¶ Reseruandum.] in illis ergo in quibus concedentes vel offerentes aliquid iuris retinuerunt, quod facere potuerunt. 18. q. 2. cap. Eleutherius. ff. de pact. l. in traditionibus. non videtur per Papam Nicolaum proprietas Ecclesiæ Romanæ retenta.
m ¶ Plene.] quasi dicat totum & integraliter. ff. de vsu. l. videamus. §. in Fauiana. de verbor. significa. l. plus est in restitutione.
n ¶ Libere.] id est, absque cuiusquam contradictione. arg. extra de electio. cum ex eo. de præben. cap. si beneficia. li. 6. in quibus verbum simile reperitur.
o ¶ Ipsa.] verisimilia, & alia supra nominata.
p ¶ In se.] scilicet Nicolaum Papam.
q ¶ Antedictam Ecclesiam.] scilicet Romanam.
r ¶ Simplici vsu facti.] hæc verba occasionẽ dederunt principaliter editioni huius decre. vt patet ex sequenti.
s ¶ Nonnumquam.] id est, aliquando simile ff. de condit. & demonstr. l. nonnunquam.
t ¶ Vendi expedit. ff. de contrahen. emp. l. 1. C de admi. tut. lex quæ.
u ¶ Concessit.] scilicet Nicolaus Papa. iiij
x ¶ Res ipsas.] supra proxime expressim numeratas.
y ¶ Habere licet.] non ergo cum alijs.
z ¶ Vel diuisim.] nisi fuisset hoc verbum adiectum, Generalis & Prouincialis Ministri esset insimul auctoritas exposcenda: ob copulatiuam de sui natura requirentem concursum illorum, quæ copulat. ff de legat. 3. l. ea tamen de conditio institutio. l. si hæredi plures. extra de rescriptis, ex parte, vbi de hoc.

Copulatiua requirit cõcursum copulatorum.

a ¶ Concessit.] scilicet Nicolaus iij. aliàs iiij vt supra.
b ¶ Pretio æstimato.] siue quo venditio procedere non potest. ff. de contrah. empt. & vend. l. 1. & 2. §. fine. instit. eod. tit. §. pretium.

Venditio nõ procedit sine prætio.

c ¶ Gubernatore.] qui aliàs protector vel conseruator appellari consueuit, iuxta priuilegia multis ordinibus concessa.
d ¶ Hoc adiecto.] id est, additio.

quòd possent de [a] vilibus rebus mobilibus [b] vel parum valentibus Fratres ipsi pietatis [c] seu deuotionis [d] intuitu, vel pro [e] alia honesta causa & rationabili [f] (obtenta [g] tamen super hoc superiorum [h] suorum licentia) intra vel extra dictum [i] ordinem ordinare. ¶ Quamquam [k] autem pia consideratione motus prædecessor noster ordinauit supradicta [l], illa dicto ordini existimans profutura: ipsa tamen attento [m] modo vtendi Fratrum ipsorum ac dictæ Ecclesiæ subsecuta patientia [n] circa [o] ipsum non profuisse, sed potius tam ipsis Fratribus, quàm multis [p] alijs obfuisse, subsequens magistra rerum experientia [q] noscitur declarasse. ipsis quidem Fratribus quantum ad statum [r] perfectionis nequaquam profuit reseruatio [s] dominij supradicta: cum enim perfectio vitæ Christianæ principaliter & essentialiter [t] in charitate consistat; quæ ab Apostolo perfectionis vinculum dicitur [u]: & quæ [x] vnit seu iungit aliqualiter in via [y] hominem suo [z] fini: ad quam [a] per contemptum bonorum temporalium & ipsorum expropriationem [b] via disponitur per hoc præcipue, quòd sollicitudo [c] quam temporalia in acquirendo, conseruando & dispensando exigunt [d], quę [e] plerumque ab actu charitatis retrahit [f], amputetur [g]: restat quòd si sollicitudo eadem post expropriationem huiusmodi [h], quæ [i] ante [k] ipsam inerat, perseueret [l], ad perfectionem [m] huiusmodi talis [n] expro-

a ¶ De vilibus.] ista vilitas considerari potest aliter quàm ob pretij paruitatem, per hoc quod sequit, vel parum valẽtibus: vt ipsa vilitas referat ad ipsarum rerum naturam, in corpore authen. de mand princ. §. si tibi. cum ibi not. coll. 3.

Immobilia nõ reputantur vilia.

b ¶ Mobilibus.] hoc dicit: quia res immobiles, vtpote periculo continuo non subiacentes, vile reputari non cõsueuerũt arg. C. quã & qui. quar. pars. l. 1. lib. 10. ff. ad leg. Falc. l. si hætes.

c ¶ Pietatis.] puta eleemosynæ.

d ¶ Deuotionis.] puta peregrinationis.

e ¶ Pro alia] puta communitatibus voti, vel pænitentiæ.

f ¶ Rationabili.] arbitrarie considerãda.

g ¶ Obtenta.] non ergo sufficeret hoc casu licentiam petere nisi obtineretur, vt aliàs extra de elect. c. quàm sit. & c. si religiosus, ne cleri. vel mo. cap. vt periculosa. lib. 6.

h ¶ Superiorum suorum] intellige immediatorum, vt aliàs dixi de testa. religiosus. lib. 6. de vi. & ho. cle. cap. quoniam, de procur. cap. religiosus. Clemens Papa v.

i ¶ Dictum ordinẽ.] id est, personas dicti ordinis, vel intellige ordinem vt iacet, id est, communitatem ordinis.

K ¶ Quamquam.] Tertia pars.

l ¶ Supradicta.] scilicet § proxi supra.

m ¶ Attento modo.] per quem non ad simplicẽ vsum sed ad consumptionem res ipsæ deducebantur.

Patientia multa tolerat.

n ¶ Patientia.] quæ frequenter tolerat multa, quæ in iudicium deducta minime tolerat. extra de præben. cum iamdudum. & arg. in corpore authen. in medio litis sacras iussiones non fieri. §. eam autem coll. 8. C. de temp. appell. l. vlt. §. illud.

o ¶ Circa ipsum] scilicet modum vtendi.

p ¶ Multis alijs.] qui lædebantur ex tali vsu.

Experientia est rerum magistra.

q ¶ Experientia.] quæ magistra rerum dr̃, vt hic: cum per vsum sciẽtiam tribuat in operatione. C. de iuri. l. certi de not. Cod. c. fir. §. 1. in proœmio Insti. §. cumque. Et nedum simpliciter rerum magistra dr̃ immo efficax appellatur extra de ele. quàm sit q. docet & probat de rescrip. statutum, de ele. vbi maius § 1 lib. 6 C. vt in possessionem legatorum. l. ipsis rerum, & ex parte fidẽ adhiberi vult. in corp. re auth. de non alie. aut permu reb. eccl. §. quia aũt. coll. 2. C. de re mili. l. semel. li. 12. 50. dist. c. vt cõstitueretur, & ex p̃teritis vel prę̃sentibus quem instruit in futurũ, in corpore auth. quib. mod. na. effi. sui. § illud coll. 7. &c 2 di. c plurimos, iuxta fin. in corpore auth. hæc cõsti innouat. in prima columna, coll. 8. extra de testa. c. licet ex quadam.

r ¶ Ad statum perfectionis.] secundum quem omnia atijcienda sunt pauperibus eroganda. iuxta illud: Si vis perfectus esse, & c. 14. q. 1. in summa. & c. quisquis. not. extra da æta. & qualita. ad aures.

s ¶ Reseruatio.] scilicet facta Ecclesiæ Romanæ.

Virtutes sine charitate nihil sunt.

t ¶ Essentialiter.] hoc dicit, quia sine charitate virtutes cæteræ nihil sunt. de pænit. dist. 2. §. eui denter. & dist. 3. ca. si hilsunt. quid autem

u ¶ Dicitur.] in ẽpistola ad Romanos.

x ¶ Et quia.] scilicet charitas.

y ¶ In via.] scilicet salutis consequendę: in præsenti enim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus, secundum B. Gregorium.

z ¶ Suo fini.] id est, gloriæ æternæ.

a ¶ Ad quam.] scilicet perfectionem.

Ex, quñq; priuat quñque ponit.

b ¶ Expropriationem] syllaba, ex, hic priuatiue ponitur, vt aliàs de vsur. cap. vsurarium. lib 6. alibi autem non priuat, sed ponit. Insti. vi bon. rap. §. sane.

Negligentia est eruditionis nouerca.

c ¶ Sollicitudo.] id est, curiositas & diligentia in temporalibus, quæ interueniẽs pretia rerum ampliat & deficiens minuit. ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. diui fratres. negligentia enim cuncta lædere dicitur. in corpore authen. de quæst. §. hæc omnia. coll. 6. iuxta illud quod scribitur, sicut autem artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis est negligentia. 83 dist. cap. nihil.

d ¶ Exigunt.] nam sine his temporalia periculo subiacent, ad quod ff. de pet. hæred. l. si quid possessor. §. sicut, & l. si ad non. § fructus

e ¶ Quæ.] scilicet sollicitudo.

Sollicitudo nimia est vitanda.

f ¶ Retrahit.] nam secundum Gregorium, cum mens concepta desideria sequitur, seruire rebus conuincitur, quarum amore superatur. 14. q. 1. §. 1 quare ad vitandam nimiam sollicitudinem & mentis nimiã applicationem Christus præcepit nõ esse de crastino cogitandum 12. q. 1. habebat Dominus, iuxta verbũ Psalmistæ: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

g ¶ Amputetur.] id est, tollatur & submoueatur.

h ¶ Huiusmodi.] scilicet temporalium.

i ¶ Quæ.] scilicet sollicitudo.

k ¶ Ante ipsam.] s. expropriationem temporalium.

l ¶ Perseueret.] durante enim vitio, virtus numquã ascissitur, sed demum illi renuntiato. 32. q. 1. cum renuntiatur.

m ¶ Ad perfectionem huiusmodi.] scilicet quæ inducitur & disponitur per contemptum & expropriationem temporalium.

n ¶ Talis expropriatio.] scilicet postquam remanet sollicitudo sicut prius.

a ¶ Ordi-

a ¶ Ordinationem prædictam.] scilicet factam per Nicolaum iij aliàs iiij.
b ¶ Bonis prædictis.] de quibus mentio facta est supra §. proxim.
c ¶ Minus solliciti.] & sic per hoc à statu perfectionis retrahebantur, vt supra proxi. dicitur.
d ¶ Fratres ipsi.] sentientes vtilitatem in rebus talibus inani nomine dominij Romanæ Ecclesiæ reseruato.
e ¶ Alij.] vt sunt Prædicatores.
f ¶ In communi.] & sic in alijs rebus prædictis se simplicem vsum habere dicebant: re tamen ipsa plus quàm simplex vsuarius in rebus ipsis habebant.
g ¶ Ordinatio supradicta.] scilicet Nicolai iij.
h ¶ Talis proprij.] scilicet Romanæ Ecclesiæ reseruati.
i ¶ Res ipsas.] de quibus fit mentio supra proxi. §.
K ¶ Obtinerent.] & hoc probatur per sequentia, licet etiam, & cætera.
l ¶ Prædictus.] scilicet Nicolaus iiij.
m ¶ Conferri.] scilicet inter viuos.
n ¶ Obuenire.] puta ex vltima alicuius voluntate, licet contra posset exponi.
o ¶ Licet.] id est, licitum est.
p ¶ Vsu facti simplici.] qualiter hoc sit intelligendum, inferius declaratur.
q ¶ Pertinere.] scilicet ad Ecclesiam Romanam
r ¶ Est expressum.] §. proxim.
s ¶ Eius effectu.] qui frequenter res ipsas ad totalem à fratribus abdicationem deducit: & talis effectus in eis potius videtur attendendus, quàm inanis demonstratio simplicis vsus facti, arg. C. si minor ab hæredit. se abstineat. l. 1. de do. l. vlt.
t ¶ Subsecuta.] hic dic vt supra dixi eod. §. in verbo, patientia, talis. n. patientia, vbi aliàs nullum subesset iuris impedimentum, pro approbatione tacita haberetur. extra de cogna. spirit. c. super eo. & ibi not.
u ¶ Dici debet.] simplex, quod est statim.
x ¶ Dominium.] s. in dictis rebus reseruatum esse.
y ¶ Simplex.] repete, dici debet.
z ¶ Quis enim.] probat quod vsus fratrū non debeat dici simplex.
a ¶ Simplicem vsuarium.] id est, habentem simplicē vsum.
b ¶ Licet.] id est licitum est,

c ¶ Permutare.] scilicet cum alia.
d ¶ Vendere.] pro aliquo pretio.
e ¶ Donare.] scilicet liberaliter.
f ¶ Hęc.] scilicet posse rem vsurariam permutare, vendere, vel donare.

priatio valeat nil conferre: constat autem quòd post ordinationem [a] prædictam non fuerint in acquirendis ac conseruandis bonis [b] prædictis in iudicio & extra minus [c] solliciti quàm ante illam fuerant Fratres [d] ipsi, quamquam sint religiosi Mendicantes alij [e] habentes aliqua in communi [f]. Adhuc nec vtique profuit dictis Fratribus ordinatio [g] supradicta, quantum ad hoc quòd propter carentiam talis [h] proprij se pauperiores dicere valeant, quàm si res [i] ipsas cum illo (que carere se dicunt) dominio obtinerent [k]. Licet etiam prædecessor noster prædictus [l] dominium earum rerum, quæ ipsis fratribus offerri seu conferri [m], aut aliàs obuenire [n] contigerit, quarum tamen vsum facti dumtaxat habere licet [o] ordini vel fratribus antedictis (vsu facti [p] simplici prædictis fratribus reseruato) in se Romanā que Ecclesiam recipiendum duxerit, ac libere pertinere [q] decreuerit, vt superius est expressum [r]: attento tamen ipsorum fratrum vtendi modo & eius [s] effectu, ac patientia circa modum ipsum Romanæ Ecclesiæ subsecuta [t], non ipse vsus fratrum dici [u] debet, se potius Romanę Ecclesiæ dominium [x] esse simplex [y]. Quis enim [z] simplicem [a] vsuarium dicere poterit, cui rem vsuariam licet [b] permutare [c], vendere [d], ac donare [e]? procul dubio hæc [f] naturæ repugnare noscuntur, nec ad vsuarium pertinere [g], quæ [h] tamen de rebus mobilibus antedictis [i] faciunt [k] fratres ipsi. Quòd autem dominium Romanæ Ecclesię reseruatum [l] simplex censeri [m] debeat, ex hoc patet, quòd ex illo [n] nullum eidem [o] Ecclesię temporale obuenit [p] hactenus [q] commodum, nec speratur quòd [r] obuenire debeat in futurum, cum nec [s] intentio refer-

g ¶ Pertinere.] Vsuarius. n. rem in qua vsum habet, aliquo titulo in alium transferre non potest, tum quia dominium eius non habet: cum vsus inquantum est seruitus de sui natura in re aliena, nō propria fundatur: quia res propria nulli seruit iure seruitutis. ff. si vsusfruct. peta. l. vtifrui. de serui. vrb. prę. in re communi. de iure dot. l. cum in fundo, & quia iure alieno cōstituitur. ff. de vsu & habi. l 1. & l. plenum. instit. eod. tit. §. 1. cum ijsdem modis constituatur, quibus vsusfructus, vt ibi. Et vsusfructus est ius vtendi in rebus alienis. ff. de vsu. l. 1. Si igitur dominium nō habet, ergo per aliquem titulum illud in aliū transferre nō potest ff. de reg. iur. l. nemo plus iuris, de acquir. re do. l. traditio. extra de dona. inter virum & vxo. ca. nuper. 1. q. 1. gratia, & q. 7 cap Daibertum, quod exigitur in titulo permutationis: nam rem alienam permutans permutationem non cōtrahit. ff. de rerum permu. l. 1. §. vltimo.

Vsuarius rē in qua hēt vsum, non trāsfert in alium.

Permutatio nō cōtrahitꝰ in re aliena.

h ¶ Quæ tamen.] scilicet permutare, vendere, donare.
i ¶ Antedictis.] scilicet quibus vti licet eisdem.
K ¶ Faciunt.] id est facere possunt iuxta ordinationem Nicolai: vel faciunt, scilicet de facto: quia hoc eis permittitur per illius ordinationem.
l ¶ Reseruatum.] scilicet in rebus prædictis.
m ¶ Simplex censeri debeat.] scilicet potius quàm ipse vsus fratrum, vt supra.
n ¶ Illo.] scilicet dominio.
o ¶ Eidem Ecclesiæ.] scilicet Romanæ.
p ¶ Obuenit.] præteriti temporis.
q ¶ Hactenus.] id est, vsque nunc: licet alibi aliter exponatur ff. de vsufru. l. hactenus.
r ¶ Quod obuenire debeat.] & per hoc dominium vel proprietas consueuit reddi inutilis. vt infra patebit
s ¶ Nec intentio.] intentionis talis defectus impedit translationem commodi vel emolumenti cū & impediat translationē dominij. ff. de acquiren. rerū do. l. ex manda-

ex mandato .C.de his qui à nõ do.manumit.l.2.& ibi not.ff.de dona.l.qui mihi donatum. Intentio enim p̄ omnibus attenditur, siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus ff.de cõtrahen.emptio.l.sed Celsus.§.si Auia.de cõdi.& demonstrationi. l.in cõditionib.de lega.1.l.si seruus plurium.§.vlt.cũ similib.

Intentio est attendenda.

y ¶ Vsuarij.] scilicet simplices.
z ¶ Rebus.] scilicet vsu consumptibilibus.
a ¶ Repugnat.] cum habens in talibus vsum, earum dominium censeatur habere. ff. de vsufr. earum rerũ, quæ vsu cõsumunt.l.sed de pecunia & l. si tibi.insti. de vsufr. §.constituitur. & seq. & in talibus rebus habere vsum, tantum est sicut habere vsumfructum vt dicto tit.ff.l.hoc senatus.§.vlt. & l. quoniam.§.1. In alijs autem rebus nõ est ita: quia in illis plus est in vsufructu quàm in vsu.ff.de vsu & habit.l. si habitatio. §.si vsus.& l. plenum. insti. de vsu & habi. §. minus. cum similib.

a ¶ Reseruãtis.] scilicet Papæ Nicolai quarti.
b ¶ Compendium.] id est vtilitas, vel cõmodum.
c ¶ Quod.] scilicet q̄ ad fratres, & non ad alium illarum rerum perueniet compendium.
d ¶ Declarauit.] quasi dicat, ipsis rerum experimentis hoc clare cognitum est .C.vt in pos.leg. l. ipsis rerum.
e ¶ Et quòd talis intentio.] scilicet q̄ ad ipsos fratres, & nõ ad alium dicta rerũ vtilitas prouenires.
f ¶ Ordinantis.] scilicet Papæ Nicolai, vt supra.
g ¶ Dumtaxat.] quasi dicat: non aliarum
h ¶ Liceret.] licitum foret.
i ¶ Dominij.] scilicet Romanę Ecclesię reseruati.
k ¶ Carentia.] scilicet quo ad fratres ipsos.
l ¶ Re.] scilicet ipsa.
m ¶ In præsenti.] scilicet tempore.
n ¶ Spe.] consequendi commodum.
o ¶ Quam.] scilicet paupertatem.
p ¶ Alijs.] vt Prædicatoribus.
q ¶ Habẽtibus.] subaudi aliqua, si nõ habes in textu.
r ¶ Sibi vendicant.] id est attribuunt.
s ¶ Dicti fratres.] scilicet Minores.

† Vide glossam positã in Clemen. Exiui. §. proinde vers. solutio, videtur dicẽdam.

uantis [a], nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcumque alium quã ad Fratres dictarum rerum perueniret compendium [b]: quod [c] proculdubio modus vtendi fratrum ipsorum, & Romanæ Ecclesiæ subsecuta patientia, euidenter declarauit. [d] Et quòd talis intentio [e] fuerit ordinantis [f], & ex hoc paret quòd illarum rerum sibi & Ecclesiæ Romanæ dominium dumtaxat [g] rètinuit, quarum vsum facti liceret [h] habere ordini vel fratribus antedictis: talis autem dominij [i] carentia [k] re [l] in pręsenti [m], ac spe [n] in futurũ omnimodo denudati, quoad paupertatem temporalẽ, quã [o] altiorem (præ Mendicantibus alijs [p] in communi habentibus [q]) sibi [r] vendicant dicti [s] fratres, pauperiorem non efficit [t] non habentem, Quòd [u] autem † quo ad res quæ vsu [x] consumuntur, non sint censendi vsuarij [y] fratres ipsi, ex sequentibus liquet satis: dicere siquidem quòd in talibus rebus [z] vsus iuris vel facti separatus à proprietate rei seu dominio possit constitui, repugnat [a] iuri, obuiat [b] rationi, nec prædecessoris nostri prædicta fuisse videtur [c] intentio [d] Romanæ Ecclesiæ talium [e] bonorum dominium reseruare. Quis enim sanæ mentis credere poterit, quòd intentio fuerit tanti [f] patris, vnius oui, seu casei aut frusti panis, & aliorum vsu consumptibilium, quæ sæpe fratribus ipsis ad consumendum euestigio [g] conferuntur, dominium Romanę Ecclesię, & vsum fratribus retinere? profecto probabile non videtur [h], prę sertim cum illorum bonorum dumtaxat [i] dominium prędictæ Ecclesię reseruauerit, quorũ [k] simplex vsus facti pertinere potest ad fratres dicti ordinis: quod [l] nequaquam potest in rebus vsu consumptibilibus [m] reperiri, in quibus nec ius vtẽdi, nec vsus facti separata à rei proprietate seu [n] dominio possunt constitui vel haberi [o]. Et

b ¶ Obuiat rationi.] est igitur extirpandum necessario, cum ratione careat. 63. dist. cap. corepiscopi.
c ¶ Videtur.] idest præsumitur.
d ¶ Intentio.] ad quam est præ omnibus recurrendum. extra de prębend. cum olim. & eod. tit. quia sæpe.lib. 6. de concess. præben. auctoritate Martini.
e ¶ Taliũ bonorũ.] scilicet vsu consumptibilium.
f ¶ Tanti patris.] quia non solum numerus 1 homo, sed & vicarius Christi fuit. de transla. epis. c. inter. de re iud. ad Apostolicæ.§.nos.lib 6.
g ¶ Euestigio.] idest de proximo. argu. ff. de offic. præsi. l. plebiscito. de rescrip. statutum. §. insuper. lib. 6. de sta mon. c. periculoso. §. verum. eod. lib.
h ¶ Non videtur.] cum per tantum patrem de tam modicis curandum verisimiliter non fuerit. argu. ff. de iud. l. sed & si susceperit. §. sed & si proponas. extr. de simo. etsi quæstiones. cũ similibus. Et superhoc videre potes ea quæ aliàs super hoc plene dixi in decret Execrabilis. in glo. quòd redundare

1 Accipe sano modo: hoc enim dicit glossa hæc ad ostendendam amplissimã Romani Põtificis potestatem, sicut notatũ est sup glossa in proœmio Clẽ. in verbo: Papa. in hac editione.

t ¶ Non efficit.] hoc ideo: quia habere dominium quod nullo tempore posset commodum illi cuius est reportare, nihil diminuit de commodo, quod penes alium reperitur: quare pauperiorem ex hoc dicere se non potest: cum paupertas ex solo non habere commodum inducatur. 11. q. 3 cap. pauper. immo ex hoc tale dominium inutile penitus reputatur. C. de vsuf. l. antiquitas. insti. eo. tit. §. ne tamen. magis non haberi quàm haberi forte expediens. argu. ff. de ædil. edic. l. bouem. §. aliquando.
u ¶ Quod autem.] Quarta pars.
x ¶ Vsu consumuntur.] vt sunt res ad victum humanum necessarię. insti. de vsufru. §. cõstituitur. ff. de vsufruc. earum rerum, quæ vsu consumuntur. l. si tibi vinũ. & de verb sig. l. verbo victus.

i ¶ Dumtaxat.] quasi dicat, non aliorum.
k ¶ Quorum.] scilicet bonorum.
l ¶ Quod.] scilicet ad fratres dicti ordinis pertinere simplicem vsum facti.
m ¶ Consumptibilibus.] idest quæ per vsum consumuntur.
n ¶ Seu dominio.] idest existenti sine proprietate & dominio.
o ¶ Vel haberi.] hoc infra multis rationibus comprobatur.

a ¶ De

quòd de [a] talibus rebus non intellexerit [b], euidenter oſtendit, dum reſpondet [c] legi [d] dicenti, non poſſe vſumfructum à dominio perpetuo ſeparari, ne dominium dominis, ſemper abſcedente [e] vſu, inutile [f] redderetur. quæ quidem ex de rebus illis intelligitur, quarum penes vnum vſus rei, & penes alium dominium poſſit (licet [g] inutile) remanere [h], quod [i] nequaquam in rebus vſu conſumptibilibus poteſt eſſe, cum in illis per vſum vel abuſum [k] vſuarij ſubſtantia talis rei eſſe [l] deſinat, & per conſequens proprietas etiam inutilis non ſubſiſtat [m]. Cũ enim vſusfructus prout eſt in re [n] conſtitutus, qui ſeruitus dicitur perſonalis [o], & pro [p] quo reales [q] competunt actiones, nihil ſit aliud quàm ius vtẽdi, nec vſus qui etiam perſonalis [r] eſt ſeruitus, ſit aliud quàm ius tantum vtendi rebus [s] alienis ſalua [t] rei ſubſtantia, ideſt [u], ius percipiendi fructus & vtilitatem [x] aliam in to

a ¶ De talibus rebus.] ſcilicet vſu conſumptibilibus: & quarum vſum poteſt ad ipſos fratres pertinere.
b ¶ Non intellexerit.] ſcilicet Papa Nicolaus.
c ¶ Dum reſpondet] in dicto c exiit.
d ¶ Legi.] iſtam legem habes ff. de vſuf. l. omnium. §. conſtituitur. Inſti. eo. tit. §. conſtituitur. C eod. titu l antiqui. tas.
e ¶ Abſcendente.] id eſt, ſeparato exiſtente: ſic exponitur dicto §. conſtituitur.
f ¶ Inutile redderetur.] Not. rem dici penitus inutilem, cuius vſus & commoditas perpetuo ſubmouetur vt hic, & in l. legib. ſ. proxime allegatis. huius ratio poteſt dici, quia omniũ rerum ſubſiſtentiam vel exiſtentiam natura naturãs, ideſt Deus comparauit, vt ex eis humana natura fructus perciperet. inſt. de rerum diui. § in pecudum. quæcunque enim in terris facta ſunt, ad ſeruitium hominis facta ſunt, cum ſit digniſſima creaturarũ ff. de ędi. edi. l iuſtiſſime.

Hominis ſeruitio cũcta ſũt deputata

g ¶ Licet inutile.] quo ad commoditatem vſus.
h ¶ Remanere.] ſcilicet de ipſarum rerum ſubſiſtenti natura.
i ¶ Quod] ſcilicet ꝙ vſus penes vnum, & proprietas inutilis penes alium valeat remanere.
K ¶ Vel abuſum.] licet aliàs abuſus in mala parte ſumi conſueuerit, vt dixi in decre. cũ inter nonnullos. hic tamen in bona ſumitur: quia in talibus rebus vſus & abuſus idem ſunt. ff. de vſufr. ea. rerum. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatus §. 1 & vlt. cum ſimilibus: & ideo appellatur abuſus: quia per vſum in talibus rebus res ipſę ad totalem exinanitionem deducuntur: & de eſſe ad non eſſe reducuntur, vt hic.

Abuſus in bonã & malam partem ſumitur.

l ¶ Eſſe deſinat.] qualiter talium rerum ſubſtantia habet per vſum tolli, vel in parte minui, dicitur ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſu. l. 1.
m ¶ Non ſubſiſtat.] eius enim quod non eſt, nulla eſt ſubſtantia de præſenti. ff. de leg. 1. l. ꝙ in rerũ de verb. obl. l interdum. inſt. de invti. ſtip. 2. reſponſo.
n ¶ In re conſtitutus.] vel inter viuos per pactũ, vel iudicialem adiudicationem, vel per vltimam volũtatem ff. de vſufru. Pluribus. §. 1. Inſti. eo. tit. §. 1. Et dicitur in re conſtitutus, ideſt in certo corpore, quo ſublato & ipſum vſumfructum tolli neceſſe eſt. ff de vſufr. l. 2. inſt. eo. tit. in prin. & §. finitur. ff. quib. mo. vſufr. tol. l. repeti. §. rei. dicitur & in re conſtitui: quia rẽ ipſam afficit ſicut cæteræ ſeruitutes.

Vſusfructus quare dr̃ perſonalis ſeruitus.

o ¶ Perſonalis.] quia perſonæ conſtituitur ẽt prædiũ non habenti: quod non eſt in ſeruitutibus realibus & prædialibus ff. de ſer l. 1. contra prædi. l. 1. & cum pſona finitur. ff. quib. mo. vſufru. amittatur. l. ſicut. §. morte. nec à perſona abdicatur. immo ſi in alium per cõmercium transferatᷣ. ſtatim rei dño applicatur. ff. de iure do. l. vſus fructus. & dicto §. finitur. licet commoditas fructuum percipiendorum per commerciũ in aliũ trasferri poſſit. & ita intelligitur lex, quæ aliàs contrarium diceret ff. de vſufr. l. arboribus. §. vſufructuarius. de peri. & commo. rei venditæ. l. neceſſario. §. vl. aliàs eſt ſub l. quòd ſi pendente. & de nouatio. l. 4. arg. etiam ad hoc extra de loca. c. veſtra.

p ¶ Et pro quo.] ſcilicet petendo tanquam agenti cõpetenti: vel negando alicui competere.
q ¶ Reales competunt actiones.] ſcilicet confeſſoria & negatoria ff ſi vſufruc. petatᷣ l. .& l. vti frui §. vtrũ. & §. ſi partis. ſi ſeruitus vendicetur. l. loci corpus. §. in cõfeſſoria. In rẽ confeſſoria competit aſſerenti ſibi deberi ſeruitutem, & negatoria illi cui negat alteri fore debitam. eo. tit. l. 2. Dicuntur autem reales actiones confeſſoria & negatoria ab impoſitione talium nominum: non autem ex hoc prout aliqui dixerunt, quia confeſſoria verbis affirmatiuis: negatoria verbis proponitur negatiuis: nam & quandoque confeſſoria verbis negatiuis: negatoria affirmatiuis proponi reperitur: vt in ſeruitute altius non tollendi eſt videre. ff. de de no. ope. nunc. l. ſi priuſquam. Inſti de actio. §. æque & ibi no. & dicta l. 2. Dicas etiam quòd. iſtæ reales actiones, quæ pro iuribus incorporali competunt, dantur etiam illi qui poſſidet, vel quaſi ipſum ius corporale, ꝙ quaſi poſſideri videtᷣ, quãdiu in ꝯriũ per alium factum nõ eſt. ff. ſi ſeruitus ven. l. ſi forte. § ſciẽdum & l. ſicuti. §. ſed ſi queratur. Secus ãt in actionibus realibus competentibus pro corporalibus, quæ non dantur poſſidenti & detinenti: nam poſſidenti non eſt prodita in rem actio ff. vti poſ. l. 2. §. interdictũ inſtitu de act. § ſic itaque. licet poſſidenti, ſed non detinenti detur. ff de rei ven. l. officium. not de hoc extra de iud. c. examinata. Si quæras quæ ſit ratio quare realis actio poſſidenti & detinenti nõ detur pro re corporali, ſed pro re incorporali? Reſpõdeo: rei vẽdicatio non datur ad alium effectum, niſi quòd poſſeſſio corporalis penes conuentum exiſtens in actorem transferatur. de rei ven. l. qui reſtituere. C. de alie. iudici. l 1. cum igitur actor illam quam petit, penes ſeipſum excludit. quia quod petit intus habet, ſufficit enim ſibi quòd effectualiter poſſideat. dicto §. interdum. Sed realis actio pro incorporalibus competẽs non datur ad illum effectum tantum: ſed vt ille qui debet ſeruitutem, nihil faciat, nullumque impedimẽtum pręſtet: ſed patiatur illum cui debetur pacifice illa vti. ff. de vſufru. l 3 § 1. de ſeruitu. l. quotiens. de ſeruitu. ruſti. prædi. l. 1. in fin. cum ſimilibus. expeditigitur, quòd ipſi poſſidenti detur actio, vt ſubmotionem impedimenti aduerſarij & eius potentiam conſequatur: cum aliter iure etiam ſuo vti libere & plene nõ poſſet.

Vſusfructus quibus actionibus peti poteſt.

Actio realis an poſſit dari poſſidẽti.

Actio realis nõ datur poſſidẽti pro re corporali, ſed bene pro re incorporali.

r ¶ Perſonalis eſt ſeruitus.] ff. de ſerui. l. 2. & quare dicatur perſonalis: dic vt dixi de ſeruitute vſusfructus ſupra. in glo. quia perſonæ.
ſ ¶ Rebus alienis.] hoc dicit, quia res propriæ nulli ſeruire poſſunt iure ſeruitutis, vt dixi ſ. in gl. vſuari⁹.
t ¶ Salua rei ſubſtantia.] ideſt, ne in totum pereat rei ſubſtantia. ff. de vſufru. l. 1. & ita ibi nota.
u ¶ Ideſt.] exponit illa verba, ius vtendi, poſita in definitione vel deſcriptione vſusfructus vel vſus.
x ¶ Vtilitatem aliam.] puta deambulandi, geſtandi, id eſt ſolatiandi in fundo vſufructuario vel vſuario. ff. de vſu & habi. l. plenum.

a ¶ In

tum [a] vel pro parte [b] suo nomine [c], qui possunt ex re in qua vsusfructus seu vsus constituitur, prouenire [d], propter [e] quod proprietas reputatur inutilis, à qua perpetuo abscedit [f] vsusfructus seu vsus constitutus rebus ex quibus ipsis [g] stantibus vsufructuario seu vsurario nulla possit vtilitas [h] prouenire: patet quòd ad hoc quòd talis vsusfructus vel usus in re aliqua constitui ualeat, requiritur [i] quòd ex re illa possint fructus uel utilitas (salua ipsius rei substantia) ad fructuarium uel usurarium peruenire. Quòd si nulla ad ipsos posset ex re ipsa utilitas (salua rei substantia) peruenire, quales res constat esse usu [k] consumptibiles, nequaquam posset in rebus ipsis cuiquam ususfructus uel usus constitui, uel à [l] quoquam haberi. Adhuc [m] nec ius utendi, quod nec est ius in re, nec [n] seruitus personalis, sed [o] mere ius personale, pro quo reales [p] actiones non [q] competunt, in rebus talibus [r], uel rebus ipsis utendi potest constitui u.l haberi, cum & ius tale [s] exigat, quod ex re ipsa, quæ ad utendum conceditur [t] tali modo ad usuarium peruenire posset utilitas [u] aliqua, ac cum usu permanere usuarij, substantia [x] salua rei, quod [y] nequaquam potest (sicut ad [z] sensum potest percipi) in rebus usu consumptibilibus reperiri [a]. Rursus nec simplex [b] usus, qui nec [c] est seruitus, nec [d] pro illo competit ius [e] utendi, in talibus [f] rebus potest constitui uel haberi: cum enim uti re aliqua, nihil sit aliud proprie, quàm fructus rei siue utilitatem [g] aliam in solidum uel pro parte recipere, qui [h] ex ea possunt (salua rei substantia) prouenire, restat quos re illa uti [i] quis nequeat, ex qua (eius salua substantia) nulla sibi prouenire potest utilitas, quales res usu consumptibiles

a ¶ In totum.] hoc referas ad vsufructuariū. qui omnes fructus rei suos facit. ff. de vsufru. l. vsufructu legato in fi. & l. item si fundi.

b ¶ Pro parte.] hoc ad vsuarium referendum est, qui fructus rei in totum suos non facit, sed illos solum q sibi ad vsum sufficiunt. instit. de vsu habi. §. minus ff. eod. tit. l. si habitatio. §. si vsus. & l. plenum, & l. fundi.

c ¶ Suo nomine.] quasi dicat iure suo, non alieno.

d ¶ Prouenire.] intellige vel artificialiter vel naturaliter, vt colligitur ex iuribus, sup. glo. proxi. allegatis

e ¶ Propter quod.] scilicet quia vsufructuarius & vsurarius omnes rei fructus vel partem recipiunt iure suo.

f ¶ Abscedit] id est separatur, & quæ sit huius ratio, dic vt dixi sup. in glo not. rem dici.

g ¶ Ipsis stantibus.] id est, in sua essentiali substantia perseuerantibus.

h ¶ Vtilitas prouenire.] exemplum potest poni per iura. ff. de vsufruct. l. statuæ. à contrario sensu, de ope. seruo. l. vlt. cum enim vsusfructus & vsus fint ius tantum, quo quis potestatem assequitur rei fructus & vtilitates alias con sequendi, sublata & non existente tali vtilitate, videtur non existere ius ad illas tantum indultum. ff. de vsufr. l. 2. insti. eod. titu. in prin. sicut sublata re sine culpa, submouetur ius ad illam petendam competens. ff de condi. furti. l. in re furtiua. & argu. ff. de leg. 3. l. mortuo boue.

i ¶ Requiritur.] ratio est, quam dixi in gl proxi. præcedenti.

k ¶ Vsu consumptibiles] illis. n. in sua substantia remanentibus nulla inducitur vtilitas: cum ipsa non insurgat nec proueniat, nisi ex talium rerum consumptione. insti. de vsufruc. §. constituitur.

l ¶ A quoquam haberi.] ratio est, quam dixi sup. proxi. in gl. exemplum.

m ¶ Adhuc.] probat vlterius, quod in rebus consumptibilibus simplex haberi nequeat vsus facti.

Seruitus personalis triplex.

n ¶ Nec seruitus personalis.] quæ est triplex, scilicet vsusfructus, vsus & habitatio, aliæ dicuntur reales seu prædiales. ff. de serui l. 1. de vsufr. l. si quis binas, & ibi not. & rōne seruitutis personalis dr̄ quis in re ius habere cum cōtra quemlibet rei possessorem peti possit. ff. si vsufr pet. l. vti frui. §. vtitur. Ius aūt vtēdi iure seu seruitute, potest dici illud quod superficiario in re superficiaria competit vel emphyteutæ, vel feudatario. ff. si ager vectigalis. l. 1 & 2 de superficie. l. 1. §. vlt.

o ¶ Sed mere.] quasi dicat, non iure competens, nec rem afficiens, sed tātum personæ cohærens, rei possessorem non sequens. ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres.

p ¶ Reales actiones.] scilicet confessoria & negatoria.

q ¶ Non competunt] sed actio personalis ex pacto. argu. ff. de seru. l. vt pomum. de serui. rust. prædio, l. prætoris, cum ibi not. de vsufruct. l. si quis binas.

r ¶ In rebus talibus.] scilicet vsu consumptibilibus.

s ¶ Ius tale.] scilicet mere personale.

t ¶ Conceditur.] vt est videre in commodatario, cui ad certum vsum res conceditur. ff. commodati. l. in commodato §. sicut. extra eo. tit. c. 1. vel creditori vel depositario, quibus vsus rei obligatæ vel depositæ permissus est: expresse in creditore, vel tacite in depositario. ff. depositi. l. dic. §. 1. & C. eo. tit. si depositi.

u ¶ Vtilitas aliqua.] consideranda iuxta rei ad vtendum concessæ qualitatem.

x ¶ Substantia salua rei.] sublata enim re nullius in ea vsus potest subsistere.

y ¶ Quod.] scilicet ius vtendi substantia salua rei.

z ¶ Ad sensum] scilicet visus, per quem oculata fide veritas animis hominum insinuatur magis quàm per alium sensum insti de gra. cogna. §. vlt.

a ¶ Reperiri.] cum ipsæ per vsum consumptioni totali subijciantur: & de esse ad non esse redigantur.

b ¶ Rursus nec simplex.] scilicet sine dn̄o existens.

c ¶ Nec est seruitus.] & sic per consequens ius in re non imponens

d ¶ Nec pro illo.] scilicet simplici vsu facti.

e ¶ Ius vtendi.] scilicet qualitercunque quæsitum.

f ¶ Talibus rebus.] scilicet vsu consumptibilibus.

g ¶ Vtilitatem aliam.] quæ considerari potest iuxta rei visibilis qualitatem. ff. de vsufruct. l. numismatū & l. si cuius. §. vlt. aliàs est sub l. æquissimum.

h ¶ Qui.] scilicet fructus, vel alia vtilitas.

i ¶ Vti quis nequeat.] s. durabili vsu perseuerante aliàs mo-

esse [a] constat. Ex [b] quibus patet, quòd nec vsus qui est seruitus [c] personalis, nec ius vtendi, quod non est seruitus, sed mere ius [d] personale, nec actus ipse vtendi sine iure [e] aliquo, possunt in rebus vsu consumptibilibus constitui, vel haberi, cum quodlibet præmissorum [f] exigat, quod ex re ipsa (salua rei substantia [g]) possit habenti ius vtendi, seu [h] vtenti ex re ipsa vtilitas aliqua prouenire: quod vtique in rebus nequit vsu consumptibilibus reperiri [i].

¶ Nec [k] obuiat supradictis [l], quòd idem [m] prædecessor noster in ordinatione prædicta, etiam illorum [n] quæ ad vitæ sustentationem pertinent; sibi & Romanę Ecclesiæ dominium reseruarit: hoc enim [o] de rebus illis dumtaxat [p] debet intelligi, quæ vsu non sunt [q] consumptibiles, sine quibus humana vita non est [r] substentabilis, quæ vtique non sunt pauca [s]. Licet [t] autem in rebus vsu consumptibilibus, nec ius vtendi [u], nec ipsum [x] uti possit constitui uel haberi, ipsis [y] tamen poterit ius abuti. Abuti autem (dum tractatur de rebus usu consumptibilibus) pro rei consumptione, sumitur [z], quod ei opponitur, quod est [a] uti. Vti quidem præsupponit, quòd cum usu salua rei substantia maneat [b]: sed abuti exigit [c], quòd cum actu huiusmodi rei substantia consumatur [d]: cum abuti [e] nihil aliud, quàm contra naturam usus, uti [f] in hac [g] materia proprie possit dici. Licet autem [h] quis re usibilis [i] absque iure utendi aliquo uti [k] possit, ipsum [l] tamen uti etiam in re [m] tali absque iure utendi separato à domino uel coniuncto nec ab aliquo potest [n] constitui, nec [o] à quoquam haberi. Et quòd [p] talis usus constitui nequeat, ex hoc patet, quòd dare uel constituere quod suum non [q] est, nec ad se [r] pertinet, nemo [s] potest: licet interdum illud [t] dare possit aliter quàm sit [u] suum. Actus autem ipse uten-

aliàs momentaneum, vt infra sequitur.

a ¶ Esse constat] cum (vt supra dixi) per vsum esse penitus desinant.

b ¶ Ex quibus.] supradictis, vers. quod aũt, hucusque.

c ¶ Seruitus personalis.] ff. de serui. l. 1.

d ¶ Ius personale.] dic vt sup. proxi. dixi ver. sed mere.

e ¶ Sine iure aliquo.] hic inferius latius explicabitur.

f ¶ Præmissorum.] scilicet vsus, qui sit seruitus personalis: vel qui sit ius mere personale: vel actus vtendi aliquo iure

g ¶ Substantia.] aliàs desinit in ea omnis vsus, vt sup. dixi.

h ¶ Seu vtenti.] s. sine aliquo iure.

i ¶ Reperiri.] quia per vsum totaliter esse desinunt, vt prædixi.

k ¶ Nec obuiat.] Quinta pars.

l ¶ Supradictis.] s. in parte præcedenti: & & maxime in versic. quod autem.

m ¶ Idem prædecessor noster.] s. Nicolaus quartus.

n ¶ Illorum.] scilicet bonorum.

o ¶ Hoc enim.] scilicet quòd dominiũ taliũ bonorum sibi reseruauerit.

p ¶ Dumtaxat.] quasi dicat, non de alijs: per ea quæ dicta sunt supra proxim.

q ¶ Non sunt consumptibiles.] subaudi, sed durabiles.

r ¶ Non est sustentabilis.] scilicet commode.

s ¶ Non sunt pauca.] subaudi, immo multa: sicut est habitatio, stratus siue lectus, & simila ff. de ver. sig l. quos nos. §. verbũ, viuere. de au. & arg. l. vestis. §. virialia & familiaria, cum similib.

t ¶ Licet autem.] Sexta pars.

u ¶ Nec ius vtendi.] quod esse debet salua rerum substantia.

x ¶ Nec ipsum vti.] scilicet durabile.

y ¶ Ipsis.] scilicet rebus consumptibilibus.

z ¶ Sumitur.] probatur hoc ff. de vsuf. earum rerum quæ vsu consu. l. hoc senatus. §. 1. & seq. nam abusus in rebus talibus pro assumptione, idest consumptione accipitur, vt ibidem dicitur.

a ¶ Quod est vti.] cum de se non sit ei consumptibile, sed conseruabile. ff. de vsuf. l. 1. insti. eod. tit. in prin. & statim sequitur.

b ¶ Maneat.] vt in iuribus sup. proxim. alleg. ff. de vsu & habi. l. plenum.

c ¶ Exigit.] scilicet necessario.

d ¶ Consumatur.] cum sine consumptione in talib. rebus non sit vsus: vnde quasi assidua permutatione extingui dicuntur. Insti. de vsuf. §. constituitur.

e ¶ Cum abuti.] scilicet de se rei consumptibile.

f ¶ Vti.] de sui natura rei conseruabile.

g ¶ In hac materia.] hoc dicit, quia in alia materia abusus in alia parte sumitur, & ideo reprobat⁹, quod dic vt sup. in glo. licet aliàs.

h ¶ Licet autem.] adhuc probat ꝙ vsus facti absque alio iure haberi non possit.

i ¶ Re vsibili.] id est apta ad vtendum.

K ¶ Vti possit.] s. de facto, vt est videre in fure, prædone, raptore, & simili.

l ¶ Ipsum tamen.] id est ipsa potestas vtendi.

m ¶ In re tali.] scilicet vsibili.

n ¶ Potest constitui.] cum regulariter quis alteri nequeat constituere quod non habeat: vt dixi in parte præcedenti, in glos. vsuarius enim, & statim sequitur.

o ¶ Nec à quoquam haberi.] cum enim habere proprie cum effectu debeat intelligi. ff. de verb. sign. l. nomen filiarum. §. habere, sequit̃ quod vti re vsibili absque aliquo iure vtendi, non sit vsum habere: cum ex hoc illud appareat alienum arg 14. q. 4. quid dicam. 93. dist. illud. 16. q. 4. licet. C. de fun. rei priua. l. vsus aquæ. lib. 11.

p ¶ Et quod talis vsus.] s. absque aliquo iure vtendi.

q ¶ Suum non est.] scilicet quo ad dominium.

r ¶ Nec ad se pertinet.] s. aliàs quam iure dominij. Et hoc dicit, quia aliquando quis id quod ad se pertinet sine dñio alteri constituit: vt inquilinus, qui domum cõductã alteri locãdo eius vsum transfert. C. commodati. l. nemo ꝓhibet. Et vsufructuarius qui nõ est dñs, vsum fructũ trãsfert. ff. de vsufr. arboribus. § vsufructuarius.

Vsufructuarius vsumfructum trãsfert.

s ¶ Nemo potest.] nisi ex vi pacti iuris vel iudicis auctoritate aliud contingat, extra de do. inter vir. & vxor. c. nuper. ff. de reg iur. nemo plus iuris, in quibus de hoc. cum similibus.

t ¶ Illud] scilicet quod suum est, vel ad se pertinet.

u ¶ Quàm sit suum.] hoc dicit propter dominum proprietatis, qui in ipsa habet vsumfructum causalẽ: & tamen

tamen non illum causaliter, sed formalitite alteri cõstituit: licet ipsũ taliter, idest formaliter nõ hẽat, arg. ff. si vsusfruc. peta. l. vti frui. & ideo pactionibus dicit̃ posse constitui. ff de vsufru. l. 3. insti. eo. tit §. 1.

Vsusfructus formalis differt à causali.

l ¶ Clauem spiritualem.] quæ ad instar clauis materialis est inducta: sicut enim clauis materialis dicitur instrumentum seu ministerium, quo clausum ostium aperitur: sicut illa potestas, quæ attributa est dispensationibus sacramentorum, clauis dicitur, nam ostium cęli licet de se apertum existat, Apocalypsis. 4.cap. vbi dicitur, & ecce ostium apertum in cęlo, quod est Christus: clausum tamen dicitur propter impedimentum peccati originalis vel actualis impedimētis humanam creaturam cęlum & Dei gloriam ingredi:& quia per talem potestatem in virtute passionis Christi illud impedimentum tollitur, ex hoc porta cæli aperiri & reserari dr.de conse.dist. 4.c. proprie exemplum, de bapt.maiores §. caute tñ. Sicut aliàs contingit quòd per sublationem impedimenti via præparari & aperiri dicitur ad aliquid, vt est videre in pacto facto vltimo de petēdo, per quod tollitur impedimentum exceptionis ortæ ex pacto de non petendo præcedēti:& ex hoc aperitur via efficax ad agendum. ff. de pact l. si vnus §. pactus, & sublato impedimēto exhæredationis per quærelam inofficiosi testamenti aperitur & paratur etiam via efficax ad agendum. ff.de inoffi. testa.l. q̄ d inofficioso. Et sublato impedimento p̄teritionis per petitā bonorum possessionē contra tabulas, aperitur via augmenti vel diminutionis legatorum ab impubere relictorū. ff. de vulga & pupil substi.l.& cōtra tabulas, de leg. 3.l. vlti.§.fi.multa similia alia exempla super hoc dari possent.

Ideoque [a] cum constitutio nostra in ratione prædicta, contra diffinitiones prædictorum prædecessorum nostrorum (sicut asserunt) diffinierit Christum & Apostolos in ijs quæ habuerunt, habuisse non tantum simplicem vsum facti, sed [b] ius faciendi de ipsis: eosque ipsos fecisse scriptura sacra testatur: pertinacem assertionem dicentium ipsos ius huiusmodi minime habuisse, cum actus illorum fuisse concludāt non iustos, quod de Christo nefas est dicere, hæreticam declarando; concludere satagunt, licet [c] falso, nobis non licuisse declarare vel statuere supradicta [d]. Item quia constitutio, Ad conditorem canonum. contra diffinitiones prædictas fratres Minores asserit non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti: nituntur similiter concludere contra ipsam [e]. Quòd [f] autem quod in ratione prædicta prępmittitur: videlicet [g], quod illa, quæ per clauem scientiæ in fide ac moribus à summis Pontificibus semel sunt diffinita, eorum successoribus reuocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet secus sit (sicut dicunt) in ijs quæ per clauem potestatis per summos Pontifices ordinantur, prorsus sit contrarium [h] veritati, patet ex frequentibus euidenter: primo quidem secundum [i] illos, qui [k] tenent clauem [l] spiritualem nequaquā [m] esse scientiam, sed ligandi atque soluendi potestatem [n]: patet assertores prædictos ponendo esse [o] scientiam, errauisse [p]: pro quibus [q] facit clauis diffinitio [r], quæ à doctoribus [s] datur: Clauis est specialis ptās [t] ligandi atque soluendi [u],

m ¶ Nequaquam esse scientiam.] clauis enim talis spiritualis suscipitur per susceptionem ordinis sacerdotalis, vt inf. sequitur, absque alia angustia seu labore. Scientia autem cum à natura non insit, ab euentu est, & cum diligentia acquirit, in corpore auth. de quęstio § hęc omnia coll.6. 16.q. 1.sic viue. C. de excus. artific.l 1.lib.10. ff. de ædil.edic l pręcipiunt ędiles, cum scientia requirat studium, & exercitium studij exposcat vsum librorum. extra de verb sig c Exijt, §. porro. circa fin.lib.6. & de hoc per Gu'i.de elect.si postquam.lib.6.
n ¶ Potestatem.] in tali potestate cōsistit tota vis clauium per Christum Petro concessarum. Matth.16.cap, 24.q.1.quodcunque.
o ¶ Esse scientiam.] cum non sit.
p ¶ Errauisse.] aliud pro alio putando: hic enim est proprie error.1.:.q.1.cap in his 3.q.cap.quamuis.C.de castren pecu. militum l errat.lib.11.
q ¶ Pro quibus.] scilicet tenentibus clauem esse scientiam.
r ¶ Diffinitio.] idest, r, magistralis seu doctoralis descriptio.
s ¶ Doctoribus.] vnde doctor dicatur, & quę in doctore requirantur, & quibus doctor factus etiam de iure gaudeat priuilegijs, & quot, & quibus nominibus nūcupetur, vide si placet quod super hoc plene notaui extra de magistris, cum sit nimis.cle.5.
t ¶ Potestas.] quare talis potestas clauis dicitur, dixi statim in glo.quę instar.
u ¶ Atque soluendi.] s.supra terram, non autem mortuos

Marginal notes: Veraces tantum amādi. — Clauis spiritualis q̄ sit. — Cęlū de se apertū, & qr clausum dicitur. — Cęli aper[...] legali[...] [...] declaratur. — Scientia ab euentu est. — Errat qui aliud p alio putat. — r Hanc declarat Turrecremata 1. li. suę summę.c. 93. conclu. 8. Font. — Mortui an possint absolui.

qua iudex ecclesiasticus dignos [a] recipere, & indignos [b] excludere [c] debet à regno. Item quia claues [d] de quibus agimus, in collatione sacerdotalis ordinis conferuntur [e]: constat autem quòd ordinato in sacerdotem scientia communiter [f] non confertur [g]: quare secundum [h] illos videtur [i], quòd scientia non est clauis, sed potentia tantum ligandi atque soluendi debeat dici clauis [k]. Adhuc secundum [l] illos qui ponunt [m] vnam clauem [n] spiritualem [o] esse scientiam, & secundum illos, qui auctoritatem discernendi [p] inter [q] lepram & lepram esse asserunt clauem, & aliam potestatem ligandi atque soluendi [r]: noscuntur euidenter [s] errasse. Supponunt enim per claues [t] huiusmodi circa ea quæ fidei sunt, & alia [u] posse per constitutionem aliquam diffiniri: claues autem quæ in sacerdotali conferuntur [x] ordine ad [y] talia minime se extendunt: aliàs [z] sequeretur, quòd circa [a] præmissa possent constitutionem sacerdotes [b] simplices facere: quod [c] falsum est euidenter. Si autem intendant claues istas extendere ad generalem [d] potestatem attributam beato Petro suisque successoribus

tuos sub terra, ad hoc vide quod legitur & not. 24. q. 2. legitur extra de sent. excom. à nobis 2.

a ¶ Dignos recipere.] per pænitẽtiam ad soluendum: venia. n. non datur nisi correcto. 24. q. 2. legitur. 50. di. c. absit, & c. si qs postea. C. de summa trini. l. vlt. §. si. de hære. l. Manichæos. à contrario sensu.

b ¶ Indignos.] per contumaciam vel rebellionem. extra de maio. & obed. c. si qs, & c. cum in ecclesijs.

Excõicati sunt exclusi à regno cælesti.

c ¶ Excludere debet à regno.] s. cælesti. Sed qualiter per ptãtem ligandi dicantur indigni excludi à regno cælesti? Respondeo, quia ligati per excõicationis sñiam iuste, vt quia per inobediẽtiam resistunt: per hoc Dei ordinationi resistere dicuntur. 11. q. 3. c. qui resistit. cũ iudici ecclesiastico quilibet obedire ex præcepto Apostoli teneatur extra de maio. & obe. oẽs principet. 10. dist. certũ est, & c. suscipitis, vñ per inobedientiã quis mori præcipitur. extra de maio. & obe. c. si quis venerit. idest pex excõicationis sententiam velut mortuus à cõione fideliũ separari, extra qui filij sint legi. per venerabilem §. pen. quæ quidẽ excõicatio quem ab ipso corpore, quod est Christi Ecclesia, rescindit 3 q 4. Engeltrudam: & excõicatus iuste à Deo dr̃ separatus. 24. q. vlt. c. certum est, quia excõicatio dr̃ æterna mortis separatio. 11. q. 3. nemo, cũ cum Deus sit vita animæ, de pænit. dist. 1. cap. facilius ver. item si antequam, & vita vitæ, idest, animæ, quæ est vita corporis, de pæ dist. 2 charitas ver. item prouide, non immerito igitur quis per potestatem ligatus excludi à regno cælesti dicitur.

d ¶ Claues.] scilicet ligatoria vel absolutoria.

e ¶ Conferuntur.] de pænitent. dist. 1. ca. multiplex, & c. quem pænitet 21. dist in nouo, cum similibus. nec inferiori competere possunt in foro pænitentiali. extra de pæn. omnis, quòd prosequere vt not. Host. de offi. archid. cum fatis, & plenius in summa de pęn. cui confidendum. nam & si necessitatis tempore quis ꝓximo 1 confiteri possit, de pęnit. dist. 6. c. 1. dicto c. quẽ pænitet in ver. tanta. ipse tamen absoluere vel ligare non potest sibi confitentem: quia claues non habet, vt ibi, & not. ita de offic. ord c. pastoralis.

1 Vide B. Th. in q̃stionibus additis 3. par. q. 8. ar. 2.

f ¶ Communiter.] idest regulariter, & hoc dicit, quia aliquando ex infusione simul cum sacerdotio cõferri sciẽtia potest inspiratione Dei, sicut & reperti sunt aliqui, licet penitus laici in episcopos & archiepiscopos assumpti, vt B. Nicolaus, Ambrosius, & Seuerus. 56. dist. §. his omnibus.

Scientia cũ sacerdotio multis diuinit' infusa fuit.

g ¶ Non confertur.] istud oculata fide patet ad sensũ in multis ad sacerdotium promotis, qui absque scientiã sunt reperti, & ideo etiam à pontificali officio inde meruerunt deponi. extra de æta. & quali. ca vlt. Et hoc idem tenere videtur sanctus Thomas de Aquino 3. sententiarum. dist. 18. adde etiam quod dixi supra in glo. clauis enim, &c.

h ¶ Secundum illos.] scilicet qui dicunt clauem spiritualem nequaquam esse scientiam.

i ¶ Videtur.] Et est secũdum eos, & sic tale videre est topicum, nõ elenchum, simile de spon. c. præterea, qui mat accu pos. c. videtur, de transla. epis. inter corporalia. §. 1 de ser. c capellanus. ff. de ijs qui in testam. delen. l. proxime iuxta finem.

K ¶ Dici clauis.] quare hic dicas vt supra in glo. quæ ad instar. & glo. clauis.

l ¶ Secundum illos.] scilicet magistros, vel doctores.

m ¶ Ponunt.] idest supponunt, vel ponũt in opinione sua.

n ¶ Vnam clauem.] quasi velint dicere, ꝙ non sunt plures: quasi vna sola sufficiat, cũ vna tãtum sit sera claudens regnũ, s. peccatum, ad quam amouendam seu aperiẽdam clauis Ecclesiæ est inducta, nec sunt plures necessariæ.

Claudere peccatũ sera dr̃ vnica cęlũ.

o ¶ Spiritualem.] hic potes dicere quod dixi sup. in glo quæ ad instar.

p ¶ Discernendi.] i. discretionẽ faciendi.

q ¶ Inter lepram & lepram.] idest inter peccatum & peccatũ non. n. omnia peccata eandem exposcunt. 29. dist. cap. necesse. 45. dist c. 2. 50. dist. vt constitueretur, vnde in pænitentia eligendus est cõfessor sciens soluere & ligare. de pæn. dist 1. quem pænitet, & dist 6. c. 1. Alibi tamen hæc verba, lepram, & lepram sumuntur pro iudicio ecclesiastico, ciuili & criminali, extra q fil sint legi. per venerabilem. §. rationibus, circa finem.

Lepra & lepra qd repræsentat.

r ¶ Soluendi.] hic dicere potes quæ dixi sup. in verbo simili, soluendi.

s ¶ Euidenter.] idest patenter vel manifeste simile ff. de except. rei iudica. l. euidenter.

t ¶ Claues huiusmodi.] quas scientię fore dicunt.

u ¶ Et alia.] scilicet circa mores, vt in parte præcedenti.

x ¶ Conferuntur ordine.] hoc statim supra proxime per iura comprobaui.

y ¶ Ad talia.] scilicet quæ sunt fidei per constitutionem aliquam definiendam.

z ¶ Aliàs.] scilicet si ad talia se extenderent.

a ¶ Circa præmissa,] scilicet quæ sunt fidei.

b ¶ Sacerdotes simplices.] non habentes auctoritatẽ præeminentem.

c ¶ Quod falsum est.] cum ad solum Petrum & eius successores spectet constitutionem super fide. & declarationem aliquam facere. 24. q. 1. c. quotiens ratio, c. hæc est fides. & in c. Exijt. §. vlt. de verb. signi. lib 6. & de sum tri. cap fidei. §. nos igitur. Clem. 5. vtpote ad quos maiora Ecclesiæ negotia superna dispensatione iussa sunt referri. 24. q. 1. rogemus. 17. dist. cap. nec licuit, & c. huic sedi. extra de appel. vt debitus, in fin. de bapt. maiores.

Cõstõ super fide à solo Papa fieri põt.

d ¶ Generalem potestatem.] scilicet Quodcunque ligaueris super terram, &c. Matth. 16. c. 24. q. 1. quodcunque, & q. 2. legitur.

a ¶ In

a ¶ In personam eiusdē.] 40. dist. c. non nos. extra de re iud. ad Apostolicæ. §. nos itaque. & dic vt ibi not. per Inno in glo. vlt. & de fo. comp. licet. in gl. fi.
b ¶ Officij pastoralis.] dicendo, Si diligis me, pasce oues meas. extra de elect. c significasti.
c ¶ Per quam.] scilicet officij commissionem.
d ¶ Omnia concessisse.] probatur hoc argumento iurium. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. l. 1 §. vlt. de iurisd. om. iud. l. 2. de procur. l. ad rem. & l. ad legatum. extra de offi. deleg. c. præterea. nam aliàs talis cura commissa nullla videretur. ff. de offic. eius. l. vlt. extra de offic. delega. ex litteris.
e ¶ Vniuersalis.] sic dicta, quia vniuersaliter super omnes tā fideles quàm infideles habet potestatem. super quo vide id quod not. Hostiē. super hoc extra de voto & voti redempt. c. quod super his.
f ¶ Alium effectum.] quia reuocabilem. & mutabilem.
g ¶ Statuuntur.] cum statuta per clauē scientiæ dicant esse immutabilia & irreuocabilia, licet in statutis per clauem potestatis dicant secus esse, vt pat. in nō. te præcedenti.
h ¶ Alia per clauem scientiæ. scilicet immutabile & irreuocabilia, secundum illos.
i ¶ Alia per clauem potentiæ.] possibilia mutari & reuocari.
K ¶ Si ipsam dixerimus esse clauem.] conditionaliter hoc ponit, nō simpliciter nec asser iue propter opinionem aliam contrariam, vt princ. huius §. dixi. in glo. eod. clauis enim.
l ¶ Nil aliud.] nam cum talis clauis in susceptione sacerdotali ordinis conferatur, vt s. circa princ. huius §. & ibi probaui: absit dicere, quod in simplicem sacerdotem translata videatur potestas statuendi vel definiēdi de fide, quæ soli sedi Apostolicæ reseruatur in pro gatiuam priuilegij singularis, vt dixi j. proxi. in gl. cū ad solum nam in generali commissione non transeūt ea quæ quis non esset in specie verisimiliter permissurus. extra de offi. leg. c. quòd traslationem. de offi. vica. cap. cum; in generali. lib 6. ff. de pecu. l qui peculij. de pigno. l. obligatione. & arg extra de proc. c. non pōt Clem. 5. cum nec simplex sacerdos possit manum apponere ad ea quæ sunt ēt simplici episcopo reseruata 1. extra de consue. c. quanto de conse. eccl. c. aqua.
m ¶ Nisi auctoritas cognoscēdi.] subaudi, & salutare remedium in foro pœnitentiæ adhibendi, vt s. eod §. dictum est.
n ¶ De re aliqua cognoscendi.] & sic simplex est cognitio causæ data. datus ergo simpliciter ad cognocēdū nō censet datus ad definiendū, vt hic. & C. ad leg. Cor. de fal. l. vbi. de iud. auth. ad hæc, ex de off. deleg. super quæstionem §. nos autem. & §. verū. & §. porro. non enim simplex cognitor habet definitionē. vt not. ff. de procur. l. qui procuratorem. cū nec semper hēat iurisdictionem ff. de re iudi. l. ait prætor. licet super articulo, de quo iudex habet cognitionē, videatur regulariter habere iurisdictionem. ff. de verbor. sig. l. notionem. extra de offi. deleg. ex litteris. not. d. §. nos autē. secus autem (quoniā hic dicitur de cognitione) est in illo cui vices iudicis sunt cōmissæ, etiam cū clausula, donec commit. tens eas duxerit reuocandas: quia talis potestatem habet definiendi. extra de offic. deleg. cap. si delegatus. lib. 6. & antea hoc idem not. Host. eo. tit. c. si pro debilitate. licet Inno. contrarium ibi notaret, & male.
o ¶ Quare.] scilicet quia potens simpliciter cognoscere. non potest definire.
p ¶ Necessario requiratur.) cum enim cognoscere & definire sint diuersa, habens vnum, scilicet cognoscere, non ex hoc sequitur quod habeat aliud, ad instar habentis etiam liberam & plenam administrationem, qui per hoc donare non potest, nisi expressa sibi data sup hoc potestate. ff. de pact. l contra iuris. & l. vlt de dona. l. filius. arg. ff. de iureiur. l. iusiurandum. §. vlt. cum l. seq. ad instar. etiam illius cui simpliciter causarum cognitio est commissa, qui per hoc etiam inquisitionem de criminibus, & amotionem à beneficijs non consequit. extra de offi. vica c. licet. lib. 6.

Donare nequit habens administrationē ēt liberā.

q ¶ Soli claui.] scilicet, si dicatur vna tantum esse.
r ¶ Potentiæ.] scilicet cognoscendi.
s ¶ Et etiam diffinire.] scilicet cognoscendi, aliàs etiā diffinitio non competeret ex sola potestate cognoscēdi, vt supra.
t ¶ Dirigit.] lumen præbendo in tenebris. 15 q. 8. cap. sciscitātibus. vt videat & liberius discernat serā claudere, vel etiam aperire.
u ¶ Quantum ad hoc.] scilicet quo ad vsum clauium.
x ¶ Obtineat scientia.] scilicet in habente clauibus vti.
y ¶ Vicem lucis.] vt per scientiam habeat vim & claritatem in mente quo ad vsum clauium, & illam ponat in opere. 39. dist. Petrus. habens enim uti clauibus, dēt esse sciens soluere & ligare de pœnit. dist. 6. c. 1. aliàs suscipiens eas peccat, per ea quæ dixi in c. Execrabilis. circa princ. in verbo minus idoneis.

Clauibus habēs vti debet esse sciens.

z ¶ Beato Petro.] cū dixit, Et tibi dabo claues regni cælorum.
a ¶ Post illam.] scilicet promissionem clauium.
b ¶ Subiunxerit.] Matth. 16. 24. quæst 1. quodcunque & q. 2. legitur. extra de re iudi. ad Apostolicæ. §. nos itaque lib. sexto.

in [a] personam eiusdē in commissione officij pastoralis [b] per quam [c] vtique vr̄ euidenter ipsis omnia [d] concessisse, sine quibus pastoralis vniuersalis [e] cōuenienter cura nequit seu officium expediri: ad hoc claret ipsos etiam errasse: dicunt enim alium [f] effectum habere illa quæ per clauem scientiæ, & alium illa quæ per clauem potentiæ statuuntur [g], supponentes alia [h] per clauem scientiæ, & alia [i] per clauem potentiæ statui, seu etiam diffiniri: quod euidentrr est falsum: per clauem enim scientiæ, siue per auctoritatem discernendi, seu cognoscendi inter lepram & lepram (si ipsam [k] dixerimus esse clauem) nil [l] aliud per ipsum illi cui datur tribuitur, nisi [m] auctoritas cognoscendi. Ei autē cui datur auctoritas de 10 re aliqua [n] cognoscendi de illa diffiniendi non intelligitur esse data. Quare [o] restat, quòd ad cōuenienter statuendum seu aliquod diffiniendū, vtraque clauis, scilicet cognoscendi & diffi- 20 niendi necessariò requiratur [p], vel quòd soli [q] claui potentiæ [r] statuere competat & etiam diffinire [s]: sed sicut lumen materiale clauigerum in vsum clauis ma- 30 teriales dirigit [t], & quasi quantum [u] ad hoc obtineat [x] scientia vicem [y] lucis. Et hoc Saluator noster in promissione clauium facta beato Petro [z] sensisse videtur expresse, cum post [a] illam 40 immediate subiunxerit [b]: Et quodcunque ligaueris super terram,

a ¶ Solu-

erit solutum [a] & in cælis: nulla de scientia habita [b] mentione. Quod autem [c] subsequenter proponitur in ratione prædicta: videlicet, quòd in confirmatione & declaratione regulę fratrum Minorum, nonnullorum [d] prædecessorum nostrum, videlicet Honorij tertij, Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti verba huiusmodi continentur: Hęc est regula Euangelica: & cętera [e] supra posita vsque ibi, in nudo vsu facti etiam constitisse patet: prorsus obuiat [f] veritati. Honorius quidem prefatam regulam absque declaratione aliqua confirmauit: in cuius confirmatione de verbis [g] prædictis mentio aliqua [h] non habetur, vt liquere potest cuilibet confirmationem huiusmodi intuéti [i], nisi quatenus de vita Euangelica habetur mentio in [k] ipsa regula confirmata, ibi cũ dicit: Hæc est regula fratrum Minorũ videlicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia [l], sine proprio, & in castitate. Et quibus verbis concludi non potest, quòd per ipsum prædecessorem nostrum ea quæ ipsi in verbis prædictis asserunt [m] fuerint diffinita, [n] immo [o] potest concludi potius quòd vita Euangelica, quam Christus & Apostoli tenuerunt, habere in cõmuni aliqua non [p] excludat, cum sine proprio viuere, non exigat quòd sic viuentes nihil habeant [q] in communi. In declarationibus quoque Gregorij, Innocentij & Alexandri prædictorum, qui eandem regulam absque cõfirmatione alia declarant similiter nulla prorsus fit mentio de [r] prædictis: immo per eas euidenter ostenditur, eorũ quæ [s] habere licet ipsis fratribus, vsum [t] iuris ad ipsum ordinem pertinere. Gregorius [u] quidem in sua declaratione quantum ad hoc interseruit quæ sequuntur: Dicimus quòd nec

a ¶ Solutũ & in cælis.] sed hoc intellige claue non errante: aliàs enim si ligãdo vel soluẽdo erraret, ligatus vel solutus quis non dr quo ad Deum. Frequenter enim fit, vt quia per Ecclesiã militãtẽ foris mittit: intus sit, s. in Ecclesia triumphãti: & ille foris est, scilicet extra ecclesiã triũphantẽ, qui intus, scilicet in Ecclesia militanti retineri videtur. 24. q. 3. cap. si quis non recto. extra de sent. excõ. à nobis 2. talis autẽ error vt in pluribus vitatur in vsu clauium per scientiam soluendi & ligandi.

Excõicatus quo ad Ecclesiã militantẽ, sæpe est absolutus quo ad triumphãtem.

b ¶ Habita mentione.] quam verisimile est ipsum fecisse, si sciẽtiã talẽ reputaret, cũ enim se daturum claues promisisset, nõ videretur promissum perfecte adimpleuisse, nisi id quod clauẽ reputaret, tradidisset arg ff. de leg. 3. l. librorum. de auro & arg. leg. l. quamuis. de cõsti. pecu. l. promissor. §. constituto. de act. emp. l. 2. §. vacua. de vsu. l. videamus. § in Flauiana. cõstat enim quod facta Christi perfecta fuerint: ipse enim opus imperfectionis non nouit, vt scriptura sacra testat, & arg. ad hoc in corpore authen. constitutio, quæ de dig §. illud. coll 6

Christi facta fuerunt perfecta.

c ¶ Quod autem subsequẽter.] quarta pars.

d ¶ Nonnullorũ.] id est, aliquorũ, duplici negatiua per affirmatiuam exposita. & super hoc vide quod dixi in cap. cum inter nonnullos.

e ¶ Et cætera.] hæc clausula cõprehensiua est multorũ verborum vt hic vides. Simile ff. de lib. & postu. l. Gallus. extra de libel. obl. dilecti. de appel. significantibus. de re iudic. ad Apostolicæ §. licet. verò deierauit. Vnde facit in arg pro more tabellionum, qui habent in aliquibus regionibus, quòd recipientes notam in protocollo de aliquo facto vel contractu, vtuntur frequenter ista clausula, & post redigendo instrumentum in mundum, apponunt multa verba, quæ non apposuerunt in nota vel in protocollo, & illa subintellecta fore dicuntur sub tali clausula, & cætera. de iure tamen scripto nihil plus vel minus in mundo quàm in protocollo debet reperiri, vt omnis falsitas & suspicio euitetur. in corpore auth. de tabel. §. illud quoque & seq. coll. 4.

f ¶ Obuiat veritati.] & per consequens falsum est, vt dixi supra in parte 1. in versi. falsas.

g ¶ De verbis prædictis.] supra proxime & plenius supra parte. 2. contentis.

h ¶ Mentio aliqua non habetur.] Vnde falso Honorij verba super hæc allegant: quare in periculum criminis falsi se forte inuoluunt ff. ad leg. Corn. de fal. l. vlt. C. de iust. Codi. confir. §. hac igitur.

i ¶ Intuenti.] & sic oculata fide veritas huius elucescit. iusti. de gra. cognati. §. vlt.

k ¶ In ipsa regula cõfirmata.] Vnde Honorius per talem recitationem aliquid non definitũ, propositum, factum, aliquid ve et definisse dici non potest. arg. C. de proba. l. rationes. communia vtriusque iudicij. in l. scriptura. cum simil. ex quibus probatur verba enarratiua fidem non facere. ad hoc autem clarius facit extra de præbend. c. si dignitatem. Cle. 5.

Verba enarratiua fidem nõ faciunt.

l ¶ In obedientia.] hæc tria quæ sequuntur sunt de substantia religionis. de statu mona. cum ad monasterium. §. vlt.

m ¶ Asserunt.] scilicet Christum & Apostolos nihil commune vel proprium habuisse.

n ¶ Diffinita.] nam per modum recitationis non diffinitionis per Papam Honorium fuerint expressa: vnde verba sua ad vnum effectum inducta, non sunt ad aliũ extendenda, etiam in fauorabilibus. ff. de conditio. & demõst. l. cum tale. §. vltimo. de adimen. leg. l. inutiliter. & de libe. leg. l. Aurelius. §. testamento, de manumis. testamen. l. Titia. §. Lucius. extra de præbend cap. si dignitatem. Clem. 5. vbi de hoc dixi.

o ¶ Immo.] super hoc verbo videre potes quod dixi in cap. Execrabilis. circa princip. super verbo immo.

p ¶ Non excludat.] scilicet per hoc quod ibi dicitur Christum & Apostolos sine proprio vixisse.

q ¶ Nihil habeant in communi.] cum proprie loquẽdo habere in communi aliquid nõ sit proprium habere: de quo satis plene dixi in cap. ad conditorem. & c. cum inter nonnullos.

r ¶ De prędictis.] scilicet verbis, quæ detrahentes prædictis constitutionibus in eorum declarationibus asserunt contineri.

s ¶ Quæ habere licet.] hic vide quod dixi in c. Ad conditorem.

t ¶ Vsum iuris.] non ergo tantum simplicem vsum facti, vt d c. Ad conditorem & c. cum inter nonnullos.

u ¶ Gregorius.] ponit verba declaratoria Gregorij.

a ¶ Debeat

in ſpeciali, nec in cōmuni debent habere [a] proprietatem: ſed vtenſiliū, librorū, & rerum mobilium, quas licet [b] habere, ordo uſum habeat, & fratres ſecundùm quod Generalis Miniſter & Prouinciales ordinandum duxerint, his utantur. Innocētius [c] autem & Alexander præfati in ſuis declarationibus ſic dixerunt: Dicimus inſuper, quòd cum in ipſa regula contineatur expreſſe quod Fratres nihil ſibi approprient, neque domum, neque locum, neque aliquā rem, quòd nec in communi nec in ſpeciali debent proprietatē habere, ſed locorū, & domorum, & vtenſilium, & librorū, & eorum quæ licet habere, ordo vſum habeat: & Fratres ſecundum qđ Generalis & Prouinciales Miniſtri ordinādum duxerint, his utuntur. Cum enim dicatur in declarationibus [d] ſupra dictis, quòd ordo uſum rerum habeat præmiſſarum, ad uſum iuris neceſſe [e] eſt hoc referri: facta quidem quæ ſingulorum [f] ſunt, perſonam ueram exigunt & requirunt [g]: ordo [h] autem uera perſona non eſt [i], ſed repræſentata [k] & imaginaria [l] potius eſt cenſenda: quare [m] quæ ſunt facti, ſibi uere conuenire [n] nequeunt, licet ei [o] poſſint congruere, quæ [p] ſunt iuris. Adhuc [q] licet declaratio Nicolai quarti prædicti contineat quæ ſequuntur: Hi ſunt [r] illi ſanctæ regulæ [s] profeſſores, qui Euangelico fundātur eloquio [t], uitæ Chriſti roborantur [u] exemplo [x], fundatorumque [y] militantis Eccleſiæ Apoſtolorum [z] eius [a] ſermonibus & actib. firmantur. Et poſt in eadem declaratione ſubiunxit [b], dicens quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali quàm in communi ꝓpter Deum, meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus uitam perfectionis oſtendens uerbo docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ prout ab ipſo fonte hauſerant, uolentes perfecte uiuere per doctrinæ ac uitæ ipſorum alueos direxerunt: Ex uerbis tamē prædictis [c] nequaquam po-

a ¶ Debent habere ꝓprietatem] hæc verba & ſequentia iſtos mouere potuerunt ad detrahendum dictis cōſtitutionibus, male tamen.

b ¶ Quas licet habere] hęc verba ſane intellecta retorquentur ꝯ tales: qa ſupponunt, ꝙ aliquod ius cōpetat habendi in talibus rebus: vt in c. Ad conditorem.

c ¶ Innocentius.] ponit uerba declaratoria Innocentij Papę, & Alexādri; ſuper quibus dicas quod s̃ proxi. dixi.

d ¶ Declarationibus ſupradictis.] ſcilicet Gregorij, Innocen. & Alexan.

e ¶ Neceſſe eſt hoc referri.] cum aliàs ſupponeretur iniuſtus, ꝙ dicere nefas eſt, ut in c. Ad cōditorem. & ca. cum inter nonnullos. & ibi plene dixi.

f ¶ Singulornm ſunt.] ideſt per ſingulos explicanda.

g ¶ Et requirunt.] eſſe enim debet perſona habens factum explicare, nec ante iuris ratio quàm perſona quærēda eſt. ff. de iure cod. l. quidam referunt.

h ¶ Ordo autem.] ſcilicet Minorum in genere.

i ¶ Non eſt.) cum ſit nomen intellectuale carens anima: ſed poteſt dici fungi uice perſonæ ſicut hæreditas municipium, ſocietas, collegium, vniuerſitas. ff. de fideiuſ. l. mortuo. inſt. de ſtipu. ſeruorum. in princ. C. depoſiti. l. cum hæreditas.

k ¶ Sed repræſentata.) ſcilicet iuris diſpoſitione: ſicut hęreditas iacens perſonam defuncti repræſentat ff. de nouat. l. nouatio. in fi. de acqui. rerū do. l. hæreditas enim inſtit. de hęred. inſti. l. ſeruus alienus.

Hæreditas iacēs defunctū repſētat.

l ¶ Imaginaria.] ideſt in imagine ītellectus cōcepta: ſicut aliàs aliq̄d intellectu percipitur magis quā facto uel uerbo dr̃. ff. de ſol. l. ratum. de condi. ob cauſam. l qui ſe. de iure dotium. l. ſi licet. §. quotiens. de dona inter uirum & uxor. l. 3. §. vlt.

m ¶ Quare.] ſcilicet quia facta per ſingulos explicanda perſonam ueram exigunt: & ordo uera perſona non eſt.

n ¶ Conuenite nequeunt] probatur hoc per iura. hęreditas enim quę de ſe quid uniuerſum eſt. ff. de re iur. l. hæreditas. de uerb. ſignific. l. nihil. ea quæ facti ſunt explicare non pōt. nec illa ſibi conuenire poſſunt. ff. de acqui. rerum do. hæreditas in multis. ſi quis teſtamēto liber eſſe iuſſus. l. 1. § Scęuola. Et populo ut uniuerſo auditio diuinorum, quæ facti eſt, cōuenire non pōt. ext. de ſen. excom. c. ſi ſcientia. §. cum vero. ſic nec ordini ut uniuerſo: vñ uniuerſitas uel collegium, q̄ facti ſunt, ꝑ ſe explicare non poteſt: ſed per membra ſua illa explicat, & explicare cogitur. ff. de cond. & demon. l. mu cipibus. & arg. C. de appa. præf. præto. l. cornicularij. li. 12. de excuſ. mune. l. maximarum. li. 10. de aduo. diuer. iudi. l. reſtituendæ. ſic etiam ſentit Innoc. de ſent. excom. Romana. circa fi. & Compoſt de reſcr. c. eam te. in gl. 4. § ſed quid ſi canonici. & Accurſius. C. de iur. cal. l. 2. §. hoc etiam. in uer. plurima per te. & ad hoc adde quod dixi in ca. fratrum. ſuper uerbo, ciuitatibus.

o ¶ Ei.] ſcilicet ordini, ut uniuerſo

p ¶ Quæ ſunt iuris.] ut eligere, ſtatuta facere, aliquem in fratrem recipere, & ſimilia. argum. 16. q. ult. cōgregatio. extra de elec. nullus. & cap in Geneſi. & poteſtas acquirendi ea quorum ordo capax eſt. argum. ff. de ſtipu. l. ſeru. l. uſusfructus. quibus mo. uſuſ. fru. amit. l. ſeruo hæreditario.

q ¶ Adhuc licet.] Quinta pars, & ponit uerba declarationis Nicolai tertij, aliàs 4. contenta in decret. Exijt. §. porro. de uerbor. ſignific. lib. 6.

r ¶ Hi ſunt.] ſcilicet fratres Minores.

ſ ¶ Regulæ.] ſcilicet beati Franciſci.

t ¶ Eloquio.] .i. verbo. ff. de dona. l. Aquilius.

u ¶ Roborantur.] id eſt ſolidantur, uel firmantur

x ¶ Exemplo.] cuius quidem Chriſti omnis actio noſtra eſt inſtructio. 2. q. 1. Deus omnipotens. extra de ſepul. ca. 1.

y ¶ Fundatorumque.] repete, roborantur exemplo.

z ¶ Apoſtolorum] dicuntur igitur Apoſtoli militantis Eccleſiæ fundatores. ſimile de elect. fundamenta. lib. 6.

a ¶ Eius] ſcilicet Chriſti, uel militantis Eccleſiæ.

b ¶ Subiunxit, dicens.] hoc uidere potes quid ſuper ver. his ſequentibus dixi in c. cum inter nōnullos. in uerbo declaramus.

c ¶ Prædictis] ſcilicet Nicolai quarti.

teſt colligi, quod præfati prædeceſſoris noſtri Nicolai intentio [a] fuerit dicere, quòd dicta [b] regula quo ad omnia quæ continentur in ea, Euangelico [c] fundetur eloquio, ac vitę Christi roboretur [d] exemplo: nec quòd Apoſtolorum uita & actibus ſit firmata. Cōſtat enim multa [e] contineri in dicta regula, quæ nec Christus uerbo docuit, nec [f] exēplo firmauit, utpote quòd præcipit conditor [g] regulæ Fratribus vniuerſis, ut nullo modo denarium [h] uel pecuniam recipiant per ſe, uel per interpoſitam perſonam, nec non & de multis alijs contentis in dicta regula: quæ utique nec Christus, nec Apoſtoli uerbo docuerunt, nec firmauerunt [i] exemplo. Nec obſtat, quòd Christus portare pecuniam Apoſtolis & diſcipulis, dum ipſos ad prædicandum mitteret, interdixit [k]: quod tamen [l] antequā eos mitteret ipſis fuiſſe legimus interdictum. Quodque poſt reditum pecuniam portauerunt in pleriſque locis Euangelica ueritas, & Apoſtolica dicta [m] teſtantur. Præterea [n] Auguſtinus dicit [o] expreſſe, quòd [p] illud non [q] fuit præceptum, ſed poteſtas recipiendi neceſſaria ab ijs, quibus prædicabāt Euāgelium: quam [r] ſeruare [s] Apoſtolis licuit, uel etiā nō ſeruare. Sed [t] hoc Romanus Pontifex prædeceſſor noſter Nicolaus quo ad principalia tria ucta, ſcilicet in obedientia [u] uiuere, & ſine proprio, & in caſtitate, ac alia ſi qua Euangelio reperiantur expreſſa, in dicta regula uidetur intellexiſſe [x] dicere in declaratione prædicta: quod [y] utique declarationibus [z] noſtris in nullo obuiat ſupradictis: adhuc non apparet ipſum [a] dixiſſe [b] ſuſtentationem Christi & Apoſtolorum eius in ſolo & nudo [c] ſimplici conſiſtere uſu facti: cum quo [d] ad Christum & Apoſtolos nullam præfatus prædeceſſor noſter Nicolaus in ſua declaratione fecerit [e] mentionem: immo ſenſiſſe ſatis uidetur expreſſe, quòd ius [f] aliud à proprietate habuiſſe potuerunt: cum de [g] ſola abdicatione proprietatis non iuris [h] alterius in præfata declaratione, quantum [i] ad ipſos attinet,

a ¶ Intentio] ad quam ſemper recurrendum eſt: & ſuperficiei litteræ eſt præferēda. extra de præb. cū olim. ff. de condi & demon. l. in cōditionibus. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. § fi.

b ¶ Dicta regula] ſcilicet ſancti Franciſci.

c ¶ Euangelico fundetur eloquio.] id eſt fundamentum ſuſcipiat ex uerbo Euangelico.

d ¶ Roboretur exemplo.] ſcilicet quo ad omnia in ea contēta, ut ſupra

e ¶ Multa.] de quibus infra ſubijcitur.

f ¶ Nec exemplo.] ſcilicet facti.

g ¶ Conditor regulæ.] beatus Franciſcus.

h ¶ Denarium uel pecuniam.] de denario uel pecunia recipiendis ſpecialis per regulam facta fuit interdictio. dicto c. Exiit §. cæterum in eadem: quia ipſorum receptio naturaliter, ut in pluribus, frequenter quem ad illicitum impellit.

i ¶ Nec firmauerunt exemplo] cum & Christus & Apoſtoli habuiſſe loculos & pecuniam ſint reperti: quod ipſe quere ut dixi in c. cum inter nonnullos.

k ¶ Interdixit] Matth. 10. cap.

l ¶ Quod tamen.] ſcilicet pecuniam portare.

m ¶ Dicta teſtantur.] ſed ubi? Vide quod no. plene in c cum inter nōnullos. in gl. ſcripturę ſacræ.

n ¶ Præterea Auguſtinus.] expoſitor uerborum Christi interdicētis Apoſtolis cum ad prædicandum mitterentur, pecuniam portare.

o Dicit expreſſe.] dicto ca. Matt. 10. & Th. ibidem poſt eum.

p ¶ Quòd illud ſcilicet pecuniam non portare.

q ¶ Non fuit præceptum.] id eſt, in vim præcepti iniunctum: quia tunc contra facere, eſſet peccatum. 4. diſt. §. vlt. ſecus in ijs quæ ſunt de conſilio perfectionis, ut ibi, & 14. q. 1. quia ergo. not. extra de æta. & quali. ad aures.

r ¶ Quam] ſcilicet poteſtatem recipiendi neceſſaria ab ijs quibus Euangelium prędicabant.

ſ ¶ Seruare Apoſtolis licuit] nō erat enim magnū ab illis uitę neceſſaria & tēporalia recipere, quibus ſpūalia miniſtrabant. 1. ad Cor. 9 extra de præſcr. cum ex officij. de off. ord. c ſi epiſcopus lib. 6. 13. q. 1. § his ita.

t ¶ Sed hoc.] ſcilicet quod regula eorum Euangelico fundetur eloquio, & fide Christi & Apoſtolorum roboretur exemplo, quod ſine proprio ſpeciali vel communi habeant eſſe fratres: vt fuerat Christus & Apoſtoli. Hic aūt ſume litteram, videtur intellexiſſe dicere. quæ eſt infra.

u ¶ Obedientia.] quę diciē melior quam victima. extra de maio. & obe. ca. illud. & quæ ſit rō, exprimitur ſup. c. quorundam. §. pen.

x ¶ Intellexiſſe dicere] ſubaudi non autem prohibuiſſe uſum etiā cum iure utendi & hoc latius infra patebit.

y ¶ Quod utique.] ſic ipſum intellexiſſe.

z ¶ Declarationibus noſtris.] ſcilicet factis in conſtitutionibus, Ad cōditorem. & quæ cum inter nonnullos. cum in eis non dicatur quin carere proprio, & ſub obedientia, & in caſtitate uiuere debeāt, & quin quo ad Euangelica in regula expreſſa, ipſa regula Euangelica dicatur.

a ¶ Ipſum] ſcilicet Nicolaum quartum.

b ¶ Dixiſſe] ſcilicet in ſua declaratione.

c ¶ Nudo.] id eſt, deputato & denudato ab omni proprietate & dominio, & ab omni iure utendi.

d ¶ Quo ad Christum & Apoſtolos.] licet quo ad fratres de tali uſu expreſſerit.

e ¶ Fecerit mentionem.] hic videre potes quod dixi ſupra eodem §. proximo. circa princip in gl. vnde falſo.

f ¶ Ius aliud.] ſaltem perſonale, vel perſonæ cohærens.

g ¶ De ſola abdicatione proprietatis] de ipſa ſola mentionem faciendo per modum abdicationis, aliud ius abdicaſſe in dubio non uidetur ſenſiſſe. argum. ff. de fun. inſt. l. quæſitum. §. idem reſpondit domo. & l. cum de lanionis. §. cum fundi. in lib. feud. de feu. cog. l. 1. in fi.

h ¶ Non iuris alterius] ſcilicet utendi.

i ¶ Quantum ad ipſos.] ſcilicet Christū & Apoſtolos.

Tēporalia recipiat qui ſpiritualia miniſtrat.

mentio habetur. Adhuc idem Nicolaus prædecessor noster videtur sensisse, quòd Christus & Apostoli etiam [a] quo ad proprietatem habuerunt aliquid in communi: cum enim in sua declaratione prædicta verba de abdicatione proprietatis dixisset [b], respondens obiectioni tacitæ, quæ sibi de loculis, quos Christus habuisse in Euangelio [c] legitur, poterat fieri, statim quæ sequuntur subiunxit: Nec his quisquam putet obsistere quod interdum dicitur Christum loculos [d] habuisse: nam sic ipse Christus, cuius perfecta sunt [e] opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum [f] imperfectioni condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic & infirmorum personam Christum asserit in loculis suscepisse: Aliàs impertinens [g] de loculis fuisset obiectio, nisi intellexisset Christum etiam quo ad proprietatem loculos habuisse. Præterea si diceretur Christum in loculis habuisse tantummodo simplicem vsum [h] facti, frustra [i] diceretur, quòd in persona infirmorum ipsos Christus habuit loculos: cum [k] secundum eum † perfectis [l] etiam conueniat habere simplicem vsum facti. Et [m] si quæratur propter [n] quos infirmos istos loculos habuerit, Augustinus [o], cuius dictum insertum est [p] in decretis, respondet dicens: habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat: vnde [q] constat ipsum [r] de suis [s] discipulis hoc sensisse. Nec hoc scilicet in communi & quo ad proprietatem aliqua habere derogat, iuxta dictum Gregorij noni prædicti, altissimę [t] paupertati, qui in quadam sua decretali [u] dicit expresse, fratres Prædicatores [x] & Minores in altissima paupertate Christo pauperi famulari: & tamé constat ipsos Prædicatores habere in communi etiam quo ad proprietatem aliqua [y], quod [z] eorum [a] regulæ & statui non [b] repugnat. Hoc ét [c] Alexander [d] prædecessor noster prefatus in condénatione libelli [e] contra statum Prædicatorum & Minorum editi, vide-

a ¶ Etiam quo ad proprietatem.] quasi dicat nedum quo ad ius vtendi.
b ¶ Dixisset.] d c. Exijt. §. porro.
c ¶ In Euangelio legitur.] Io. 12. & 13. c. & 12. q. 1. cap. habebat Dominus.
d ¶ Loculos.] hoc verbũ expone vt dixi in c. cũ inter nonnullos. in gl. scripturæ sacræ.
e ¶ Perfecta sunt opera.] ipse. n. opus imperfectionis non nouit.
f ¶ Infirmorum.] ratione imperfectionis.
g ¶ Impertinens] hic nihil curo dicere: qa satis dixi ẽt ante publicationẽ huius constitutionis in ca. cum inter nonnullos. in gl. quæ incipit, mirabile, ibi videas.
h ¶ Vsum facti.] absque alio iure proprietatis.
i ¶ Frustra diceretur.] & sic quo ad hoc sua declaratio fuisset inanis, frustratoria, & vacua: quod non est censendum: quia in constitutione verba apposita nõ debent esse superflua. C. de nouo. cod. compo. circa medium. 19. dist. si Romanorum. nec frustratoria. ff. de leg. 1. l. si quã do immo debent aliquid operari. ff. de vsu. si stipulatus. extra. de maiori. & obed. solitę. de priui. c. si Papa. li. 6. de concess. pręb. c. cum ei quem. cle. 5.
k ¶ Secundum eum.] scilicet Christum: vel dic eum, scilicet Nicolaum iiij.
l ¶ Perfectis etiam.] quasi dicat nedum ratione imperfectionis infirmis.
m ¶ Et si quæratur.] forte per volentem diligẽter cuncta rimari & perfecte intelligere id quod legitur. argu. in corpore authen. de quæstio § pe. col. 6. & in ca. quia nonnumquam. §. nos autem.
n ¶ Propter quos.] id est, quorum contemplatione & intuitu.
o ¶ Augustinus.] Ecclesię doctor egregius & confessor eximius. extra de reliquijs. cap. gloriosus. lib. 6.
p ¶ Insertum est in decretis) 12. q. 1. c. habebat Dominus. hanc auctoritatem Augustini expone, & super ea dic vt plene not. in c. cum inter nonnullos in gl. scripturæ sacræ. vltra medium eiusdem glossę.
q ¶ Vnde.) scilicet quia Dominus loculos habebat oblata conseruans, & suorum, &c.
r ¶ Ipsum.] scilicet Christum.
s ¶ De suis discipulis.] illi appellatione suorũ de quibus pręmiserat nõ immerito cõprehenduntur: vt potè per eũ sine fraude & fictione recepti & sui familiares & domestici commensales, arg. ext. de verb. sign. c. sicut. de priuil. c. licet. de sen. excom. quicunque. lib. 6. ratione enim seruitij dicebantur sui. C. in quib. cau. col. censi. l. 2. lib. 12. & ibi not. Alibi autem alio respectu sui dicuntur, contra quos quis testimonium ferre non cogitur. C. ad Turpil. si fęmina, & ibi nota. per Gar. dicto cap. quicunque. & ad hoc facit extra de testi. cap. de cætero.

Suorũ appellatiõe qui continentur.

t ¶ Altissimę paupertatis.] cum nec videantur derogare perfectioni: quia sine eius impedimẽto possunt in communi aliqua possideri. 12. q. 1. cap. expedit.
u ¶ Decretali.] extrauaganti.
x ¶ Prædicatores.] Nota Pręedicatores pręmitti: quia primo processit eorum institutio. simile extra de excess. præla. cap. 1. de relig. dom. cap. 1. de dec. cap. 1. in suprascriptione. lib. 6.
y ¶ Aliqua.] puta horrea, cellaria, pro grano, & vino recolligendis.
z ¶ Quod.] scilicet habere aliqua in cõmuni.
a ¶ Eorum.] scilicet Prædicatorum.
b ¶ Non repugnat.] cum ipsorum regula habere eis talia non interdicat.
c ¶ Hoc etiam.] scilicet quod habere aliqua in communi etiã quo ad proprietatem non derogat paupertati.
d ¶ Alexander.] scilicet quartus, cuius confirmationem dicti detractores pro se inducebant, vt supra in parte. 2.
e ¶ Libelli.) id est facta de libello subuersiuo, vel detractorio quantum in se erat ordinum Prædicatorum & Minorum. Et quæ sit pœna contra proponentem libellum diffamatorium alterius, vide quod legitur C. de famo. libel. l. 1. ff. de iureiur. l. lex Cornelia. §. si quis librum. & 5. q. 1. c. quidam.

a ¶ In qua.] scilicet condemnatione.
b ¶ De dictis fratribus.] scilicet Prædicatoribus & Minoribus.
c ¶ Ijdem fratres.] scilicet Minores & Prędicatores.
d ¶ Propter Deum dereliquerint.] sic fecerūt Apostoli, vt in Euangelio legitur, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c.
e ¶ Exilia] id est tenuia & pauperrima. sicut vulgariter dici cōsueuit, quod frequenter aliqua ecclesia vel dignitas habet prouentus pauperes & exiles. merito autem sic dicuntur exilia: quia eisdem fratribus per quæstum publicum tribuere victum solet incerta mēdicitas extra de relig. do. c. 1. §. confirmatos. C. de mendicā. vali. l. 1. lib. 10.
f ¶ Pauperem.] idest, in paupertate viuere volentem.
g ¶ Perfectionem Euāgelicam.] iuxta quam saltem de cōsilio omnia abdicanda sunt, vt in Euangelio legitur, Si vis perfectus esse, vēde omnia quæ habes, & da pauperibus. 14. q. 1. §. 1. not. extra de æta. & quali. ad aures.
h ¶ Propter quod.] s. quod Christum dicuntur imitari, & perfectionem Euangelicam amplexari.
i ¶ Eos.] scilicet Fratres Prædicatores.
K ¶ In statu saluandorum.] Per hoc quod reliquerūt omnia propter Deum.
l ¶ Sed etiam perfectorum.] in hoc scilicet quòd Christum imitantes perfectionem Euangelicum amplexantur.

tur sensisse, in [a] qua aliquando de dictis [b] fratribus quæ sequuntur subiunxit: cum insuper respondet, quòd ijdem fratres [c] omnia propter [d] Deum dereliquerint, exilia [e] vitæ subsidia mendicantes, Christumque imitentur pauperem [f], perfectionem [g] Euangelicam amplexando, propter [h] quod euidenter apparet eos [i], non solum in statu saluandorum [k] existere, sed [l] etiam perfectorum, & per suæ religionis obseruantiam [m], quæ quidem ipsius perfectionis Euangelicæ tenet [n] formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem [o] gloriam promereri: vbi [p] quidem expresse dicit, Prædicatores Christum pauperem imitari [q], ipsosque perfectionem Euangelicam amplexari [r], & in statu existere perfectorum: quodque ipsorum reli-

gionis obseruantia perfectionis Euangelicæ tenet formam: & tamen constat ipsos [s] habere posse etiam [t] quo ad proprietatem aliqua [u] iuxta eorum regulam in communi. Nec obstat [x] quod dicunt Innocentium (alias Cælestinum) v. prædecessorem nostrum dixisse altam paupertatem esse, habere pauca [y] propria propter Deum: altiorem quæ nulla [z] habet propria, tamen habet in [a] communi: altissimam, quę nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communi: dicimus quidem quod hoc dixerit, non vt Papa [b], sed vt frater [c] Petrus de Tarantasia in quadam postilla sua, quare [d] dicta præmissorum summorum Pontificum [e] sunt ei [f] merito præferenda [g]. Dicunt etiam, quod Apostolus de tali altissima [h] loquitur paupertate dicens [i], & altissima

esse altiorem paupertatem quam in proprijs: quia illa vere dici non possunt propria arg. ff. de verb. sign. l. pupillus. §. vlt. 47. dist. c. sicut hi. & quia in illis non competit sic plena dispositio sicut in proprijs. ff. communi diui. l. Sabinus. iuncta l. in re mandata. C. manda. & in illis naturali vitio euenit negligi quod communiter possidetur. C. quando & quib. quarta pars l. 2. lib. 10. Et per eandem viam loquendi magistraliter vel argumentaliter potuit moueri Innocentius iste ad dicendum quod altissima sit paupertas, nihil habere velle, etiam in cōmuni propter abdicationem omnimodam sollicitudinis temporalium: quæ vix sine peccato saltē veniali exerceri potest. 16. dist. in. æqualis.

Possessa cōmuniter negligunt frequenter.

b ¶ Non vt Papa.] tanquam Papa enim multa potuisset declarando, nedum fidei articulum: immo & nouum [t] articulum inducendo, quod intellige vt diximus in capit. cum inter nonnullos. in verbo, declaramus.

t vide oio B. Thomā 2. 2. q. 4. ar. 10.

c ¶ Sed vt frater Petrus.] & sicut priuatus, uel vt magister non potens constitutionem generalem inducere: cum hoc facere solum spectet ad principem. C. de legi. l. 1. Sic aliàs est reperire quod quis Papa, existēs, aliqua profert non tamquam Papa, sed vt magister: & tamen eius dictis tamquam magistri non statur. extra de resti. spol. c. litteras. §. nos autem cum ibi no. Nec interlocutoriæ eius sine causæ cognitione prolatæ in certo negotio, statur in alio, cū non vt princeps eam sic tulisse videatur. C. de legib. l. 3. §. vlt. & aliàs reperitur quod aliquis nō vt ipse, sed vt aliquis aliqua facit. ff. de adopt. l. si pater. § qui duos sol. mat. l. si vero negotium. §. 1. ad senatusconsul. Syllan. l. si sequens. in fi. C. de admin. tu. l. cum quædam cum similibus.

m ¶ Obseruantiam.) de se multum meritoriam existentem, vt in c. quorundam § penul.
n ¶ Tenet formam.] in relinquendo omnia propter Deum.
o ¶ Præcellentem gloriam (scilicet vitæ æternę: iuxta verbum Euangelij, Centuplum accipiet, & vitam ęternam possidebit.
p ¶ Vbi quidē.) scilicet in dicti libelli cōdemnatione.
q ¶ Imitari.) volendo in paupertate viuere.
r ¶ Amplexari.] in relinquendo omnia propter Deū.
s ¶ Ipsos.) scilicet Prędicatores
t ¶ Etiam quo ad proprietatem.) quasi dicat, nedum quo ad usum.
v ¶ Aliqua.) expone hic vt supra.
x ¶ Nec obstat.) scilicet prædictis, quod habere aliqua in communi non obuiat altissimæ paupertati.
y ¶ Pauca propria.) forte ad vitæ sustentationem arg. 47. dist. cap. sicut hi.
z ¶ Nulla habet propria. scilicet in singulari.
a ¶ In cōmuni.) ideo in illis magistraliter dici potuit.

d ¶ Quare.) scilicet quia illa dixit non vt Papa, sed vt frater Petrus.
e ¶ Summorum Pontificum.] s. Nicolai iiij. supra in versu, adhuc idem. & Gregor. supra in versu, nec hoc scilicet & Alexandri sup. verb. hoc etiam.
f ¶ Ei. scilicet Innocentio, qui prædicta non vt Papa, sed ut priuatus dixit.
g ¶ Præferenda.] vtpote auctorizabilia, & ab omnibus obseruanda. 11. dist. nolite ext. de const. c. 1. C. de legi. leges vt generales. cū vt dixi sine impedimēto pfectionis possint in cōmuni aliqua possideri. 12. q. 1. expedit.
h ¶ De tali altissima.) scilicet qui a nihil habet in proprio vel communi.
i ¶ Dicens.] 2. ad Corinth. 8. cap.

a ¶ Est

paupertas eorum abūdauit in diuitias simplicitatis eorum : quòd euidenter est falsum [a] : quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui [b] etiam [c] in speciali bona temporalia obtinebant [d], de [e] quibus Apostolus [f] asserit, quòd supra [g] vires suas miserant eleemosynas sanctis.

¶ Quod [h] autem dicitur in declaratione Nicolai prædecessoris nostri contineri [i], quòd fratres Minores in rebus, quæ eis obueniunt, habent tantum simplicem usum facti: dicimus, quòd si ipse intellexerit simplicem usum facti denudatum omni [k] iure, ita quòd fratres ipsi seu ordo nullum ius [l] habeant utendi, hoc est expresse contra declarationē Gregorij, Innocentij, Alexandri summorum Pontificum prædictorum, quibus expresse quòd taliū bonorum ordo usum habeat, continetur [m]: quòd de usu iuris est intelligendum necessario, ut superius est [n] probatum. Adhuc dicimus, quòd est cum hoc impossibile, scilicet vsum facti simplicem absque iure aliquo (quod nihil aliud quàm ipsum uti proprie potest dici) posse in re aliqua etiam vsu non consumptibili ab aliquo obtineri, prout in decretali, Ad conditorem canonum, est probatum. & [Au]gustinus in lib. 11. de actu, tenet expresse. Præterea si simpliciter usus denudatus ab omni iure haberi posset ab aliquo, constat, quòd actus utendi huiusmodi esset reputandus non iustus [o], cum ille usus fuerit cui ius non competebat utendi: usus autem non iustus ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adiicit, sed sibi repugnare potius noscitur [p] manifeste. Quòd autem usum talem non iustum conditor canonis fratribus ipsis intellexerit reseruare, probabile [q] non uidetur: immo quòd de iusto intellexerit ex eo potest euidentius apparere, quod in eadem ordinatione adijcit, quòd illarum rerum dumtaxat in se & etiam Roman. Eccles. recipiebat dominium, quarum usum facti liceret [r] habere fratribus, seu ordini antedictis: subiungens, quòd non rerum omnium [s] usum habere debeant fratres ipsi. Quantum autem ad vsum facti simplicem absque omni iure utendi attinet, nulla [t] rerum potest censeri differentia quo ad fratres: sic enim uti de facto possunt prohibitis [u] vt permissis [x]. Ex quo sequitur quòd usus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi [y] debeat, qui iustus sit, & pro quo competat ius utendi: & ipse uidetur conditor canonis ex eo etiam sensisse, quòd in eadem ordinatione subiunxerit [z], quòd moderatus usus in expensis prius rebus ipsis fratribus est concessus.

¶ Rursus [a] impugnatores [b] cōstitutionū huiusmodi asserere publice [c] perhibentur, quòd li.

a ¶ Est falsum.] scilicet quod Apostol⁹ dicta verba protulit loquendo de paupertate Christi & Apostolorum.
b ¶ Qui.] scilicet Macedones.
c ¶ Etiam in speciali] quasi dicat, nedum in communi.
d ¶ Obtinebant] alias eleemosynas de quibus sequitur, facere minime potuissent: ut plene dixi in cap. cum inter nonnullos in gl. scripturæ sacræ. circa finem.
e ¶ De quibus.] scilicet Macedonibus.
f ¶ Apostolus asserit] dicto cap. 2. ad Corinth. 8.
g ¶ Supra uires suas] id est, supra quàm commode pati posset ualor facultatum suarum. argum. ff. de iure do. l. siue generalis. de reli. l. at si quis. §. æquum. vbi pupil. educ. debe. l. in alimentorum. § 1. C. de rescin. vend. l. quisquis. vbi verba similia sic exponi consueuerunt.
h ¶ Quod autem dicitur.] Sexta pars.
i ¶ Contineri.] dicto cap. Exijt. §. porro.
k ¶ Omni iure.] saltem personali uel personæ cohærenti.
l ¶ Nullum ius] etiam personale
m ¶ Continetur.] vnde illorum plurium uidetur super hoc iudicium præferendum vel saltē iuxta illud Nicolai 4. dictum fore intelligendum. cōsueuit enim esse integrum iudicium quod plurimorum sentētijs comprobatur, & qđ a pluribus quæritur, facilius inuenitur. 20. dist. à quibus. & ꝑ ampliores homines perfectissima veritas reuelat. C. de fideic. l. ult. de inge manumi. l. 3. & maxime ꝑ ea quæ ī. subijciunt. scilicet quòd ordo vsum habeat.
n ¶ Est probatum.] ī. in § quod autē subsequenter. in decr. Ad cōditorem canonum ubi de hoc satis dixi.

Iudiciū integrum ꝗ plurimorū sētētijs cōprobatur.

[illegible] Aug. [illegible] Chri[illegible] &c.

quare hic non repeto.
o ¶ Non iustus.] qualiter hoc per iura probetur, uide qđ not. in cap. cum inter nonnullos. in gl. sed vnde.
p ¶ Noscitur manifeste.] & hoc probatur ut dixi in c. ad conditorem. in §. licet autem in rebus, in ver. preterea si simplex.
q ¶ Probabile non videt.] videas hic quod late dixi dicto ca. Ad conditorem. in uerbo æstimare.
r Liceret] id est, licitū esset: per hoc excludens usum iniustum arg. 14 q 4. c quid dicam 23. q. 7. ca. 1. ff. de ꝯd. & demon. l. filius. & dixi dicto c. Ad cōditorem § licet.
s ¶ Non rerū oīum.] puta pecuniæ.
t ¶ Nulla rerum.] in quibus licet uel non licet habere fratribus ipsis.
u ¶ Prohibitis.] vt pecunia.
x ¶ Vt permissis.] in quibus censeretur vsus nō iustus, ex quo esset absque omni iure vtendi.
y ¶ Intelligi debeat] sed qualiter hoc, uide quod dixi dicto c. Ad conditorem §. licet circa fin. in glo. si quæras quare hoc.
z ¶ Subiunxerit.] & hic etiam vides quod ibidem post dictam glo. dixi.
a ¶ Rursus.] 7. pars:
b ¶ Impugnatores. §.] scilicet dictarum constitutionum, Ad cōditorē. & cum inter nōnullos.
c ¶ Publice.] in hoc deterius committebant quàm si occulte assererent, ꝓpter maioris mali exēpli perniciem 11 q. 3. præcipue, & argu. extra de excess. præl. quàm sit. & quia rationibus & au-

Publica delicta sunt occultis grauiora.

auctoritatib. defendere se nitunt. 32. q. 4. c. nemo. vbi dr quòd tolerabilior est culpa si lateat, quã si culpæ vsurpetur auctoritas: & ibidem hoc notatur.

a ¶ Dictam paupertatem] scilicet arctissimam.

b ¶ Fratrum] scilicet Minorum.

c ¶ Damnauerunt.] non sine periculo asseruntur: falso tamen dicti summi Põtifices hoc damnasse. si enim verum esset, pro damnato debet haberi qđ ipsi dãnassent. 11. dist. c. hoc vestræ, & c. seq. C. de sum. tri. l. 1. cum simi.

d ¶ Inhibentes.] tali Ihibitioni, si facta fuisset, obtẽperari debuisset. 4. dist. denique. 11. q. 3 qui resistit. extra de maio. & obe. si qs. ff. de reg. iur. l non uidetur dolo. §. qui iussu.

e ¶ Præmissa.] scilicet dictam paupertatem & vitam fratrum non esse Euangelicam & Apostolicam.

f ¶ Adstruere] idest, affirmare. simile extra de causa pos. cũ Ecclesia. §. nos igitur.

g ¶ Defensare.] si per dictos summos Pontifices prẽmissa fuissent damnata, & inhibita, extunc ipsa defendentes damnabiliores cæteris forent censendi. 24. q. vlt. qui aliorum.

h ¶ Ecclesiæ Romanæ rebellis.] cuius pœna magna est, ut colligitur 1. q. 3. qui resistit. extra qui fi. sint legi. per uenerabilem. & cap pen. & dicetur latius inf. eo. ca in fine.

i ¶ Hæreticus haberetur.] hic uidere potes quod dixi in c. cum inter nonnullos

k ¶ Ad qđ dicimus] hic incipit impugnare constitutionẽ p impugnatores assertam.

l ¶ Assertionem huiusmodi falsam esse.] vnde sic allegantes uiderentur falsi criminis se reos fecisse: vt dixi s. in §. qđ autem subsequenter in gl. vnde falso.

m ¶ Continet quæ sequuntur.] ponit tenorẽ sententię, vt per eius recitationem aperiat assertionem prædictam fore falsam.

n ¶ Pertinaciter.] hic posses recitare quæ dixi in ca. cum inter nonnullos. in verbo, pertinaciter.

o ¶ hoc præsumsu mpserit.] scilicet prædicta, vel aliquod de præmissis pertinaciter asserere.

p ¶ Vt hæreticus haberetur.] patet hic manifeste, qꝫ nõ oĩs cõtumax vel rebellis Ecclesiæ Romanæ hæreticus est censendus. Super hoc autem uide qꝫ legitur & not. 19. dist. c. nulli fas. & 35. q. 5. violatores & p Gar. extra de elect. c. generali. lib. 6.

q ¶ Sententię.] licet autem præmissa asserens vel aliquod prẽmissorum secundũ seriẽ sententiæ cõtumax dicatur & rebellis: hoc de illo forte habet intelligi, qui dictã paupertatem & vitam fratrum in nihilũ fore Euangelicam & Apostolicam diceret: non autem qui diceret eam in omnibus nõ esse talẽ: cũ nec in omnibus talis fuerit, vt s. in § quod autem subsequenter. ver. ad huc licet declaratio.

bellum & dicta magistrorum asserentium dictam [a] paupertatem & vitam dictorum fratrũ [b] non esse Euangelicam & Apostolicam, summi Põtifices damnauerunt [c], districtus per Apostolicas litteras inhibentes [d], ne quisquam præmissa [e] vel aliquid præmissorum contumaciter adstruere [f], seu quomodolibet præsumeret defensare [g]: statuentes, quod præsumens contrarium tamquam contumax Ecclesię Romanæ rebellis [h] ac vt hæreticus [i] haberetur. Ad quod [k] dicimus assertionem [l] huiusmodi falsam esse: non enim continetur in sententia supradicta, quod contra faciens vt hæreticus haberetur: quæ quidem quo ad hoc continet [m] quæ sequuntur: Nos enim nihilominus auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne quisquam præmissa vel aliquod præmissorum pertinaciter [n] asserere, vel quomodolibet defensare præsumat: quicunque vero hoc [o] præsumpserit, tamquã contumax & Ecclesiæ Romanæ rebellis ab omnibus fidelibus habeatur: non fuit adiectum, quòd vt p hæreticus † haberetur vt patet in serie sententię [q] condemnationis prædictę.

¶ Rursus [r] asseruisse dicuntur publice [s] huiusmodi assertores, quòd abdicatio [t] iuris in cuiuscunque [u] rei proprietate & in vsu eius est [x] sancta & meritoria propter Deum, & à Christo in seipso seruata [y], Apostolis imposita, & ab ipsis sub voto assumpta: nec propter hoc vsus facti ad sustentationem naturæ in Christo & Apostolis conuincitur esse non [z] iustus, sed tanto iustior atque perfectior & Deo [a] acceptior, & mundo exemplarior, quanto plenius renunciatum fuerit omni iuri, per quod potest sic vtens pro vsu huiusmodi quomodolibet contendere, vel in iudicio litigare. Quæ quidem assertio continet multa [b] falsa: cum neque Christum expropriationẽ [c] prædictã omnis iuris in cuiuscumque rei proprietate & in eius vsu in se seruasse, nec eã imposuisse Apostolis, neq; sub voto ab ipsis fuisse receptã Euãgelica seu Apostolica doceat [d]

r ¶ Rursus asseruisse.] Octaua pars.

s ¶ Publice.] hic dicere potes quod not. supra proxi. §. in simili verbo, publice.

t ¶ Abdicatio iuris.] hoc verbum, iuris, secundum intentionẽ istorum assertorum habet exponi etiam personalis vel personæ cohærentis.

u ¶ Cuiuscunq; rei.] etiam vsu consumptibilis secũdũ istos, cum dicat, cuiuscunque.

x ¶ Est sancta.] pro talibus assertoribus facit constitutio Nicolai tertij, Exijt. §. porro. Sed illa non sic debet intelligi, vt patet in decreta. Ad cõditorem. & j. dicetur.

y ¶ Seruata.] hoc de Christo & Apostolis ex sensu proprio, absq; auctoritate aliqua sacræ scripturæ moti sunt ad dicendum, vt infra sequitur.

z ¶ Esse non iustus.] & hoc etiam male dicebant, vt infra patebit.

a ¶ Deo acceptior.] prout talibus assertoribus visum est: sed desipiunt, vt infra colligitur.

b ¶ Multa falsa] propter quę in cæteris nihil vel saltem minus auctoritatis remanere videtur. arg 16. dis canones. 3. q 9 c. pura. de consec. dist. 3. non liceat 9. distin. c. si ad scripturas. ff. de ædil. edic. l. cum eiusdem. & de hoc not. C. de transa. l. si ex falsis. & plenius per Host extra de fide instru. ex litteris. & per Inno. de hæret. fraternitatis.

c ¶ Expropriationem] idest, abdicationem.

d ¶ Doceat historia.] vnde erubescere debent tales loquentes sup hoc absq; scripturæ auctoritate. in corpore auth. de triẽ. & semis §. cõsideremus. coll. 3. vñ si illi

† Not. tex. tũ bene & quis dicatur hęreticus, vide gl. cle. 1. de vsu. c. hæreticus 24. q. 3. & lo. de Tur recre. li. 4. par 1. c. 1. Font.

Ecclesiæ Romanę rebellis non semper est hæreticus.

illi in dicendo hoc afferant reperiri in scriptura sacra, non procul erunt à pœna criminis falsi, vt dixi supra in glo. vnde falso.
a ¶ Manifestat.] super hoc vide quod notaui in c. cum inter nonnullos in glo. scripturæ sacræ.
b ¶ Iuris prædicti.] scilicet personalis etiam, vel personæ cohærentis.
c ¶ Sustentationem.] quam à se nulla professio potest excludere, vt in cap. Exijt. §. porro. ver. ne autem.
d ¶ Impossibilitatem includit.] quæ tolerabilis non est in iure. argu. ff. de actio. & oblig. non solum. in fi. insti. de inuti. stip. circa prin. 4. dist. cap. erit autem lex.
e ¶ Et errorem.] ex hoc tale dictum: damnabile est de iure. arg. C. de castren. pec. mili. l. errat. lib. 12. C. de diuersis rescrip. l. falso. de pact. l. si pacto. de iudi. c. 1.
f ¶ Impossibile enim est.] scilicet de iure, cuius impossibilitas & naturæ æquiparari consueuerunt. ff. de condit. instit. l. conditiones, & l. filius. quę sententię sine appellatione rescinduntur. l. vlt. & ibi not. & arg. extra de iureiuran. c. contingit. lib. 6. 22. q. 4 inter cætera.
g ¶ Necessario conuincitur.) qualiter hæc per iura probetur euidenter, vide quod dixi in ca. cum inter nonnullos in glo. sed vnde.
h ¶ Item est absurdum.] collige per hoc bonum fore modum argumentandi per reductionem absurditatum. argum extra, de except. cum inter. & de præbend. dudum. §. nos igitur. lib. 6. ff. so luto matrimo. l. diuortio.
i ¶ Et Deo acceptior.] istud enim nullo modo potest esse: omnis enim vsus siue iure vtendi subsistēs iniustus & iniuriosus est, vt probaui pleneìn cap. cum inter in glo. sed vnde. quare de tali iniusto vsu nihil Deo acceptum offerri potest. 14. q. 5. cap. 1. & in multis cap. seq. 1. q. 1. non est putanda. extra de deci. ex transmissa. & arg ff. pro soc. l. cum duobus. §. socium vniuersa. aliàs est in l. si fratres.
K ¶ Actum iniustum.] qualis est quicunque sine iure vtendi existens, vt prædixi.

Impossibilitas non est tolerabilis in iure.

Impossibilitas iuris & naturæ æquiparātur.

historia: sed contrarium euidentius manifestat [a]. Quod autem in prædicta assertione adijcitur, quòd per abdicationem iuris [b] prædicti, videlicet proprietatis, is vsus facti ad sustentationem [c] naturæ in Christo & Apostolis non conuincitur esse non iustus, sed tanto iustior, & cætera: impossibilitatem [d] includit & errorem [e] dictum huiusmodi euidenter. Impossibile [f] enim est actum humanum extrinsecum esse iustum, si exercens actum ipsum nullum ius habeat illud exercendi: immo non iustus seu iniustus necessario [g] conuincitur talis vsus. Item [h] est absurdum & erroneum, quòd actus alicuius non habentis ius actum huiusmodi faciendi sit iustior & Deo [i] acceptior, quàm habentis, cum concludat actum [k] iniustum iustiorem & Deo acceptiorem existere, quàm [l] sit iustus. ¶ Ex [m] præmissis autem inferre nituntur [n], (vt fertur) quod prædictorum summorum Pontificum diffinitio, quam diffinierunt de paupertate Christi & Apostolorum, ac fratrum Minorum prædictorum regula, (prout superius expresserunt [o]) per nos non potuit mutari: proculdubio falsa asserunt dicendo prædecessores nostros diffiniuisse talia, vt superius est probatum [p]. & adhuc sic loquentes dum [q] per talia constitutiones [r] nostras impugnare satagūt, constitutiones illas [s] quibus se adiuuant ostendunt (si eorum falsæ assertiones veræ [t] existerent) fore inualidas, erroneas, & infirmas. Si enim nobis non licuit contra constitutionem [u] Nicolai quarti prædecessoris nostri, in qua se fundant, præcipue aliquid [x] statuere commune, nec sibi [y] licuit contra [z] statuta Gregorij, Innocentij, & Alexandri prædictorum statuere, aut aliquid declarare, quod tamen ipsum [a] fecisse [b] (secundum eorum assertionem) noscitur [c] euidenter. Cum enim illi [d] declarauerunt, quòd ordo Minorum habet vsum earum rerum, quas licet [e] eis habere, quod [f] ad vsum iuris est referendum necessario, superius est probatum [g], ipse [h] verò secundum [i] ipsos statuit, quod

l ¶ Quàm sit iustus.] hoc autem nullatenus dici nec esse potest: omnis enim actus iniusti Deus aspernator est: & ideo Cain munera non respexit. 14. q. 5. cap. scriptum est. alias sequeretur, quòd quis male faciēdo, vel peruerse viuendo, suam conditionem meliorem faceret, contra iura. ff. de fur. l. inficiando. §. infans. & melioris esset conditionis stultus dēt esse quàm peritus, contra. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. extra de prębend. eum qui. petitus. lib. 6.
m ¶ Ex præmissis.] Nona pars.
n ¶ Nituntur.] scilicet dicti doctores.
o ¶ Expresserunt.] vt supra in par. 2. & sequentibus duabus colligitur.
p ¶ Est probatum.] supra in §. quod autē subsequentes.
q ¶ Dum per talia.] scilicet quæ dicunt, definita per nostros antecessores, & per nos immutari non potuisse.
r ¶ Constitutiones nostras.] scilicet, Ad conditorem, & Cum inter nonnullos.
s ¶ Illas.] Honorij tertij, scilicet, Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexandri quarti, Nicolai tertij, vt supra in parte secunda.
t ¶ Veræ existerent.] scilicet quod definita per alios nobis non licuisset mutare.
v ¶ Constitutionem.] scilicet, Exijt qui seminat.
x ¶ Aliquid statuere.] prout illi asserunt.
y ¶ Nec sibi.] scilicet Nicolao.
z ¶ Contra statuta.] de quibus vidisti supra in §. quod autem subsequenter.
a ¶ Ipsum.] scilicet Nicolaum.
b ¶ Fecisse.] scilicet aliqua statuendo, vel declarando cōtra statuta prędecessorum.
c ¶ Noscitur euidenter.] dicto capi. Exijt. §. porro. & recitatur supra in §. adhuc licet.
d ¶ Illi.] scilicet Gregorius, Innocentius, & Alexander.
e ¶ Licet.] id est, licitum est.
f ¶ Quod.] scilicet res ad vsum.
g ¶ Est Probatum.] sup. in §. quod autem dicitur.
h ¶ Ipse vero.] scilicet Nicolaus.
i ¶ Secundum ipsos.] scilicet detractores.

Stultus n̄ debet esse melioris conditionis quam petitus.

a ¶ Vsum facti.] qui de se non est possibilis absq; iure, vt in cap. ad conditorem, & supra in §. quod autem dicitur.
b ¶ Statuit.] scilicet Nicolaus iii. secundum eos.
c ¶ Duntaxat.] hoc verbum relatum ad præcedentia, inducit sensum, quod sua ordinatio & declaratio, non autem prædecessorum, sit à fratribus obseruanda.

gaudeat potestate successor, quanta gauisus extit antecessor: nec habeat imperium par in parē. extra de elec. innotuit. & d. cap. Exijt. §. cæterum sanctum. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum.
s [Pater.] id est, apparer.

nec ordo, nec fratres ius vtendi habeant, sed tantummodo simplicem vsum [a] facti: & insuper ordinauit, decreuit, & statuit [b] huiusmodi constitutionem, ordinationem, & declarationem suam duntaxat [c] à fratribus ipsis præcise & inuiolubiliter perpetuis temporibus obseruandam: constat non solum quod contra declarationes prædecessorum prædictorum ordinauerit [d]: sed [e] ipsum illas [f], quantum ad ea quæ sua declaratio continet [g], etiam reuocasse [h]. Ipse [i] quoque prædecessor noster in sua declaratione subiunxit [k], ad sedis Apostolicæ declarationem & ordinationem eorum, & circa ea quæ ipse declarauerat [l], pertinere, sic dicens: siquid in prædictis [m] ambiguitatis emerserit, hoc ad culmen sedis Apostolicæ deducatur [n]: vt ex auctoritate Apostolica sua [o] in hoc manifestetur intentio, cui solum concessum est in [p] his statuta condere, & condita declarare [q]: cuius tamen contrarium asserunt huiusmodi assertores [r]. Adhuc patet [s] quod [t] asserunt esse falsum: licet enim Innocentius tertius prædictus in generali concilio interdixisset [u] nouas religiones institui: tamen sucessores ipsius (non obstante interdicto huiusmodi) plures leguntur ordines confirmasse, qui [x] etiam (aliquibus exceptis) fuerunt postea per Gregorium nonum prædecessorem nostrum dissoluti certo modo in concilio generali [y]. Si igitur post interdictum generalis [z] concilij licuit summis Pontificibus [a] non confirmatos ordines confirmare, & [b] eorum successoribus sic confirmatos in totum dissoluere [c], non est mirum, si quod declarat circa regulas ordinum [d] solus [e] summus Pontifex vel ordinat, liceat eius successoribus declarare, seu alias immutare [f]. Patet autem quod neque Honorij confirmatio, neque Gregorij, neque Alexandri, neque Nicolai prædictorum facta fuerit in concilio generali, cum per nullum ipsorum fuerit generale concilium celebratum [g], licet Innocentius iiij. celebrauit concilium generale, tamen in illo [h] nec auctoritate alicuius concilij facta fuit [i] ipsius declaratio

d ¶ Ordinauerit.] scilicet qꝙ fratres ius vtēdi non habeant, sed solum simplicem vsum facti.
e ¶ Sed ipsum.] scilicet Nicolaum.
f ¶ Illas.] scilicet declarationes prædecessorum.
g ¶ Continet.] scilicet sup abdicatione proprietatis & iure vtendi, & super simplici vsu facti.
h ¶ Reuocasse.] volendo suam constitutionem tantum fore per fratres obseruandam, vel reuocasse aliter, scilicet per suam constitutionem non alijs pręcedentibus contrariam. extra de cogna. spirit c. 1. & de consti. licet Romanus lib. 6.
i ¶ Ipse quoque prædecessor.] scilicet Nicolaus iiij.
K ¶ Subiunxit.] dicto c. Exijt qui. §. vlt.
l ¶ Declarauerat.] dicto c. Exijt.
m ¶ In prędictis.] scilicet sperse ordinatis.
n ¶ Deducatur.] simile 24. q. 1. rogamus.
o ¶ Sua.] scilicet sedis Apostolicæ.
p ¶ In his.] quæ facta Christi & Apostolorū, & p consequens fidei concernunt.
q ¶ Declarare.] ad solam ergo sedem Apostolicam spectat super fide, aliqua disponere, vel etiam declarare, vt hic, & 14. q. 1. ca. quotiens, & c. hæc est fides, & d. ca. Exijt. §. nos igitur. cle. 5. sicut & cæterę maiores causæ ad eam referuntur. ead. causa & q. cap. rogamus. extra de app. vt debitus in fi.
r ¶ Assertores] In hoc enim qꝙ dicunt, statuta prædecessorū per successores mutari nō posse, vel in dubiū reuocari, rubore confundi deberent: cum Nicolaus iiij in cuius cōstitutione principaliter se fundant, contrariū asserat: vnde ex suismet codicib. conuincuntur. arg. 37. dist. c. si quid veri potissime cū tanta

Statuta p̄decessorū per successores mutari possunt.

t ¶ Quod asserunt.] s. definita per prædecessores mutari vel in dubium reuocari non posse per successorem.
u ¶ Interdixisset.] extra de reli do. ne nimia.
x ¶ Qui etiam.] scilicet ordines per successores confirmati.
y ¶ In concilio generali.] extra de relig. do. c. religionum. lib. 6.
z ¶ Generalis concilij.) s. Innocentij iij.
a ¶ Summis Pontificibus.) successorib. Innocentij interdicentis.
b ¶ Et eorum.) scilicet confirmantium.
c ¶ Dissoluere.) ut d. c. religionum.
d ¶ Ordinum.) scilicet Minorum. & idem si aliorum.
e ¶ Solus.) quasi dicat sine concilio generali, vt probant sequētia. & argu. C. de leg. l. vlt. in fi.
f ¶ Immutare.) Argumentatur à minori si n. Papa immutat statuta generalis concilij, de quibus minus videbatur qꝙ posset, vt puta cum plena & magna maturitate disposita: multo fortius poterit immutare vel declarare statuta per solum prædecessorē sine concilio edita. extra de ele. cum in cunctis, cum ibi not. Vel potest dici qꝙ hic sumatur idem argumentū alio modo: si enim licuit successorib. confirmatos ordines per antecessores in toto dissoluere, quod est plus: multo fortius licet eis illorum regulā declarare, qđ est minus. ff. de reg. iur. l. nō debet cui. extra eo. tit. c. cui licet. lib. 6.
g ¶ Celebratum.) & sic quilibet ex eis confirmationē p̄dictā solus fecit: & sic successori eorū licuit super regula declarationem facere, licet per eos confirmata: cum etiam liceret si per eos fuisset in generali concilio cōfirmata, vt supra.
h ¶ In illo.) scilicet generali concilio.
i ¶ Facta fuit) subaudi. sed per eum solum.

a ¶ Supra-

a ¶ Supradicta. de qua fit mentio sup. in parte 2.
b ¶ Declarauit.] falso igitur sua cōfirmatio super hoc allegatur, vt aliàs sup dixi.
c ¶ Generali concilio] Lugduni celebrato
d ¶ Approbatos.] extra de excel. præla. c nimis in. que. & c. nimis praua.
e ¶ Sic dicens] extra de reli. do cap religionum diuersitatem §. fane, lib. 6.
f ¶ Præterea.] decima pars.
g ¶ Vbi legunt.] Si enim non legunt: qa nec legere possunt, vt sequitur, oportet eos sequi quod Ecclesia Romana custodit, ne dum peregrinis sermonibus student, caput institutionis videantur amittere. 11. distinct cap. quis ne sciat.
h ¶ Assertiones huiusmodi.] scilicet definita per clauem scientiæ in fide & moribus per Romanos Pontifices, non posse per successores reuocari, vt sup in parte. 2.
i ¶ Ad fidem.] id est, fidei articulos.
k ¶ Vel omnes.] scilicet reformādos, vel reformatos conseruandos.
l ¶ Vsum facti.] absq; omni iure vtendi, secundum eos.
m ¶ Cū de hoc.] scilicet simplici vsu facti.
n ¶ Articulus non sit aliquis.] scilicet principalis.
o ¶ Sub quo.] scilicet articulo.
p ¶ In symbolis.] symbolis dicit in plurali: quia vnum primo fuit factū per Apostolos, Credo in Deum. Aliud fuit factum in Nicæna synodo, Credo in vnū Deū. Aliud per Athanasium, Quicunque vult. Et quare dicitur symbolū, vide qđ not. 15. dist. c canones.

[margin: Vide ... primo ... 24. q. 1. ...]

supradicta [a]. Nicolaus autem iiij. nec celebrauit generale concilium, nec aliquid circa dictam regulam declarauit [b]. Gregorius autem nonus prædictus nec confirmauit, nec declarauit dictam regulam: sed in generali [c] concilio, vbi cassati fuerunt nonnulli Mendicantium ordines, dictorum fratrum Minorum & Prædicatorum ordines non cassauit, sed asseruit approbatos [d], sic dicens [e]: ad eos, quos euidens ex eis vtilitas Ecclesiæ vniuersali proueniens perhibet approbatos, præsentem non patimur constitutionem extendi.

¶ Præterea [f] dicant nobis vbi [g] legunt assertiones [h] huiusmodi, quòd ad [i] fidem vel [k] mores pertineat, Christum & Apostolos non habuisse in his quæ habuerunt, nisi simplicem vsum [l] facti? profecto directe hoc ad fidem non pertinet, cum de hoc [m] articulus non [n] sit aliquis, nec sub [o] quo valeat comprehendi, vt patet in [p] symbolis, in quibus articuli, fidei continentur: nec etiam reducte: ne † quasi [q] hoc sacra scriptura contineat, quo negato tota scriptura sacra redditur dubia [r]: & per consequens [s] articuli fidei, qui habent per scripturam sacrā probari, redduntur dubij & incerti: hoc [t] enim in scriptura sacra non poterit, sed contrarium [u] reperiri. De fratribus autem Minoribus prædictis [x] constat [y], quòd de ipsorum paupertate & simplici vsu [z] facti, seu de dominio eorum, quæ [a] ipsis offeruntur, quòd summus Pontifex illud sibi & Romanæ Ecclesiæ reseruauerit [b] vel potuerit reseruare, nec quòd illud reseruatum [c] successori abijcere [d] non liceat, si hoc expedire [e] viderit, seu quòd procuratores constitutos auctoritate summi Pontificis [f] pro negotijs ordinis prædicti successor reuocare non ualeat, in [g] prædictis symbolis, Euangelio [h], neque actibus Apostolorum & Epistolis mētio aliqua non [i] habetur. Vnde non

[margin: † al. nec.]

q ¶ Quasi hoc] scilicet quòd Christus & Apostoli in his quæ habuerunt, non habuerunt nisi simplicem vsum facti.
r ¶ Dubia.] per negationem, vt hic, & arg ff. de col bo. l. 1. §. sed cū prosint. quibus ad liberta proclamare nō licet. l. 3. per illā n. res dubia fieri dr, vt dictis iuribus. & C. de acqui pos. l nemo. de fi. instr. l plures, & hoc verum de negatione tali, quæ de se potest esse probabilis: per improbabilem enim negationem, puta quæ fieret contra aduersarium fundantem intentionem suam de iure communi, non dicitur effici res dubia, sic not Inno. extra de verb. sign ex parte.
s ¶ Per consequens.] sed vnde prouenit illa consequētia? Videas quod dixi in c. cum inter nonnullos. in glo. sed vnde sequitur.
t ¶ Hoc enim.] s. quòd Christus & Apostoli in his quę habuerunt, simplicet vsum facti habuerunt.
u ¶ Contrariū reperiri.] sed vbi? Vide quod dixi in c. cū inter nonnullos. in gl. scripturæ sacræ.
x ¶ Prædictis.] supra in hac decret.
y ¶ Constat.] hic sume litteram, quæ est inf. & cōstrue, mentio aliqua non habetur in prædictis symbolis, Euangelio, actib. Apostolorū, & Epistolis de ipsorum paupertate, &c
z ¶ Vsu facti.] quem solum absque omni iure vtendi prædicti asserunt se habere.
a ¶ Quæ ipsis offeruntur.] per talem oblationem acquireretur ipsis fratribus dominiū eorum, quæ offeruntur, si ipsi proprietatis forent capaces, vt dixi in c. cum inter nonnullos, in glo. scripturæ sacræ.
b ¶ Reseruauerit] dicto cap Exijt. §. ad hæc cum fratres.
c ¶ Reseruatum.] scilicet Romanæ Ecclesiæ ex dispositione dicti c. p ministerium ipsorū fratrū, sicut per ministeriū filij patri acquiritur, per seruū domino, per monachum monasterio, vt dicto § ad hæc.

[margin: Monach' monasterio acquirit.]

d ¶ Abijcere.] i. abdicare seu repellere.
e ¶ Expedire viderit.] ex causa, & quæ illa esse possit, colligitur ex decre. Ad conditorem §. quamquam, & §. rursus nedum.
f ¶ Summi Pontificis.] vt contingit de Martino Papa iiij. dicto § rursus.
g ¶ In prædictis symbolis.] Credo in Deū. Credo in vnum Deū, & Quicunque vult, vt sup proxi. dixi.
h ¶ Euangelio.] scilicet aliquo.
i ¶ Non habetur] relinquitur ergo dispositioni iuris. arg in li. feu. de feud. cogni c 1. in fi. ff quibus ex cau. ma l. necnon. §. qđ eis, ius aūt est vt successor statuta p prædecessorē, maxime ex cā, valeat reuocare, vt s. circa prin. decre. in gl. sed quia fronte, potissime cum pdecessori nō licuerit in talib. successoribus legē aliquā imponere pari post eū vel potius eadē ptāte functuris. extra de ele. innotuit, & dicto c. Exijt, §. ceterū. cū & scriptū sit sniam Romanæ sedis posse in melius cōmutari. 35. q. 9 c. sententiam, & c graue extra de re iudic. olim. in corpore auth. de nup §. 1. 1. coll. 4.

[margin: Sententia Papæ in meli' mutari pōt.]

a ¶ Ex prædi.

possunt ex prædictis [a] cõcludere nisi falsò, quin contra ordinata per summos Pontifices circa talia [b] valeat successor aliud ordinare [c]: quod [d] Nicolaus præfatus expresse in sua declaratione inseruit [e], vt superius plenius còntinetur [f].

¶ Nos itaque [g] ne fabricatores mendaciorum [h] huiusmodi ac etiam assertores [i], de tam pestifera [k], erronea [l] & damnata [m] doctrina, confutatione [n] ac confusione vtique omni digna gloriari [o] valeant, & alios trahere in errorem, [p] cum ausu arreptando ac petulantia [q] improba ausi [r] defendere publice fuerint damnatam per constitutionem prędictam [s] hæresim, ac etiã probare, videlicet [t] quòd Christu & eius Apostoli in ijs quæ habuisse leguntur, tãtũ habuerint absque iure aliquo simplicem vsum facti, ex quo (si verum esset) sequeretur [u] vsum Christi fuisse non iustum, quod profectò blasphemiam continet, & catholicæ fidei inimicum [x], cum hoc de pertinaci [y] animositate ac erronea [z] non sit dubium processisse, omnes & singulos, qui verbo ac scripto per se vel alium seu alios talia [a] publicè præsumpserunt, ipsos quoque qui eos docuerunt [b] in talibus, & vt præmissa facerent, in damnatam [c] incidisse hæresim, ac vt hæreticos [d] euitandos [e] fore de fratrum [f] nostrorum consilio declaramus. [g] Si quis autem damnatas per constitutionem, Cum inter, prædictam, hæreses [h] vel ipsarum alteram deinceps [i] scienter [k] verbo [l] vel scripto defendere, vel approbare præsumpserit, de fratrum eorundem consilio decer-

a ¶ Ex prædictis.] q̃ colligũtur ex. §. ad impugnãdas.
b ¶ Circa talia.] scilicet regulam fratrum Minorum concernentia.
c ¶ Aliud ordinare.] cum etiam posset eorũ Minorũ ordinem tollere, vt dixi in c. quorundã. in glo. ꝓprie.
d ¶ Quod.] scilicet vt successor cõtra statuta possit ordinare.
e ¶ Inseruit.] dicto c. Exijt §. vltimo.
f ¶ Continetur.] s̃. in §. ex præmissis. ver. ipse quoque.
g ¶ Nos itaque.] Vndecima pars
h ¶ Mendaciorum.] huiusmodi quæ recitantur supra. in parte 2.
i ¶ Assertores.] & ꝑ consequens suæ animæ occisores, testante sacra scriptura, homo qui mentitur, occidit animam.
K ¶ Pestifera.] idest pestem inducenti.
l ¶ Erronea.] & sic per consequens vitanda. 12. dist. c. nolite errare. C. de castrẽ. pecu. militum. l. errat. lib. 12.
m ¶ Damnata doctrina.] vt puta quem in errorem potestatis clauium impellens, & sic per consequens abominanda. arg C de hære. l. damnato. extra de sum. tri. damnamus.
n ¶ Confutatione.] idest refutatione seu abominatione.

Gloriari in peccato est detestabile.

o ¶ Gloriari valeãt.] in hoc enim est detestabile: iuxta verbũ psalmographi. Quid gloriaris in malitia, &c. & iuxta verbum prophetæ Hieremiæ, Non glorietur diues, &c. Hiere. 2. nam & hoc graue crimen maxime in personis ecclesiasticis reputatur. extra de excess. prela. quàm sit graue. cum per hoc suum delictum publicent, & per hoc grauius peccent, ff. vi bo. rapt. l 2. §. si re deposita. & aliàs s̃. dixi in glos. ex hoc magis.
p ¶ In errorem.] istud multum vitandum est. 28. q. 1. cap. sæpe malorum. & de hoc dixi in cap. dierum. circa principium.
q ¶ Petulantia.] idest temeritate vel pertinacia. simile verbum ff. de re mil. l. omne delictum. § qui manus C. si quis imperatori maledixerit. l. vni.
r ¶ Ausi defendere.] per hoc deteriores cęteris forẽt censendi. 24. q. vlt. qui aliorũ. 11. q. 3. qui consentit. no. extra de offi. deleg. c. 1.
s ¶ Prędictam.] scilicet, cum inter nonnullos.
t ¶ Videlicet.] specificat hæresim damnatam.
u ¶ Sequeretur.] Vnde autem proueniat hæc consequentia, vide quod not. in cap. cum inter nonnullos in glos. sed vnde.
x ¶ Inimicum.] hic dicas vt dixi in dicto c. cum inter. super verbo simili, inimicum.
y ¶ Pertinaci.] potes su ꝑ hoc videre quæ not. dicto. c. cum inter. in verbo, pertinaciter.
z ¶ Erronea.] scilicet in fide.
a ¶ Talia publice præsumpserunt.] supple asserere, si non habes in textu.
b ¶ Docuerunt.] docentes ergo & facientes pœna eadem puniuntur, culpa enim similis est prohibita discere & docere. C. de mathema. l culpa.
c ¶ In damnatam.] scilicet per dictã decretalem, cum inter.
d ¶ Vt hæreticos.] vt, pro tamquã expone.
e ¶ Euitandos.] igitur vitandi sunt hæretici: vt nec ĩ domo vel terra foueantur, nec negotiatio cum eis exerceatur. extra de hæret. cap. sicut. & eis dicendum est, nõ nouimus vos. 93. dist. diaconi.
f ¶ De fratrum.] super ista clausula dic vt dixi in c. Execrabilis. §. nos, in glo. collige hic, & sequenti.
g ¶ Declaramus.] nõ inducitur ergo hic iuris noui editio, sed antiqui declaratio, & super hoc vide quod dixi in cap. cum inter. in verbo, declaramus, & in gloss. vlt. eiusdem capituli.
h ¶ Hæreses.] scilicet Christũ, eiusque Apostolos nõ habuisse aliqua in speciali, vel in communi, & quod in ijs, quæ habuisse leguntur, ius non habuerunt.
i ¶ Deinceps.] videas hoc quod dixi in ca. cum inter. not. in verbo simili, deinceps, vnde per hoc verbum videretur quod ante hanc decret. præmissa defendere vel approbare non esset hæreticum: dicas tamen contrarium ex quo fuit publicata decr. cum inter. cum extunc alia tamquam hæretica ibidem sint damnata, vt ibi dixi, & hoc verbum, deinceps, habet effectum suum quoad vitationem de talibus tamquam de vere hæreticis faciendam.
K ¶ Scienter.] i. certa scientia vel proposito: secus autem cã disputationis ad maiorem veritatis indaginẽ. arg. c. quia nonnunquã. §. nos vel secus si non ex certa scientia, sed forte mente alienata talia fierent: tũc .n. non imputaretur facienti, cum satis ipsa mentis alienatione puniatur. arg. ff de of. præsi l. diuus, ad leg. Cor de sica. l. in factum, cum multis similibus, vel secus si talia defenderentur vel approbarentur ignorãter forte per talem qui aliqua in scriptis redacta ignoraret esse talia. arg. ff de lega. 2 l. Titia. §. Lucia. C. plus valere quod agitur. l. vlt. de donat. l. nec ignorans.
l ¶ Verbo vel scripto.] Aequiparantur ergo ista duo, verbo aliquid proferri vel scripto, vt alias 65 dist. c. 2. extra de ele. vbi maius. §. nulli. lib. 6. Vñ facit argumẽtũ, ꝙ sicut est excõicatus participans scienter excom-
municato

Excōmunicatus est scribens ad excōmunicatum.

municato cum eo loquendo, sic sibi litterā mittēdo. ita sentit Gar. arg. extra de sent. excomm. c. cōstitutionem. lib. 6.

a ¶ Insano.] idest, non sano, sed potius vesano.

b ¶ Nisi sunt.] idest conati sunt.

c ¶ Inhibemus.] vt aliàs sępe dixi post talem inhibitionem contrafaciens peccaret mortaliter. 4. dist. denique. & pœna dignum se redderet. extra de constitu. c. cognoscentes. cum similibus.

d ¶ Per ipsam.] scilicet constitutionem Ad conditorem.

e ¶ Scienter approbet.] hic repete quæ supra dixi proxime in gloss. 1. ex certa scientia.

f ¶ Aliquid.] ex hoc videtur, quòd in vno defendens vel approbans contra dictam constitutionem, pęnam contumacis & rebellis pati debeat.

Cōtumax qualiter puniri debet.

g ¶ Contumax.] in contemnendo statuta Ecclesiæ, vt pote, vel inobedientiæ notam & transgressionis incurrens infamē se reddit extra de elect. dudū 2 circa prin. de maior. & obed illud 6. q. 1. infames. & peccatū mortale committit, cum ex hoc possit excōmunicari. extra de maio & obed. si quis. 11. q. 3 si autē nobis. & c. seq. & deponi etiā meretur ex trāsgressione statuti præceptum vel prohibitionem continentis. 4. dist. denique. & argu. ff. de re milit. l. 3. § in bello.

h ¶ Rebellis.] ex tali rebellione inobtemperans non credens Papam sic constituere potuisse, vt statuit, hæreticus iudicaretur. 19. dist. nulli fas. & ibi not. & per Gar. extra de elect. c. generali. lib. 6. Sanctiones enim sedis Apostolicę accipiēdę sunt tamquam ipsius diuina voce Petri firmatæ. 19 dist. c. sit omnis. licet in corpore canonum non sint redactæ. ead. dist. si Romanorum. nam potestates sæculi suas constitutiones ecclesiasticis debent subijcere, non præferre. 10. dist. cap. certum. 63. dist. ca. si Imperator. cum lex Christi sacerdotali quoscumque subiecerit potestati. 10 distin. c. suscipitis. quare cum per rebellionem mensura cælestis dispensationis exceditur, iri dicitur in contumeliam disponentis, dicto c. certum est. in fi.

i ¶ Nulli ergo.] sub hac clausula, dic vt plene dixi in c. Execrabilis.

nimus, vt tamquam hæreticus ob omnibus euidenter habeatur. Ad huc quòd constitutionem nostram, Ad conditorem canonum. supradictam insano [a] ausu impugnare nisi [b] sunt (sicut fertur) districtius de eorundem fratrum consilio inhibemus [c], ne quisquam contra diffinita, ordinata seu facta per [d] ipsam verbo vel scripto scienter [e] approbet aliquid [f], vel 10 defendat. Si quis vero contra præsumpserit tamquam contumax [g] & rebellis [h] Romanæ Ecclesiæ ab omnibus habeatur. Nulli [i] ergo, &c. Data Auinioñ. quarto idus Nouembris Pontificatus 20 nostri, anno nono.

30 [Zenzelinus se submittit Ecclesiæ Romanæ.]

¶In notatis per me super materia huius cōstitutionis & aliarum sibi similium, & in omnibus alijs, vbicunque me dictis vel scriptis, submitto me correctioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ, si qualitercunque me errasse contigerit in eisdem

Finis Extrauagantium Ioannis xxij. vnà cum eleganti apparatu Domini Zenzelini de Cassanis, vtriusque iuris professoris.

APOSTILLAE AD EXTRAVAGANTES IOANNIS XXII.

Diuini ac humani iurisconsulti & sacri Palatij causarum Auditoris dominii Ioannis Francisci de Pauinis apostillæ ad suprascriptas Extrauagantes, quas idem dominus cum glossis Gulielmi de monte Lauduno in suo tractatu, quem De visitatione intitulauit, inseruit: hic vero eius industria cum glossis Zenzelini fuere descriptæ.

AD onus.] Electi sede vacante, vbicunque moram traxerint, sibi non præiudicant.

Secunda.

¶ Suscepti.] Diuisio fructuum inter habentes annalia, & beneficiatos. hanc allegat Ioan. And. in Mercu. nemo potest. ad fin. de reg. iur. lib. 6. eandem allegat glos. in cle. cum ei quem. in ver. nota erit. de conces. præben. adde consiliũ Calder. in tit. de sent. excom. quod incipit, collector Papalis. Itẽ consiliũ eiusdẽ 11. in tit. de priuileg. quod incipit, hẽt ordo sanctæ Claræ. adde decisionem in antiquis, q̃ incipit. Vrbanus. hanc ẽt decretalẽ allegat gl. in cle. 2. de deci. & decisio Rotæ. in antiquis 87. q̃ incipit. item nota, ꝙ vbi alicui fit gratia, &c. & glo. in c. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. in fi. super ver. superesse. & ibi Ioan. And. in nouella. & idem in addi. ad Spec. in tit. de locato. §. nunc tractemus. & per hanc decret. Rota & curia Romana hodie interpretaẽ, & tenet, ꝙ gratia expectatiua ad summã 80 duca. extendat se ad beneficium veri valoris centũ ducatorũ, vbi beneficiũ non est taxatum, & in gratia dicitur, secundum taxationẽ decimæ: aliàs attenditur verus valor: iuxta ea q̃ habentur per Ioan. And in addi. Spec. in rubrica, de cõces. præben. 8. col. & per Petrum de Ancha. in cle. 1. de conces. præb. in penult. charta. & Oldra. in cõsilio 232. & decisio in antiquis, q̃ incipit, item nota ꝙ vbi alicui fit gratia. Et vendicat locũ ista decretalis in præstimonijs & præstimonialibus portionibus: quia sunt beneficia ecclesiastica & perpetua, vt concludit Old. in consilio 93. quod incipit, in ecclesia Calaguritana. & ibi pulchre declarat istam constitutionẽ. & de his pstimonijs facit mentionem tex. in c. fi. de conces. pb. lib. 6. confert ad materiam huius textus consil. Petri de Anch. 329. quod incipit, circa istã perceptionẽ. & consilium 108. quod incipit, contra fratres, Item cõsilium Ludo. 493. An autem per istam constitutionem reuocetur statutũ ecclesiæ disponens, ꝙ nouus canonicus nihil percipiet vsque ad quadrienniũ: vide Oldra. in consi. 171. quod incipit, supposita consuetudine iurata. & an legatus possit mutare taxam procurationis factæ cum clerico prouinciæ, & sic obseruare. Calderi. ꝙ sic in consilio 6. in tit. de offi. leg. & videnda est decisio in antiquis. 66 q̃ incipit, itẽ nota, ꝙ vbi bñficiũ est semel taxatũ. aliàs est sub tit. de pb cũ seq.

In textu ibi, [Sciuerint.] scire autem dicuntur ex quo ipsorum vacatio in loco vel ecclesia publice nota erat argu. in cle. cũ ei quẽ. in fi. de conces. pb. & ibi, [Subhastatione,] id est, præconizatione, quæ fit publice in loco publico, de qua not. Spec. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum. ver. his quoque. & not. in l. licitatio. ff. de publi. & in l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. 10.

In §. [Si vero.] ibi, [Absoluatur.] quia iste textus dat formã absoluendi, vt scilicet prius præcedat satisfactio: si nõ seruet forma tradita, non valebit absolutio per not. in c. prouida. de elect. lib. 6. Nam non tribuit hic ordinario simpliciter potestatem absoluendi, sed sub certo modo & forma. Clausula sequens, q̃ tollit iura disponentia in contrarium præmis. per quod non obstat cap. venerabilibus. in contrarium allegatum, vt dicit hic Zenzelinus, hæc clausula ad omnia supradicta extenditur. Ioan. Fran.

Tertia.

¶ Ecclesiæ Romanæ.] Contra officiales dominium assumentes in patrimonio Ecclesiæ Romanæ.

Quarta.

¶ Execrabilis.] Hæc constitutio practicabilis est: & addit ad decre. de multa. de præben. in antiquis.

Quinta.

¶ Sedes Apostolica.] Diuisio diœcesum potestatẽ nõ tollit executoribus & iudicibus. Hanc constitutionẽ allegat decisio in antiquis. Ioan. de Imol. sub tit. de priuileg. q̃ incipit, Supposito, &c. reperitur ẽt in alijs decisionibus antiquis sub titu. de sepul. & vide Calde. consil. 8. sub tit. de priuileg. quod incipit, Cõciliũ est priuilegiũ. adde decisionem in antiquis, q̃ incipit Supposito de Antonianis. Et ad materiam huius decr. vide not. per Archid. 13 q. 1. in prin. vide in c. significauit. & c. Rodulphus. de rescrip. & debet in ordine scripturæ præcedere cõstitutionem, Execrabilis. vt patet ex earum datis. Ad præsentis extrauagantis declarationem idem Pontifex fecit vnam aliam extrauagantẽ declaratoriã, quã reperies hic glossatam p Zenzelinũ, q̃ incipit Ad Apostolatus nostri. per quã declarat suæ intentionis non fuisse, ꝙ per diuisionẽ episcopatuum & ecclesiarum, à quibus diuisiones erant factæ capitulis, archidiaconis, vel alijs personis vellet aliquatenus derogare, nisi quatenus p diuisionẽ hmõi litteris Apostolicis contineretur expresse: vnde vniuersis plãtis, & aliis quibuscunque personis ecclesiasticis & ecclesiarum decisarum, & in cathedrales erectarũ, mandauit ne capitula, archidiaconatus, & alios personatus, vel dignitates, officia seu beneficia in pdictis primarijs ecclesiæ obtinentes quominus visitationes exerceant, procurationes recipiant, ac alia bona & iura archidiaconalia obtineant in pdictis decisis diœcesibus, sicut ante diuisionem huiusmodi obtinebant, nisi quantũ in diuisione huiusmodi litteris Apostolicis caueatur expresse, impediãt quoquomodo: quousq, per sedem Apostolicã aliud fuerit ordinatũ: aliàs cõminatur contrafacientibus animaduersionem condignam, &c. Et hæc sumpta est ex textu in auth. de admi. offic. in sacris appel. circa fin. coll. & in §. illud tamen sancimus coll. 3 pro diuersis administrationibus ab antiquo seruatis administrabũt officiales primæui sicut prius. Adde ad materiã quòd si episcopus Tholosanus deputatur conseruator alicui᷒ postea erecta ecclesia Tholosana in metropolitanã poterit exercere iurisdictionem conseruatoriæ. secũdũ Oldr. in consilio 222. quod incipit, bonę memoriæ. Et si erigatur prioratus in ecclesiam cathedralem, an tollanẽ priuilegia, q̃ ante erectionẽ habebat prioratus: vide

vide eundem Oldr.in cons 214. quod incipit, domino episcopo. Adde eundem in cõsilio quod incipit, si milite bonæ memoriæ. Adde decis. in antiq. 293. q. incipit, superposito ꝙ ex priuilegio Antonianorũ, in quo allegatur ista cõstõ in glo. in verbo, ordinationẽ: ibi, [Dic contra] imò consilium tenet Ioan. de Ligano, & Ioan. Fran. & Io. de Imola, & alij plures in ca. cum in illis, hic allegato: vbi vide Domi. licet aliàs Calixtus in publico consilio declarauit glossam istam, nos autem trãsimus cum opinione contraria tamquã communi. Ioan. Franc.

Sexta.

¶ Ad Apostolatus.] In beneficijs diuisis habet quis ea iura, quæ habebat in integris.

Septima.

¶ Si fratrum.] Imperio vacante nullus nomẽ vicarij imperatoris retineat, assumat, vel resumat.

Octaua.

¶ Antiquę.] Notabilis valde est ista, inhibens ne cõiugati assumant ordines sacros quorum susceptione nõ possunt matrimonium etiam nondum consummatũ dissoluere. Hanc allegat Ioan. And. in c. 1. de voto. lib. 6. in glo. super verbo, sacri ordinis.

Nona.

¶ Sancta Romana atque vniuersalis.] Cõtra Fraticellos. Adde extrauagantem eiusdem, quæ incipit, Gloriosam Ecclesiam, in qua singulatiter confundit omnes errores istorum Fraticellorum.

Decima.

¶ Copiosus.] Contra portantes infidelibus arma vetita, & alijs prohibita.

Vndecima.

¶ Quia in futurorum.] Hæc extrauagans loquitur de duellis, & torneamentis: hanc allegat Henricus Boic. in c. canonum statuta. ad fin. propter glo. Zenze. super ver. torneamenta. Adde Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de rescrip. puta §. item ratione. ver. item quod obtentum est ab Imperatore nondum coronato. & in c. 1. de cleri. peregrinis.

Duodecima.

¶ Prodiens quasi ex adipe.] Contra cudentes falsam monetam. Adde extrauagantem eiusdem, quæ incipit, spondent, quas non habent. contra alchimistas, & consi. Oldrad. quod incipit, & consilium Bal. in vsib. feu. in tit. quæ sint regaliæ. Adde deci. in antiquis, quæ incipit, casus talis est.

Decimatertia.

¶ Ad nostri Apostolatus.] Circa bannitos Campaniæ Maritinæ.

Decimaquarta.

¶ Dierum crescente.] Contra homines Marchiæ, qui suos rectores & officiales occidebant. hanc allegant Henricus Boic. in c. canonum statuta de consti. propter gl. Zenzelini. in ver. mundanis.

Decimaquinta.

¶ Cum ad sacrosanctæ] Super taxis hanc extrauagãtẽ allegat Io. And. in c. statutum. §. notarium, de rescrip. li. 6. in nouell. & in addi. Spec. in fi. procemij ad intellectum algorismi. Adde extrauagantem Martini, quæ incipit, in Apostolicæ dignitatis specula. in qua ponũtur omnes taxæ officialium curiæ Romanæ. Similiter vide extrauagantem Benedicti xij. quæ incipit, rõ iuris exigit. § cæterum, in qua taxam facit eorum, quæ possunt recipere notarij Rotæ, & Cardinaliũ, & auditorũ cameræ, & Merastalli † Romanę curiæ, & aliorũ quorumcumque audientium causas in Romana curia auctoritate Apostolica. Adde extrauagantem Benedicti xij. quæ incipit, decens & necessarium, in §. in salarijs. Datũ Auinioni vj. Calend. Nouembris, pontificatus sui, anno vj. in qua taxauit salaria aduocatorũ, & procuratorum Romanæ curiæ, quæ omnia confirmauit Gregorius ix. in sua extrauaganti, quæ incipit, in Apostolicæ quamuis à felicis, & Martinus v. in dicta extrauagãti, quę incipit, in Apostolicæ, & in alia, quę incipit, Romani Pontificis prouidentia

† Merastalli. aliàs marescalli.

Decimasexta

¶ Quorundam.] An fratres Minores indumenta vilia culta & stricta pro arbitrio ferre possint.

Decimaseptima.

¶ Quia nonnunquam.] Suspenditur excommunicatio, quam incurrebant glossantes decretalem, Exijt q seminat. de verb. sign. lib. 6.

Decimaoctaua.

¶ Ad conditorem.] Refutat Papa dominium rerũ fratribus Minoribus obuenientium.

Decimanona.

¶ Cum inter nonnullos.] Contra errorem Bohemorum, qui dicebant Christum & eius discipulos nihil habuisse proprium, &c.

Vigesima.

¶ Quia quorundã mentes] Contra detractores extrauagantium, Ad cõditorem, &, Cum inter nonnullos, hanc constõnem allegat Io. And. in c. 1. de summa tri. super ver. claue, ad declarationem potestatis clauiũ & Bal. in authent. ingressi. C. de sacrosan. eccl. in 6. colla & idem Io. And. in c. cum satis, de offic. archid. ad declarandum quid importet cura animarum.

Finis Apostillarum Domini Francisci de Pauinis, in quibus breuiusculo sermone effectum cuiuslibet Extrauagantis habes secundum ordinem quo situatæ sunt, aliaque multa notatu dignissima, quæ se cunctis luculenter offerunt.

Hieronymi Clarii Brixiani iuris vtriusque doctoris Protonotarii, & Comitis Apostolici in Extrauagantes Decretales breue præludium.

CVM Omnes Magistratus, præsertim Ecclesiastici decidendas causas & cæteri Iurisperiti, q. bus interpretandi consulendique tribuitur facultas, responsa sua, iuxta constitutiones Romanorum Pontificum, non solum quæ in corpore iuris clausæ reperiuntur, verumetiam secundum Extrauagātiū, dispositionem sint prolaturi, si modo ipsius Extrauagantibus adsint requisita, quę epistola Innocentij tertij ad Helien. episcopū deposcit: ipsarum lectionem non negligendam censeo: Quippe sententia lata contra extrauagantem publicatam & indubitatam est ipso iure nulla: ante publicationē vero secus, vt not. in prooemio Clementinarum in verbo, decætero, & in Clemēti. nolentes, de hæreticis. Sed si est publicata & indubitata, est ipso iure nulla, tamquam lata contra legem scriptam, no. Bal. in l. 2. C. quando prouocare non est necesse. & Butriga. in c. 1. & c cum inter, de re iudic. & probatur in l. 1. §. item cum contra sacras. ff. quæ sen. sine appel. rescind. Exemplum in Extrauaganti, Execrabilis, secundum Abbatem in c. Pastoralis. de fide instr. Item de extrauaganti, Ad regimen. quam allegat decisio in nouis 349. incipit, Item si mandatur. Secus autem si de ea dubitatur, per c. pastoralis, de fide instrum. & l. cum prolatis. ff. de re iudica. secundum vnā lecturam. Ideo super ea Papa est cōsulendus: & si reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata, per authen. ad hæc. C. de fide instr. & l. Celsus. ff. de probationib. secundum vnam lecturam. Facit c. Ad audientiam, de præscri. & idem præsumitur quando reperitur inter Extrauagantes. 20. q. 1. c. quoniam progenitorū, maxime si reperitur glossata per doctorem famosum, sicut Zenzelinum, Laurentium, Ioannem Monachum, Gulielmum de monte Lauduno, & alios: & per not. in dicto c. pastoralis, probatur l. 1. in fi. C. de nouo Codi. cōponēdo, & quod not. in l. 3. C. de legibus, vel si fuit diu obseruata, vt not. Bartol. in l. fina. super Extrauagan. qui sint rebelles, de quibus plenius per Barto. in l. cum prolatis, præalleg. & Butriga, Abbat. & modernos in dicto c. pastoralis, vbi secundun Boat. potest de ea dubitari ad instar eius, quod notatur in c. nemo. de elect. in 6. de quibus etiam per Ludoui. in consilio 250. quod incipit, In Christ nomine, In proposito casu. Vbi etiam subdit, quòd si fuisset temporalis, per declarationem successoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ etiam ad petitionem singularis personæ facta ad legem vel ad ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem constituit ad omnes per l. fina. C. de legibus, & notatur in cap. in causis, de re iudica. Item est necesse, quòd constet de datis, secundum Bart. in dicta data, qui sint rebelles. Præmissa intelligo de extrauagantibus emanatis post compilationem libri Sexti, secundum Ioan. And. in procemio libri Sexti, ad finem. & cap. fina. de hæret. eod. lib. Et si contradicant iuri scripto, dic vt plene per Ioan. And. Ioan. de Lignano, & Dominicum in cap. 1. in prin. de constitutionibus. lib. 6. & per Archidiaconum post Hug. 19. distinct. cap. si Romanorum, & in summa. Adde Bald. in lege, leges sacratissimæ. C. de legibus, & notatur in cap. si in laicis. 30. distinct. Nec est de substantia, vt redigatur in scriptis, de quo plene per Ioan. And. in regula, nemo potest, de reg iur. in Mercurialibus, lib. 6. & in decisionibus Roma. 238. per gloss. in l. 1. C. de legibus, probatur in cap. 1. de renuntiationibus, lib 6. per Abbatem in cap. 1. de postula. prælator. qui dicit, quòd de hoc videtur communis opinio. Debent autem Extrauagantes, quando de eis dubitatur, per allegantem in forma auth. produci sub plumbo, si extra curiam sunt producendæ, vel sub signeto Vicecancellarij, si in curia sunt producendæ. Et hoc de illis quæ sunt descriptæ in lib. Cancellariæ. illæ autem quæ sunt descriptæ in Camera Apostolica, sumentur cum signeto Camerarij in curia vel sub plumbo extra curiam. Et ita seruatur in curia Rom. De his autem plenius tractat supremus doctor Dominus Franciscus de Pauinis in princ. Extr. Ioan. xxij.

Sentētia cōtra extrauagantem lata, an valeat

Extrauagans quā do dr indubitata.

Scriptura nō est de substātia extrauagantis.

Extrauagātes qualiter sunt producendę.

Extra-

EXTRAVAGANTES DECRETALES

Quia à diuersis Romanis Pontificibus post Sextum, emanauerunt Quarum aliquæ Glossis Ioannis Monachi Picardi Cardinalis, aliquæ Commentarijs Gulielmi de Monte Lauduno, & Ioannis Francisci de Pauinis illustrantur.

LIBER PRIMVS.

De consuetudine.

¶ Ioannes xxij.

¶ Consuetudo impediens ne legati sedis Apostolicæ recipiantur, non valet: & illa non obstante legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipso facto excommunicationem incurrunt, & eorum terræ ecclesiastico subijciuntur interdicto.

CAP. VNICVM.

SVper gentes & regna Romanus Pontifex à Domino constitutus, cum personaliter singulas regiones circuire non possit nec circa gregem sibi creditum curam pastoralis sollicitudinis exercere: necesse habet interdum ex debito impositæ seruitutis, suos ad diuersas mundi partes (prout necessitates emerserint) destinare legatos, qui vices ipsius supplendo errata corrigant, aspera in plana conuertant, & commissis sibi populis salutis incrementa ministrent. Verumtamen aliqui huiusmodi officium & potestatem ipsius Romani Pontificis, quam non ab homine, sed à Deo recepit, sub suo arbitrio redigere molientes, legatos ipsos nisi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum trāsmissi, sibi terras subiectas (dicentes hoc eis de consuetudine competere) ingredi non permittunt. ¶ Nos huiusmodi consuetudinem non tam irrationabilem, quàm nonnunquam animarum saluti contrariam, detrahentemque Apostolicæ potestati, auctoritate Apostolica penitus reprobantes, legatos ipsos ab omnibus, cuiuscunque præeminentiæ, conditionis aut status fuerint, debere admitti decreuimus: nec eos prætextu cuiusuis consuetudinis impediri posse à quoquam Christiano nomine gloriante, quominus regna, prouincias & terras quaslibet, ad quæ ipsos destinari contigerit, ingrediantur libere, ac commissæ sibi legationis officium exerceant in eisdem. ¶ Qui vero decætero super prædictis dictos legatos, aut etiam nuntios, quos ad quascunque partes pro causis quibuslibet sedes ipsa transmiserit, præsumpserint impedire, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ, & loca quælibet subiecta eisdem, tam diu sint eo ipso ecclesiastico supposita interdicto, quamdiu in huiusmodi contumacia duxerint persistendum. Non obstantibus quibuslibet indulgentijs aut priuilegijs, Imperatoribus ac Regibus, seu quibuscunque alijs sub quibuscunque modis tenoribus & formis à sede ipsa concessis, quæ contra præmissa nulli volumus suffragari.

Legati sedis Apostolicæ quid facere debent.

Consuetudo animarum saluti contraria est reprobanda.

De postulatione prælatorum.

¶ Ioannes xxij.

¶ Minores xxvij. anni sæculares & Mendicantes religiosi ad certas ecclesias prohibentur postulari: & puniuntur tam postulantes quàm postulati contrafacientes.

CAP. VNICVM.

DIspendijs & periculis varijs, quæ ex subscriptis postulationibus possent ecclesijs euenire, & vacationum diuturnitatibus, quæ consueuerunt nonnunquam ex postulationibus irrationabilibus prouenire, ac dispendiis, quæ inde frequenter ecclesiæ incurrunt, ad futuram rei memoriam obsistere cupientes: illum qui vicesimumseptimum non attigerit annum, ad cathedralem [a], necnon professorem cuiusuis Mendicantiū ordinis ad inferiores cathedralibus ecclesias, ad monasteria extra suos ordines postu-

a ¶ Cathedralem.] aliqui habent sic, Ad cathedralem, aut, quā uis sæcularem non cathedralem ecclesiam. quod an bonum sit, relinquo peritiæ legentium.

a ¶ Postu.

lari edicto perpetuo prohibemus.

¶ Quòd si secus postularum fuerit & attentatum, irritum ac nullius penitus sit momenti. Et qui scienter processerint ad eandem, ea vice postulandi ac eligendi potestate priuatos, ac beneficijs, quæ in ipsa obtinebunt ecclesia, ad quam postulationem huiusmodi fecerint, per triennium nouerint se suspensos.

¶ Postulatos [a] vero, qui postulationis de se factæ negotium fuerint per se, vel per alium in Romana curia prosecuti, illud ibi proponi in publico vel priuato consistorio facientes, etiam se dumtaxat dispositioni sedis Apostolicæ committendo, si se annum xxvij nō attigisse sciuerint, vt præfertur, vsque ad xxxv. annum. Cæteros vero sæculares & religiosos extra suorum administrationes ordinū perpetuo ineligibiles ac impostulabiles esse decernimus: ac prorsus inhabiles ad quascumque dignitates ecclesiasticas & beneficia quælibet obtinenda.

De electione.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ *Multis probat argumentis promotos in curia nō debere ad propria redire sine litteris suæ promotionis. Qui si secus fecerint, pro prælatis non sunt habendi, pœnasque incurrunt hic expressas. Et de ista Extrauaganti facit mentionem Panormitanus in cap. qualiter. de elect. dicens, quòd nullus antequam habeat litteras Apostolicas super sua promotione, debet administrare, nec debet recipi ab ecclesia tamquam prælatus: aliàs recipientes & receptus incurrant pœnam, de qua hic.*

10

CAP. I.

INiunctæ nobis debitum seruitutis exposcit, vt qui ad reformandos in clero mores & actus (prout nobis ex alto permittitur) solertius intendimus: ibi præcipue reformationis accommodæ remedium apponamus, vbi maius respicimus periculum imminere [b].

20

¶ Sane quàm periculosum existat, quòd aliquis in officio, dignitate vel gradu fore se asserat, & pro tali etiam habeatur, nisi prius ipse quod asserit legitimis ostenderit documentis tam ex ciuilibus, quam ex canonicis institutis colligitur euidenter. Asserenti namque cum mandatis principis se venisse, credendum non est, nisi hoc scriptis probauerit [c]: Nec similiter creditur se asserenti legatum. Numquam enim Apostolicæ sedis moris fuit absque signatis apicibus vndecunque legationem suscipere [d]. Sed nec dicenti se delegatum sedis eiusdem creditur vel intenditur, nisi de mandato Apostolico fide doceat [e] oculata. Similiter clerici ad alienam diœcesim sine suorum ordinariorum litteris venientes, nec in suis recipiantur ordinibus, nec ad superiores ascendant [f]. Clerici quoque & monachi, qui de suis ciuitatibus ad alienam vrbem proficiscuntur (nisi muniti veniant suorum litteris prælatorum) non sunt clerici vel monachi reputandi [g]. Si quis præterea in clerum electum se dicat, si sacerdotem sese nominet, hoc scrutandum est: quia non sine periculo est in talibus communicatio indiscussas [h]. Quòd autem in illis qui se episcopos vel superiores prælatos, aut etiam abbates, priores, seu alios monasteriorum rectores quocunque nomine censeantur [i], appellant, sit discussio celebris & diligens facienda, luculenter apparet: si scandala & pericula grauia (quæ ipsorum parere posset communicatio indiscussa) diligentius

30 40 50 60

a ¶ Postulatos vero.] hæc clausula breuior est in aliquibus libris in quibus sic habetur Postulatos vero qui postulationem huiusmodi de se factam prosecuti fuerunt, etc se & cætera.

INiunctę.] Hæc decret. habet sex dicta. Primo præmisso procemio ad dicenda, factum intentum in genere ponit. Secundo ver. [Asserēti.] ad factū positum p multa media arguit. Tertio ver. [Quòd autem.] dicta argumenta applicando ad casum specialiter intentum descendit. Quarto versi. [Præsenti.] super dicto casu statuit: & inhibitiones cōsequenter adijcit. Quinto ver. [Quòd si forsan.] facientes cōtra huiusmodi statutum punit. Sexto versi [Similiter.] dictum statutum ad casum alium extendit. Ioan. Monachus.

b ¶ Imminere.] extra 6. lib. de elect. & ele. pot. cap. vbi periculū. Io. Monachus.

c ¶ Probauerit.] C. de mand. prin. l. vna.

d ¶ Suscipere.] 98. dist. nobilissimis. Io. Monachus.

e ¶ Doceat.] extra de offi. deleg. c. cum in iure.

f ¶ Ascēdant.] extra de cleri. peregr. c. 1. & 2. & 98. dist. per totū.

g ¶ Reputandi.] C. de epis. & cle. si qua per calumniā. §. præterea. 71. dist. hortamur.

h ¶ Indiscussa.] 42. dist. quiescamus. Ioa. Monachus.

i ¶ Censeantur.] vt cū dr̄ Prior, vel pp̄ositus talis monasterij per Priorē seu pp̄ositū soliti gubernari. hęc. n. adiectio fit per stylū cācellariæ, qn̄ scribit̄ priori vel pp̄osito alicuius monasterij: aliàs si simpliciter sine dicta adiectione non scriberetur pdictis vt iudicibus. Io. Mona.

a ¶ Atten-

attendantur [a]. Hinc nos euidens euocat ratio, ut cum præmissis alijs casibus, qui minoris existunt periculi, sit ex constitutionibus editis iam prouisum, hunc ultimum, qui pericula grauiora minatur, nequaquam sine prouisionis opportunæ remedio relinquamus.

¶ Præsenti itaque perpetuo ualitura constitutione sancimus, ut episcopi & alij prælati superiores, nec non abbates, priores, & cæteri monasteriorum regimina exercentes, quocunq; nomine censeantur [b], qui apud dictam sedem promouentur [c], aut cõfirmationis [d], cõsecrationis [e], vel benedictionis [f] munus recipiunt, ad commissas [g] eis ecclesias & monasteria absq. dictæ sedis litteris [h] huiusmodi eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem continentibus accedere, uel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere nõ [i] præsumant: nulliq. eos absq. dictarũ litterarum ostẽsione recipiãt [k], aut eis pareãt uel intendant.

¶ Quòd si [l] forsan contra præsumptum fuerit: quod per episcopos, prælatos, abbates, priores, & alios monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur: nec quicquam interim ijdem episcopi uel prçlati, abbates, priores, uel regimina exercẽtes, de ecclesiarũ uel monasteriorum prouentibus percipiant eorundem.

¶ Capitula [m] uero cõuentus [n] ecclesiarum & monasteriorum ipsorum & alii quicũq. ipsos absque huiusmodi dictæ sedis litteris recipiẽtes uel obediẽtes eisdem, tãdiu sint a beneficiorũ suorũ perceptione suspensi [o], donec sup hoc eiusdẽ sedis gratiã meruerint obtinere [p]. ¶ Similiter quo

a ¶ Attendantur.] 11.q.3.nolite.Io.Mona.
b ¶ Censeantur.] 2.q.1.legum.Io.Mona.
c ¶ Promouentur.] ex prouisione Papæ, vel ex officio superioris.extra 6.lib.de elect.si postquam.in fi.
d ¶ Confirmationis] via iustitiæ Io.Mona.
e ¶ Consecrationis.] ut electi in episcopos & superiores platos. Io Mona.

Prçlator. aliqui cõsecrãtur, alij benedicuntur

f ¶ Benedictionis.] vt abbates, priores & pposití prçdicti.
g ¶ Ad cõmissas.] statutum prçmisit, nunc inhibitionem duo capita continentem subiungit.
h ¶ Litteris.] Not. probationem in scriptis. similes casus notantur extra lib. 6. de censi. Romana §. postquam.

Probatio quãq; de necessitate p scripturã fieri debet.

i ¶ Non præsumant.] sed qualiter administratio acquisita p solam confirmationem auferturℯ extra de elec. transmissam. & no 62. dist. quanto. Sol. si est consuetum ꝙ primo installetur ebbas ante quã administret: hoc potest fieri, ut ius administrãdi differatur consuetudine. extra de offi. archi. ad hoc §. in quadam & c. ut nostrũ. sic potest fieri iure inhibẽre, vt hic. Sed numquid qđ hic dicitur, habet locum in inferioribus Papæ confirmantibus? Vr ꝙ sic. extra de re iud. in causis. Dic contra, quia cum hæc constitutio sit pœnalis & ꝯ ius commune, eandem non extendam, sicut nec iura specialia contra regulam ad consequentiã sunt trahenda. extra 6 lib. de reg. iur. quæ à iure. Ioa. Mona. Sed pone consecratus uel benedictus litteras papales habere non potuit propter Papæ obitum: nunquid tenebitur multo tempore in curia remanere? Credo quod non: quia hic Papa damnat præsumptionem temerariam recedere uolentis absque litteris, propter quod istum, & recipientes eundem, ut infra sequitur, punit. Sed necessitatem non excludit, & ubi non est culpa, nec pœna debet infligi. extra lib. 6. de regu. iur. sine culpa. Vnde temeraria præsumptio hic reprobata ad casum alium non debet extendi: nec prohibitio generalis excludit casum aliàs licitũ. extra de verborum significatione. c. super quibusdam. Item statuta & priuilegia cum trahuntur ad iniqua, sunt reuocanda. extra 6. lib. de sentent. excommu cap. vlt. in princ. 60. dist. §. uerum. ff. de vulg. & pupil. subst. ex facto. §. 1. & 2. extra de deci. soggestnm.

Constitutio pœnalis nõ est extẽdenda.

Pœna nõ est infligẽda sine culpa.

k ¶ Recipiant] sed nũquid oportebit me platum semper ostẽdere litteras? Dic, hic loquitur in principio dũ accedit prælatus ad prçlaturam: non quando diu in possessione stetit. no. simile extra 6. lib de sentent. ex commu. si iudex.

l ¶ Quòd si.] sicut præmisit duplicem inhibitionem videlicet quo ad platos & subditos, sic hic quo ad eosdem ꝯ inhibitionẽ veniẽtes pœnã annectit: primo duplicẽ cõtra prælatos, secundo vero capitulo contra subditos.

m ¶ Capitula.] scilicet cathedralium uel sçcularium.

n ¶ Cõuentus.] scilicet regularii. Io. Monachus.

o ¶ Suspensi.] video pœnam istam locum habere in sæcularibus, qui habent beneficia distincta. Quid in regularibus, nunquid fame morientur, cum non habeant aliud beneficium distinctum nisi necessaria vitç? Dicunt quidam, sibi imputent q sua culpa inciderunt in hanc pœnam extra de æta. & qual or. c. 1. & ff. depo si l. bona fides. & quærant victũ manibus. 91. dist. clericus victũ. Vidi ĩ facto Sagieñ ecclesiæ, q̃ regularis existit, cũ quidã canonicus illius ecclesiæ electo ibidẽ eui dẽtẽ defectũ scientiæ obiecisset, & defecisset, nec potuisset pœna ista puniri, quæ habetur extra 6. lib. de elect. statuimus. §. si uero. & c. si forte. Papa decreuit (cum nõ posset sibi denegari uictus) ut esset in ecclesia sua ultimus in choro, capitulo, & refectorio, nũquam ad dignitatem in ecclesia sua promouendus. sic dico hic arctum uictum dandũ donec isti gratiam sedis Apostolicç, ut sequitur, merue rint obtinere, ut C. de ord. cog si quando. ver. nam si tales. vbi existenti iu possessione seruitutis, qui administrare non potest, sumptus litis & alimonię ministrãtur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æstimatum. Sic damnato in metallum, & etiam seruo pœnæ alimenta relinquuntur, licet alia subtrahãtur. ff. de alim leg l. is cui. & l. seruos ff. de ijs quæ pro non scrip. hab. l. 3. Et aliàs mutatur pœna, cum ordinata per ius locum habere non possunt. ff. de iurisd. om. iud l. si quis id quod. §. in seruos. 14. q. 6. si res. ff. de in ius uoc. l. fi. Sed quis administrabit bona interim? Dico quod superior dabit administratorem. extra 6. li. de sup neg. præl. ecclesię. de appel. peruenit. uel dabitur curator bonis, sicut illis qui administrare non possunt. ff. de cura bo. dan. per totum. C. de assert. tol. l. 1. §. super peculio. Io. Monac.

p ¶ Obtinere] ex quo Papa sibi reseruauit hũc casum, inferiores de eo se intromittere nequeunt extra 6. li.

que episcopi, prælati, abbates, priores, & alij monasteriorum regimina exercentes prædicti solito fidelitatis & obedientiæ iuramento [a] non præstito [b]. Illi etiam pōtifices, quos apud prædictam sedem pallium contingēt recipere, absq. litteris traditionis ipsius pallij nequaquam ab eadem discedant: discedentes uero (quousque huiusmodi iuramētum præstiterint, & litteras obtinuerint) nihil de ipsarum ecclesiarū & monasteriorum prouētibus percipiant: & quicquid interim per eos (ut de alijs prædicitur) actum fuerit, uiribus non subsistat [c].

Benedictus xj.

¶ Si religiosus electus non petierit ipse uel eius electores licentiam consentiendi intra tempus moderandum pro præsentia uel absentia superioris, est eo ipso priuatus iure sibi ex electione quæsito, & possunt electores alium eligere. hoc dicit. addit ad cap. quàm sit. de elec. in 6.

CAP. II.

SI religiosus, qui absq. sui superioris licētia electioni de se factæ consentire non potest, illam post electionem sibi præsentatam, uel eius electores intra tempus pro eiusdem superioris præsentia uel absentia moderandum, nequaquā obtineat, dat generale cōcilium [d] Lugdunense electoribus extunc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verum quia frequenter dubitatū est, an etiam sit eo ipso iure (si quod ei competebat ex huiusmodi electio-10 ne) priuatus: Statuimus, illo eum hoc ipso fore priuatum [e].

¶ Idem.

¶ Quatuor patriarchalibus ecclesiis uacātibus, 20 statuitur illis non posse prouideri Romano Pontifice inconsulto: quod si secus factum fuerit, irritum decernitur.

CAP. III.

SAncta † Romana Ecclesia, quæ disponente 30 Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum a Deo, vtpote mater uniuersorum Christi fidelium & magistra [f], quatuor patriarchales sedes instituit, inter quas post ipsam Romanam Ecclesiam, Constantinopolitanam primum, Alexandrinam secundum, Antiochenam tertium, & Hierosolymitanam quartum locum uoluit obtine-40 re, ipsasque multis prærogatiuis & honoribus ac priuilegijs decorauit [g]: de quarum prouisionibus cum eas uacare contingit, tanto est accuratius cogitandum & attentius prouidendum, quanto maioris eminent altitudine dignitatis, & periculose [h] erraretur in prouisionibus earundem.

¶ Super hoc igitur cum fratribus nostris ha-50 bita deliberatione matura, inter alia nostræ cōsiderationi occurrit, quòd omnes (proh dolor) prædictarum sedium patriarchalium ciuitates, aut sunt destructæ, aut occupatæ ab infidelibus, uel à schismaticis detinentur, ipsarum capitulis seu conuenti-60 bus & canonicis dispersis undique extra ciuitates ipsas, per alias regiones seu loca à ciuitatibus ipsis remota. Ex quo contingit (sicut experientia nuper nos docuit) quòd uacante Constantinopolitana ecclesia per mortem bonæ memoriæ Petri Patriarchæ, solum per unum duntaxat eius canonicum fuit de nouo pastore electio

ecle.

† Vide tata g dictores i antiqua extra priuile

---

de sent. excō. cum medicinalis. in fi. & extra de preb. inter cætera. ali às possent. extra de sent. excommu. nuper.

a ¶ Iuramento.] de quo habetur extra de iureiurando, ego N.

b ¶ Non præstito.] cape infra, nequaquam ab eadem discedant.

c ¶ Non subsistat.] nunquid pœnæ in primo casu positæ contra recipiētes & obedientes prelatis, habebunt hic locū? uidetur quod sic propter uerbum quod præcedit, scilicet vt de aliis. Dic contra, & hoc casu puniuntur prælati, vt in primo. Nec uerbum, de aliis, refertur ad subditos, sed prelatos. Nec mirum si pœna hoc casu secundo non repetatur: quia plus delinquitur recipiendo contra primum, quam secūdum, nec pœnā non expressā extendam. de pæn. dist. 1. pœnæ.

ADDITIO. Ad intellectum huius decret. & cap. nihil de elect. ad de consilium Oldradi, numero 51. quod incipit. Posito sine præiudicio. vbi concludit, quod dominus Brochar. qui est immediate sedi Apostolicæ subiectus, distans a Romana curia vltra 30. dietas ad magnam instātiam sui capituli, & propter ecclesię necessitatē urgentem nondum obtenta confirmatione a sede Apostolica administrans, & bonorum ecclesiæ administrationi se immiscens, non incurrit dictas pœnas. Ioan. Fran.

SI religiosus.] Hoc decisum est notatum extra 6. lib. de elect. quā sit. Et primo hæc constitutio narrat Lugdun. concil. secundo ver. [Verum] super eo quod posset in eo dubitari, dat statutum.

d ¶ Concilium Lugdunense.] vt dicto c. quàm sit.

e ¶ Priuatum.] nam ex quo dictum concilium dabat electoribus liberā eligendi potestatem. eo ipso ius adimebat electo. argum ff. de leg. 1. l. plane. 1. responso. ff. de adimen. leg. & si transferam. ff. de his quibus ut indig. cum quidam propter quæ ista cōstitutio uidetur superflua.

SAncta) Primo proœmium ad dicenda præmittit. Secundo ver. (Super hoc.) causam impulsiuam suæ constitutionis subjicit. Tertio ver. (Ideoque.) sup præmissis statuit. Quarto ver. (Nos enim.) statutū hmōi per decretum, & non obstan. munit.

f ¶ Magistra.) extra lib. 6. in proœmio. 1. respon so.

g ¶ Decorauit.) extra de priuileg. antiqua.

h ¶ Periculose erraretu.) extra. 6. lib. de elect. ubi periculum. 1. respon so.

a ¶ Bonifacij octaui.) ca. pręsenti. de præb. in 6.
b ¶ Clementis.) c. 2. de præben. in 6.
c ¶ Tenoribus.) aliàs tenoribus, & aliàs temporibus.

EX debito.) celebrata, alijs canonicis suis agentibus in remotis: dictus tamen electus iuri, si quod sibi ex electione huiusmodi competebat, in nostris manibus sponte ac libere resignauit.

¶ Ideoquè de eorundem fratrum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, vt quamdiu ciuitates ipsæ schismaticorum, aut infidelium subsunt, aut suberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarum patriarchalium sedium, cum eas vel ipsarum aliquam seu aliquas vacare contigerit, ad electionem, postulationem, seu quamuis prouisionem de præficiendo sibi patriarcha vel pastore nullo modo procedant, quousque ad Apostolicæ sedis notitiam deducatur. Nos enim a data præsentium, decernimus irritum & inane, si secus per prædicta capitula, conuentus vel canonicos, aut quemuis alium, vel alios scienter vel ignoranter fuerit attentatum: non obstantibus quibuscunque ipsarum ecclesiarum vel alicuius earum consuetudinibus vel statutis, iuramento, confirmatione dictæ sedis, vel quacunque alia firmitate vallatis, seu constitutionibus, priuilegijs vel indulgentijs sedis eiusdem, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris habenda esset mentio specialis. Nulli ergo, &c. Data Lateraneni x. Calend. Ian. Pontifi. nostri anno septimo.

¶ Ioannes xxij.

¶ Cum beneficia apud sedem Apostolicam vacantia sint soli Papæ reseruata, ostendit quę & quorum apud sedem vacare dicantur eandem. Et primo loquitur de reseruationibus, secundo de pensioni bus.

CAP. IIII.

Anima rũ periculis occurrere debent prælati.

EX debito pastoralis officij, nobis quamquam immeritis superna dispositione commissi, periculis animarum, & ecclesiarum, ac monasteriorum dispendijs, quæ ob ipsorum vacationes diutinas ipsis solent frequentius prouenire, congruis remedijs (quantum uobis ex alto conceditur) salubriter occurrere intendentes, vt celerius & vtilius prouideatur ecclesijs ac monasterijs antedictis, & vt Romanæ Ecclesiæ, quæ super ipsas ecclesias ac monasteria ex diuina prouisione obtinere dinoscitur principatum, honor debitus impendatur, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum (præsertim fęlicis recordationis Bonifacij viij. a qui dignitates, personatus, ecclesias, & alia ecclesiastica beneficia, & Clementis b quinti, qui tam huiusmodi dignitates, personatus, ecclesias, beneficia, quàm cathedrales ecclesias quaslibet, monasteria, prioratus, administrationes & officia quęcunque, quæ apud sedem Apostolicam vacarent, prouisioni Apostolicæ sub certis tenoribus c reseruauerunt) vestigijs inhærentes: Nos ex causis rationabilibus quæ ad id nostrum animum induxerunt, de fratrum nostrorum consilio nonnulla detrahendo, aliqua declarando, & quędam addendo de nouo, episcopales & earum superiores sedes, monasteria, & regulares ecclesias, ad quæ hi, qui eis pro tempore præficiendi sunt, etiam per electionem canonicam assumuntur, prioratus, officia, vel administrationes eorundem, dignitates, personatus, pręhendas, aliaque ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, quocunque nomine censeantur, quæ apud prædictam sedem vacant ad præsens, & ex nunc in antea (donec Christi dignatio nos dignabitur vniuersalis Ecclesiæ sponsæ suæ regimini præsidere) vacare contigerit apud eam, prouisioni nostræ de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica reseruamus.

Ecclesiæ vniuersalis regimini Papa p̃sidet

Beneficia multis modis vacare possunt.

¶ Huiusmodi autem sedes, monasteria, ecclesias, & alia præfata beneficia ecclesiastica per mortem vel depositionem ac priuationem eorum, qui ea obtinerent, per electionum cassationem, postulationum repulsionem, renuntiationem quorumlibet, prouisionem, translationem, siue per successionem muneris consecrationis, aut benedictionis dudum à dicto Clemente prædecessore nostro promotis impensi, nisi de ipsis disposuerit prædecessor, & à nobis siue auctoritate nostra promouendis impendendi apud sedem ipsam, vel etiam vbicunque, aut quouis alio modo canonice vacare apud sedem intelligimus prælibatam. Episcopales insuper vel alias dignitates, ecclesias, monasteria, & alia prædicta fratrum nostto-

a ¶ Pensiones.] tolle infra sub edicto prædicto, nolumus aliquatenus comprehendi, & cætera.

Cardinales dicuntur fratres Papæ.

rum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium apud dictam sedem per eorum obitum vacare censemus, siue inibi, siue alibi vbicunque ipsos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus & beneficijs quibuslibet (vt de alijs præmittitur) officialium nostrorum, videlicet vicecancellarij, eiusdem Ecclesiæ camerarij, notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, scriptorum litterarum, ac pœnitentiariorum nostrorum, necnon abbreuiatorum curiæ Romanæ sibi volumus vendicare.

¶ Rursus huius nostræ reseruationis edictum ad dignitates & alia iam dicta capellanorum nostrorum commensalium, & quorumlibet aliorum ratione officij, vel ex causa legitima in dicta curia morantium, quando à nobis pro nostris & eiusdem sedis negotijs prosequendis de ipsa curia quocunque modo præmissi, vel aliqui eorum transmissi aut legati vel nuntij fuerint, eos vbilibet ante ipsorum ad præfatam curiam reditum (durante legatione seu prosecutione ipsorum negotiorum) rebus eximi contigerit ab humanis, duximus extendendum. Et id ipsum etiam esse volumus in huiusmodi capellanis commensalibus, etiã si (vt præmittitur) nunc transmissi fuerint vbicunque, & ipsos rebus eximi contigerit ab humanis.

¶ Cæterum edictum ipsum trahimus ad sedes, monasteria, & alia supradicta, quæ viuente adhuc dicto Clemente prædecessore nostro vsque ad eius obitum, nisi de ipsis per eum fuerit ordinatum, & deinde vsq; ad datam præsentium apud sedem vacauerint eandem, illaque vacare decernimus apud ipsam, dummodo in eis ius in re licet ad rem non sit aliquibus acquisitum. Decernentes extunc irritum & inane si secus in prædictis & singulis eorum scienter vel ignoranter per quemcunque seu quoscunque Apostolica vel alia quauis auctoritate attentatum fuerit, vel contigerit in posterum attentari. Non obstantibus piæ memoriæ Gregorij decimi, ac Bonifacij octaui, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus super hoc editis, quatenus edicto essent & sunt contrariæ memorato. Cæteris in ipsis constitutionibus contentis in suo robore duraturis.

Ius in re vtilius, ẽ quàm ius ad rem.

¶ Pensiones a insuper annuas ab episcopis & eorum superioribus alijsque prælatis inferioribus, necnon quibuscunque capellanis, conuentibus, collegijs, vel singularibus personis factas & faciendas personaliter aliquibus ex eisdem Cardinalibus, seu quibusuis aliis ex prænominatis personis, & pensiones prætera seu assignationes quantitatum quarumlibet super certis prouincijs, diœcesibus, ecclesiis, monasterijs, vel alijs ecclesiasticis locis aut ordinibus, etiam à quibusuis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus factas præmissis personis, siue alicui earumdem, vel monasteria, prioratus, administrationes quaslibet, beneficia regularia, vel alia quælibet quocunque nomine censeantur, non consueta ab olim clericis sæcularibus assignari, huiusmodi personis vel alicui earumdem collata siue concessa in commendam, vel alio quouis titulo ab eisdem prædecessoribus, seu alijs episcopis vel superioribus prælatis, capitulis, aut conuentibus, vel collegijs sub edicto prædicto nolumus aliquatenus comprehendi, quominus eis cedentibus vel decedentibus, siue illa quouis alio modo dimittentibus, monasteria ipsa, prioratus, administrationes, beneficia, ac loca huiusmodi ad ecclesias & monasteria, siue alia loca religiosa vel alia ecclesiastica, eorumque prælatos siue personas, ad quas antea eorum dispositio pertinebat, seu quibus immediate subesse noscuntur, libere reuertantur: nisi eis quid canonicum obstiterit, vel de ipsis aliter duxerimus disponendum.

De auctoritate & vsu pallij.

¶ Ioannes xxij.

¶ Pallij traditio per obiectum criminis vel defectus retardari non debet, nisi obijciens præmisso iuramento de obiectis promptam fidem faciat. Et quid sit promptam fidem facere declarat.

CAP. VNICVM.

Malitijs hominum, quæ sæpe circa impediendam pallij dationem committuntur, volentes salubriter obuiare: Hac in perpetuũ valitura constitutione sancimus, vt deinceps per obiectum cuiusuis

Malitijs hominum est obuiandum.

Quia cunctos.] a ¶ Campanã.] Nota campanæ vsum ad multa ualere, ut patet in his uersibus, in quibus de se ipsa loqui campana inducitur:
Laudo Deum verũ, plebem voco, congrego clerum:
Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.

Sedes

cuius suis criminis seu defectus traditio pallij facienda his, qui ad metropolitanarum ecclesiarum, seu aliarum regimen assumuntur, non impediatur in aliquo nec retardetur, nisi obijcientes firment corporali præstito iuramento se id malitiose non agere, sed obiecta uera esse se credere, ac de obiectis offerant facere prõptam fidem: & nihilominus ad pœnam talionis seu extraordinariam se obligent arbitrio præsidentis. Promptam uero fidem intelligimus in hoc casu, si intra bimestris temporis spatium numerandum a die collationis in antea, probauerint legitime quod opponunt. Quod si non fecerint, eorum obiectibus nequaquam obstantibus ad ipsius traditionem palij procedatur. Per traditionem autem huiusmodi, viæ accusationis, denuntiationis, uel inquisitionis, nullum uolumus præiudicium generari.

De officio custodis.

¶ Ioannes xxij.

¶ *In religiosorum Mendicantium cõuentibus plures campanæ esse nõ possunt sine speciali Papæ licentia: plures autem campanulas in refectorijs, capitulis & alibi, licite possunt ipsi religiosi Mendicantes habere. hoc dicit. Et est Extrauagans notabilis: & quia pulsare campanas est custodis officium, ut patet eod. titu. c. 1. in antiq. ideo hic non ab re collocata est.*

CAP. VNICVM.

Quia cunctos orthodoxæ fidei professores, & uiros præsertim ecclesiasticos sic hortamur adinuicem, & quo ad alios etiam conuersari, quòd ex ipsorum gestis nullius offendatur iustitia, nec cuiquam scandali materia præparetur: Aduertentes quòd eo q̃ nonnulli Mendicantium ordinũ professores in nonnullis suis conuentibus plures campanas obtinent, & in posterum satagũt obtinere: cathedrales ac ecclesiæ aliæ suæ quæruntur propterea iustitiæ trahi, & exinde ciuitatibus locorum interdũ afferri diuinis officiis impedimentum, uideturque inter ipsos litigijs & scandalis uia aperiri: Nos præmissis obuiare cupientes periculis, pacemq. desiderantes inter ipsos (sine qua bene pacis auctor non colitur) obseruari: de fratrum nostrorum consilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quod religiosi dictorum ordinum Mendicantium in nullo conuentu suo seu loco plures campanas habeant sine sedis Apostolicæ licentia speciali, sed una tantummodo pro loco quolibet sint contenti.

¶ Quòd si forsan communitas seu uniuersitas aliqua ecclesiastica uel mundana, seu ijdẽ religiosi pro illis in aliquo ipsorum locorum campanam a aliam habuerint uel nũc habent, non illam, sed aliam solam eorum specialiter vsibus deputatam pulsare ualeant horis diurnis & nocturnis, Missis & aliis consuetis.

¶ Cæterum religiosis eisdem permittimus, quòd ubi hactenus plures campanas sine lite & contradictione qualibet in usus dumtaxat proprios habuerint & nunc habent, illis etiã deinceps libere uti possint. Alijs quibuscunq. per eos habitis intra trium mensium spatium de suis locis seu campanilibus deponendis, & nullatenus iterum reponendis. Verum campanulas, quæ in refectorijs, sacristijs, capitulis, & alijs forsan officinis religiosorum ipsorum cõsueuerunt habere, sub ista nostra ordinatione nolumus cõprehendi. Nulli ergo, &c. Datum secundo Nouembris, Pontificatus nostri anno octauo.

De officio delegati.

¶ Ioannes xxij. episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ *Litteræ Apostolicæ impetratæ ad gratias seu ad lites in aliquibus ciuitatibus seu diœcesibus dum erant integræ, non obstante diuisione facta de ipsis in duas, seu plures ciuitates seu diœceses, quæ diuisio facta propter diuini cultus augmentum, & populi incrementum, et etiam executores seu iudices earundem, habeant sub eisdem modo & forma illum uigorem in sic diuisis, quem habebant in illis dum integræ remanebant.*

Eidē prō tā facere q̃d sit.

Sedes Apostolica] Hæc potest intitulari sub tit. de rescrip. vel offic. deleg. vel sub tit. de conces. pb. & eccl. nō vac. vel de parochijs. Et diuiditur in quattuor partes. In prima præfatio præmittitur. In secunda factum inseritur. In tertia constitutio editur. In quarta ad ipsum additur. Secūda, [Sane.] Tertia, [Nos amouere.] Quarta, [Idē, &c.] Huiusmodi constitutionis duplex est ratio. Prima, vt alteri p alterū iniqua cōditio nō afferatur, ne q̃s cū alterius locupleterī iactura, vt res transeat cū onere suo. & sic hęc sumpta est ex rōne illorū iurium, supra de pęnis, suā. de rescri. eā te & c. si eo tempore. lib. 6. de præb. dilectus.

CAP. VNIC.

Sedes [a] Apostolica in suis actibus ueritatem [b] prosequens, lucem [c] amans libenter euitat nodosæ [d] ambiguitatis [e] inuolucrum [f]: illamque [g] sibi semper in suis ordinationibus reseruare cautelam intēdit [h], vt de illis [i] ita p ueniāt commoda, q̄ alijs non immineat detrimentū [k]. ¶ Sane [l] pridē ad diuini cultus augmentū [m], & ad salutem [n] populi, quem in nonnullis ciuitatibus & diœcesibus sic multiplicaret [o] altissimus quòd in earum singulis singulorum [p] vultus nequibat, ut deceret,

a ¶ Sedes.] simile s. de rescri. sedes.

eiusdem plenaria dispositio, Papæ esse noscatur, ut s. de prçb. licet. li. 6. de exces. præla. si q̃s. cōcil. Viennē. § verum. & ideo ipse nedum potuit, immo debuit nedum imminente multiplicatione populi, de quo inf. proxi. augmentate operarios, & sedes ipsis congruas collocare, ac de stipē. dijs sufficiētibus ministrare. argu. 31. dist. in nouo. s. de offi. ordi. quoniam. etiam cum detrimento aliorum, vt sic minor utilitas cedat maiori, & priuata communi. s. de postu. prælat. bonę 1. 7. q. 1. sient s. de maio. & obe. cum inferior. Nunquid ergo archidiaconus ecclesię Tholosanæ erit oculus episcopi Lombarieñ & in ordinationibus clericorum, & in alijs in quib. tenetur archidiaconus assistere suo episcopo, ut supra de offic. archi. ad hæc. & de scrutinio. c. 1. ipse aderit sibi, quia facti & de facto est ei, super se. deo quo ad præsens.

Veritate fortius ē nihil.

b ¶ Veritatem] hæc fortior res de mundo est, secundū Esdram, q̃ valet & inualescit in æternū, & uiuit & obtinet in sæcula sæculorū. 8 dist. cōsuetudo. & merito, cū ueritas sit Deus ead. dist. si cōsuetudinem. hāc causam nesciūt aliq̃ prælati nostri temporis, qui uolentes plus placere hoībus, quàm Deo, infinita sine cōplemento promittunt: vnde hanc ignorant: & ideo interrogant cum Pilato: Quid est veritas? Ioa. 18. in fi.

Lucē odit q̃ male odit.

c ¶ Lucem amans] bene agentes hanc diligūt: sed cōtrarium eius pueri. s. de offi. deleg. cōsuluit. de hære. cum ex iniūcto. C. de episc. & cle. conuenticulam. de pænit. dist. 1 item ut Christus.

d ¶ Nodosæ.] idest, intricatę supra de uerb. signi. cum olim.

e ¶ Ambiguitatis.] de triplici ambiguitate, scilicet iuris, & facti & personæ, dic ut 33. dist. habuisse. in glo.

f ¶ Inuoluerum.] idest, inuolutionem.

g ¶ Illamque.] versiculus.

Pacis auctor sine pace non bene colitur.

h ¶ Intendit] bene dicit, intēdit, quia extra intentionem suā frequēter facit Papa, ut s. ut eccle. benefi. ut nostrum. tñ non tenet quod contra intentionem eius fit, dumtamen de hoc constet, ut s. de rescri. super litteris in fi. & c. cum dilecta.

i ¶ De illis.] scilicet ordinationibos.

k ¶ Detrimētum] non dēt enim aliquis cum alterius iactura ditari. s. de pœnis, suam. nec ridere de fletib. aliorū. s. de priuil. petistis. hoc est pro personis & ecclesijs, quarum bona occupata sunt in toto, uel i par te pro istis nouis ecclesijs, seu in collegijs de nouo per istum Papam creatis, vt fiat eis aliqua ricompensatio, ne ab ipsis sic miseris ex toto, exceptū sit p̄miorum gaudiorū s. legē. C. li 12. in fi ipsius libri, quę recōpensatio dēt fieri, vt fit s. de ma & obe cū inferior. Quid ergo facient archidiaconi ecclesiæ Tholosanæ, q̃ omnes procurationes, & fere omnia iura archidiaconatū suorum hēnt hodie in aliis ciuitatibus & diœcesibus ab ea diuisis, nunq̃d ipsi vel potius archidiaconi, qui de nouo creati sūt in illis nouis ciuitatibus iura archidiaconalia in illis diœcesib. exercebūt? itē q̃d faciet abbas Cluniaceñ. de prioratu S. Flori, q̃ epatus factus est, nulla emenda facta monachis vel de similibus? Itē quid faciēt plures clerici, qui asserunt se ex hoc suis bñficiis aliàs adeptis canonice priuatos? Itē quid erit de epō Pictauensi & Albinensi, seu similib. qui multa de mensa tam de emolumēto sigillorum, quàm de alijs amiserunt: nunquid istis & similibus ad detrimentum poterit reputari? Non videtur, cū totius ecclesiæ uniuersalis, quæ est unica, & bonorum

l ¶ Sane] secunda pars.

m ¶ Augmētum] Hæc est causa prima ad hæc enim tenentur principaliter nedum ecclesiasticæ personę & bona ipsarum, immo ēt quilibet Christianus, ut 21. dist. § 1. cōsti. ex parte. de celebra. Miss. graui cōcilium Vienneñ. Et hęc causa excusat coitum coniugalem à quolibet peccato etiam ueniali intentione, s. habēdæ prolis, quæ diuino cultui applicetur in baptismo, fiat coniunctio, ut legitur & no. 33. q 5. vir cum propria. licet Hug. ibi contra.

n ¶ Et ad salutē.] ecce secundum. huic enim saluti perq̄ necessarium est pabulum Dei, ut s. de offi. ordi. inter cætera. & ipso multiplicato debuerūt prædicatores & ministri plures poni, vt 21. dist. in nouo. in fin.

o ¶ Multiplicarat.] ista multiplicatio est sufficiēs causa erigēdi nouos episcopatus, dum tamen solemnib. & frequentioribus locis fiant, ne uilescat episcopalis dignitas, vt 16. q. 1. pręcipimus. s. de priuileg. ca. 1. 80. dist. episcopi.

p ¶ Singulorū vultus.] debet enim bonus pastor cognoscere vultum cuiuslibet pecoris sui, ut legit Eccle. 32 c. vñ hoc sūptum fuit. Hęc enim est vna ratio, quā allegāt curati cōtra Prædicatores & Minores, q̄ ēt semel ad minus in anno quilibet parochianus habeat suo rectori pprio cōfiteri omnia peccata sua, licet ēt sit eis cōfessus. Secūda est necessitas illius canonis, oīs. s. de pęnit. & remis. quæ nō est sublata p voluntariam cōstitutionem, super cathedram. vbi plene de hoc dixi. Sed ad hoc potest responderi, q̄ licet Papa ordinauerit in dicto cōcilio, omnis. semel in anno confitendum esse pprio sacerdoti: non tñ alligauit potestatem suorū successorum, q̄n possint surrogare uel adiūgere socios, & dare coadiutores ipsis sacerdotib. in illo casu, q̄ simili ptāte uterentur in huiusmodi cū illis. quod & fecerunt, scilicet fratres in alio concilio, s. Vienneñ & sic cum ambo cōcilia sint eiusdem auctoritatis, merito per posterius primo derogatū est, licet de ipso non faciat mētionē: & sic necessitas, quæ inerat confitendi vni, s. pprio sacerdoti: & ut in c. omnis. dilatata est & ampliata ad plures, vt in c. su p. hoc dico p iura s. de consti. licet. li 6. de off. deleg. sup q̃tionum. in prin. 50. dist. dño sancto. s. de elect. innotuit de pb. dudū. li. 6 Et sic cū habeant plures odio sup hoc quo ad cōfessionē suos curatos: merito illis plus expedit ostēdere fratrib q̃ sacerdotibus

vultum

vultũ suum, qui licet eadẽ potestate fungant cũ alijs, tũ scientia & discretione alijs præferunt, sicut sunt fratres, in quibus vt plurimũ plus quàm in rectorib. scientiæ clauis viget: & sic plus proficiẽt quã a. ij in vultus inspectione. arg. 20. dist. per totũ. sup de ęta. & quali. cũ sit ars. de renun. nisi. §. pro defectu. Sed nũquid illi qui confessi sunt proprio episcopo vel archipresbytero, vel illi đ quo ꝑ pęnitentiarios. Papæ dictũ est in litteris suis, ꝙ possit ad triennium sibi eligere confessorem idoneum, necessario teneatur semel in anno confiteri proprio sacerdoti? Videtur ꝙ sic per supradictam rationem per rectores cõtra fratres superius allegatã. Contrarium tamen fit quotidie, idest non curant confiteri suis sacerdotibus, ex quo alteri de istis sunt semel confessi.

Curati vt plurimũ non sunt ita litterati vt religiosi.

a ¶ Alias partes.] idest alia diuersa onera, quæ incumbunt bono pastori circa sui gregis vigilias exercendas. sup. de offi. ord inter cętera. de sensi. cum Apostolus, & sequentibus. c. 16. q. 1. Prædicatorum.

b ¶ Plures.] & sic plus continet vltra duo: nec duorum nnmero est cõtentum. simile ff. de opt. leg l. 1. quod est contra iura sup de reg. iur. pluralis & de præb. is cui. in fi. lib. 6. quandoq; tamen ad vnum restringitur, vt sup. de priui. vt priuilegia, in fi. Dic hoc debere intelligi secundum pręcedentia & subsequentia, iuxta materiam in qua ponuntur, cum secundũ illam, exquirantur sermones. 45. dist disciplina. sup. de cle. excõ. min latores. vnde frequenter talia ampliantur & restringuntur propter fraudes & odia, & propter absurditates, quæ inde sequerentur, vt in dicta l. & c. vt priuilegia de hoc etiã dicitur in extrauag Execrabilis.

c ¶ Diœceses] idest territorium. 2. q. 5 § ad hoc. debet enim quælibet diœcesis habere suos limites certos & proprios: & tales ex quo indubitata fide certi sunt constituti, pręscribi nõ possunt: nec ea quæ ipsis adhęrent, ne cõfundantur ipsi limites, vt sup. de paroch. super eo 16 q 4. quicunque. cum multis ibi positis.

Diœcesis fines non præscribuntur.

d ¶ Ereximus.] sic no. ꝙ Papa de vna diœcesi potest facere diuisas & diuersas: sic Imperator diuidit prouincias. ff. de offi. assel si eadem. tamẽ propter diuisionem Imperatoris non erunt plures metropoles apud ecclesiam, cum non debeat cõmutari ad mobilitatem necessitatum mundanarum. ro. dist. lege. Sed quid erit si interfit Imperatoris vel alterius principis seu personæ sæcularis (puta quia sunt patroni seu defensores) non mutari statum talium ecclesiarum, seu ciuitatum vel diœcesum: nunquid poterunt se opponere cũ effectu? Et vr ꝙ sic, q̃a nihil cũ scãdalo vel dãno alicuius est faciẽdũ seu attẽtandũ. sup de præsc. nihil & sup. eo c. in prin. vnde dictum est: Nisi ipse ex hoc ius patronatus, & alia cõmoda sine culpa amittat, cũ iura imperialia et in bonis ecclesiasticorum semper remanserunt salua. 11. q. 1. si tributum. cum seq. In contrariũ vr ꝙ propter maius bonum quis iure suo priuatur: & etiam sine culpa punitur. 22. dist. de Constantinopolitana. sup. de ele. sacrosancta. de postula. præl bonę 2. in ipsa etenim fundatione hoc euenire posse prospicere debuerũt, & sibi

vnicus pastor inspicere, aut alias partes [a] boni pastoris implere: salubriter intendentes in ipsis diœcesibus, quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures [b] diœceses [c] duximus diuidendas, certas earum ciuitates ac ecclesias ereximus [d] cathedrales, quarum singulis proprias, distinctas & limitatas [e] iussimus assignari. Verum [f] quoniam plures ante ordinationem seu diuisionem nostram huiusmodi, tam à nobis, quàm à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Apostolicas obtinuerunt litteras super beneficijs Ecclesiasticis in ipsis tunc [g] integris diœcesibus vacaturis: quarum nonnullæ restant adhuc executioni mandandæ [h]: Nos amouere [i] volentes cuiusuis dubitationis scrupulum [k], qui circa executionem gratiarum super huiusmodi beneficijs concessarum posset [l] forsan incidere, considerantes attentius, quòd per ordinationem [m] seu defensionẽ nostram prædictam ius

cauere. arg. ff. loca. si quis domum. §. 1. 23. dist. in nomine Domini. quod credo verius: ita tamen quod fiat cũ omni minori pręiudicio eorum quo poterit.

e ¶ Limitatas.] diœceses, id est limitata territoria: nam limes dicitur finis. vnde versus: Limes erat positus, &c.] sup. de verb. sig. forus.

f ¶ Verũ] versiculus.

g ¶ Tunc.] id est tempore datæ earum, & sic tempus datæ respicitur in talibus, vt supra de rescrip. eam te. & c. si eo tempore. lib 6.

h ¶ Mandãdę.] quasi dicat de ijs litteris; quæ iam mandatæ sunt executioni qualitercunque, ex quo ius acquisitum est in re, nõ intromittimus nos, cũ præsens constitutio futura dumtaxat respiciat, vt supra de constit. quoniam. Vel dic quod immo respicit pręterita, vt patet infra super verbo, declaramus.

i ¶ Nos amouere.] Tertia pars.

K ¶ Scrupulũ.] idest molestiam, sollicitudinem, vel anxietatẽ animi. Et dicitur à scrupulo, qui est lapis modicus, qui sicut frequenter lædit pedem, sic scrupulus animum nescientem soluere difficiles quæstiones, secundum Hug. Et sic not. ꝙ ignorantia, ex qua quis redditur dubius, affligit hominem & molestat. arg. 20. dist si decreta. 16 q. 1. §. 1.

Ignorantia affligit.

l ¶ Posset.] & sic expedit in talibus ante tempus occurrere & pręuidere ea quę venire possũt. C. in quib. cau. l. vlt. in fi. ff. loca. si quis domum § 1. & hæc est prouisio sibi aduersus futurum periculum pręcauere, vt supra de procur. c. 1. in fi.

m ¶ Ordinationẽ] hoc verbum, ordinare, & iste actus qui ordinatio dicitur, est multũ generalis, comprehendẽs quemuis modum, quo quis habet de re propria disponere iure suo. Et ideo si aliquis impetrauerit beneficium spectans ad ordinationem alicuius, poterit petere beneficiũ spectãs ad collationẽ, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem talis, vt probatur supra de offi. deleg. super eo. & de iure patro. eam te. in fi. facit supra de offic. ord. ordinarij. Sed nunquid fieret pręiudicium episcopo qui habet institutionem, si tali prouideretur de beneficio spectante ad solam pręsentationem illius, cõtra quem impetratum est? Et videtur ꝙ sic, nã cum magis habeat in concessione eps, quàm in pręsenratione patronus, vt sup. de of. leg. dilectus. ñ videt ꝙ Papa velit præiudicare epo, nisi expresse hoc innuat: quod faceret si diceret, ad pręsentationẽ talis: quia tunc satis exprimeret Papa ꝙ penes alium erat institutio, cui quãtũ ad hoc derogare intẽdebat: sed per hoc verbũ, ordinationem, nec vr velle derogare, nisi illi dumtaxat contra quẽ scribit: & hæc est ratio illius textus sup. de pręb. cũ in illis. §. cum autem. lib 6. Dic cõtrarium, cum in nullo quantum ad hoc præiudicetur instituenti, qui ad motum suum nunquã disponit de tali beneficio: & si in aliquo præiudicetur, in modico tñ, arg s. de rescr. auditor. sed patrono dumtaxat, patronus vero motu suo mouetur ad præsentãdum quẽ voluerit, alias idoneũ: vnde soli illi quorum principaliter interest audirentur contradicentes talibus impetrantib. & nõ alij arg. sup de ele. cum inter R. de testi.

veniens.de excep.cum ecclesiasticæ.de prєb. ꝓ illorũ.
cum similibus.Non obstat dict.c dilectus.quia non di
cit de institutione,quæ semiplenũ ius denotat:sed de
concessione,quæ plenũ ius dicit : vnde non est dubiũ
quin plenior sit potestas cõcedendi insolidũ beneficia
vacantia,quàm solum
in eis præsentandi.
Vel si vellemus ibi cõ
cessionem recipere ꝓ
institutione, dicere-
mus,plus habet,id est
plus iuris confert epi-
scopus in institutione
illi qui recipit benefi-
cium,quia ius admini
strandi, quam patro
nus in præsentatione,
ex qua parum acquiri
tur præsentato, maxi-
me si pręsentans sit lai
cus, cui variare licet,
vt sup.de iure patro.pastoralis.sed ex hoc non sequi
tur quin libentius quem vult præsentetur patronus,
quàm instituat episcopus.

ad rem [a] expectantibus dicta beneficia ante [b] competens ex ratione immutari [c] non debet, quin adeo efficax in diuisis diœcesibus maneat sicut in ipsis quondam integris [d]: auctoritate præsentium declaramus, quòd omnes & singulæ gratiæ super beneficijs vacaturis ante diuisionem huiusmodi in ipsis quondam integris diœcesibus à nobis vel prædictis prædecessoribus nostris personis quibuscunque concessæ, tam in ipsis nunc diuisis, quàm in alijs

Filius viuente patre est dominus.

a ¶ Ius ad rem.]& sic non in re, & sic est indebitum
iri,quare talis non beneficiatus potest dici, vt sup.de
cõces preb.c.quoniã ex constitutione.lib.6. Simile est
de filio,qui est viuente patre dominus rei paternæ spe
& non re,& vxor in bonis dotalibus constante matri
monio.Ex quo sequitur ꝙ tali est ius ad rem,quod ali
qui vocant,decretum:quia sub decreto Papæ appositũ
vt communiter fit in gratia ibi,decernentes,&c.cõser
uatur,vt sup.de cõces.præb quia cunctis.lib.6 nec po-
test cõmutari cum alio,nec priora beneficia sibi incõ-
patibilia facit vacare,nec super ipso quasi pro certo ti-
tulo poterit ordines recipere sup.de rescr. in nostra &
extrauag.domini Ioãnis,Execrabilis.§.per hoc. Quid
si canonicus per Papam effectus fuerit in aliqua cathe
drali ecclesia sub expectatione prębendæ:nunquid po
terit in delegatum iudicem impetrari,& eãdem exer-
cere iurisdictionem? Videtur ꝙ non,cum non habeat
ius in re,sed ad rem, vt sup.de cõces.præb.quoniam ex
cõstitutione.lib.6.Cõtrarium credo, cum omnia quæ
ad iura canonicatus pertinent sibi debeãtur:licet non
dũ sit ibi præbendatus,nisi consuetudo refragetur per
iura sup.de ele.in Genesi.de renun.c.2.Nec decr.statu
tũ.sup.de rescrip dicit prębendatum,sed canonicũ tan
tum.Quid si ego sic expectans cũ vacaret in altera dię
cesi quædam Ecclesia,feci mihi prouideri de eadem
de mota lite super ipsa cõtra me, ĩ limine possessionis
adipiscendæ accepẽ secundũ in alia dięcesi super qua
modo eodẽ lite mota,faciam mihi in tertia diœcesi de
tertia prouideri, & sic facio de pluribus,nunquid pos-
sum? Vidi de quodam,qui decẽ prębendas in Ecclesia
beatæ Mariæ Pictauis fecit sibi isto modo ꝓuideri:vbi
est statutũ,ꝙ fructus præbendæ litigiosæ nunquã assi-
gnantur alicui,sed per capitulũ obtinenti sententialẽ
victoriã reseruantur:ꝙ statutũ in fauis innititur æqui
tati illius c.sup.de sequestra ad cõpescẽdas in fi.cõcil.
Vieñ.nunquid ergo talis multiplicatio & narratio põt
tolerari de iure? Vř ꝙ nõ.per eã q̃ not.Inno. sup. de re-
scrip.in nostra.vbi dicit,ꝙ si pẽdente quæstione super
ecclesia curata,cuius possessionẽ nõ habet,acipiat pos
sessionẽ secundæ,similẽ curã habẽtis,hoc ipso vř renũ
tiare liti motæ super ecclesia prima.& est ratio,qa aut
recipiendo secundã intendebat renuntiare, & tũc ha-
bet propositũ;aut nõ intendebat renuntiare,sed inten
debat si obtineret in causa primę dimittere secundã,
& accipere primam:& sic videtur ipsam secundam re
cipere ad tempus sub conditione:quod totum repro
batur in beneficijs Ecclesiasticis,quæ debent esse ꝑpe
tua.nec cadit in ipsis cõditio:qa in ea vacatione, &c.
70.dist c.2.sup de ele.in electionibus.li.6.1.q.2.quàm
pio.quæ procedunt vt credo vbi secundum cum prote
stalione recipit,vel aliàs constat de intentione eius,ꝙ
quam nõ intendit renũtiare primę, vel liti eius, sim-
pliciter admittendo possessionem secundæ non litigio
sæ,primę eo ipso renuntiat,vt sup. de præb. de multa.
in casu vero nostro,quẽ posui s̃.credo cõtrariũ:scilicet
quod semper possim
mihi facere prouideri
de omnibus quotquot
vacabunt, cum prote-
statione si nõ habeam
ius in iam receptis, &
in illis quæ nunc reci
pio ius mihi competat
& non alias:quia tales
conditiones, quæ de
iure insunt, non fa-
ciunt rem conditiona
lem, quamuis expri-
mantur,vt sup.de ele.
significasti. cum ibi
not. 17. q. 2. Eleuthe-
rius.recipiendo tñ corporalem & pacificam possessio-
nem vnius omnibus alijs & litibus super eis motis re
a ¶ Vna nempe fuit.] postquam sunt positæ illæ sex cõditiones, per quas sumi possunt sex rationes, ꝙ est de necessitate salutis subesse summo Pontifici: ponũtur quædam aliæ adaptationes per quas concludi pt hoc idem. Circa quod quattuor facit, secundum qđ quattuor huiusmodi adaptationes ibi traduntur, vt sit prima adaptatio p hoc ꝙ Ecclesia figurata est per arcã Noe. Secunda, per hoc ꝙ propheta in psona Christi orat, ꝙ Deus eruat à framea animam suam, & de manu canis vnicam suam. Tertia per hoc ꝙ Ecclesia figurata est per tunicam Domini inconsutilem, q̃ scissa non fuit, sed sorte prouenit. Quarta per hoc quod Christus dixit Petro: Pasce oues meas. Secunda est: ibi Hanc aũt veneramur. Tertia: ibi, Hæc est tunica. Quarta: ibi, Igitur Ecclesiæ. Dicit ergo: vna nempe fuit diluuij tẽpore arca Noe, vnam Ecclesiã pfigurans. Hæc vna arca fuit in vno cubito consummata, vnũ habuit rectorẽ & gubernatorem Noe. extra eam omnia existentia sup terrã legimus fuisse deleta. Aduertendũ dis ꝙ illa arca Noe Dei Ecclesiã figurabat, qđ sex modis est Augustinus declarat. 15. de ciui. Dei & 16. Primo ex eius vacillatione: nã sicut illa arca ferebatur sup aquas fluctuantes: sic Ecclesia militans in hoc seculo nõ sine fluctuationibus requiescit. Secundo hoc idẽ patet ex illius arcæ materia. Nã sicut ex ligno fabricata est arca: & per lignum ibi saluatæ sunt animæ: sic ex ligno crucis dependet salus Ecclesiæ. Tertio, hoc idẽ patet ex illius arcæ proportione: nã (vt Augustinus ait) pportio illius arcæ erat, vt pportio corporis humani: erat enim sexcies, siue sex vicibus magis longo q̃ lata, & decies longa quã alta. trecentorũ enim cubitorum erat longitudo, 50. latitudo, & 30. altitudo eius. sic & corpus humanum dispositum est, vt sit decies longum quàm grossum, & sexies longum quàm latum. & ex hoc figurabat Ecclesiã, cuius redemptor factus homo ad saluandũ homines venis. Et hæc omnia clarescunt his versibus.

Ecclesia est arcæ Noe comparata.

Arca Noe quantæ fuit altitudinis longitudinis & latitudinis.

> Ter denis alta cubitus, & longa trecentis,
> Et decies quiuis lata fit arca Noe,
> Sex vicibus longum latum transcendit, & altum.
> Denis, humani corporis instar habens.

Quarto, arca figurat Ecclesiã, si bene consideremus eius ostiũ, qđ positũ fuit ex latere, nam & Christo in cruce latus fuit apertum vnde fluxerunt sacramẽta: per quæ dicitur Ecclesia esse formata. Quinto, arca significabat Ecclesiã, si consideremus eius compositionem, fuit enim composita ex lignis quadratis, quod ad stabilitatẽ Ecclesiæ pertinet. Corpus enim quadratum, cuiusmodi est taxillus: ex quacunq; parte vertatur, stat. Sexto, arca illa significat Ecclesiã, si cõsideremus distinctionẽ eius: erat enim arca illa bicamerata. secũdũ n. cõem modum ponendi bicamerata erat inferius, tricamerata superius. duæ autem erant cameræ inferiores, vna apothecaria, & alia sentinaria, vbi stabant immunditię: tres autem erant cameræ superiores, in quarũ vna erant animalia mitia, in alia immitia: in media vero hoĩes & aues. sic & Ecclesia (vt Augu. ibidem tradit) est bicamerata: quia composita ex Iudæis & Gentibus, siue ex Iudæis & Græcis, vt nomine Græcorũ intelligamus Gentes. Est tricamerata, q̃a ex tribus filijs Noe omnes homines sunt reparati, ex quibus facta est Ecclesia ista. Itaque arca, q̃ (vt patuit) sex modis Ecclesiã figurabat, inferius erat ampla, superius stricta, in vno cubito consũmata, per vnũ rectorem gubernata. Ex quibus possunt sumi duæ rationes, esse de necessitate salutis subesse summo Pontifici. nã Ecclesia inferius est magnæ latitudinis, quia multi sunt plati inferiores. superius restringitur, quia pauciores sunt prælati superiores. Vel inferius est magnæ latitudinis, quia multi sunt laici. superius restringit̃, q̃a pauciores sunt prælati. & in vno cubito cõsummatur. q̃a in vno summo Pontifice terminatur. Sicut ergo tota illa arca stabat sub vno cubito, sic tota Ecclesia stat sub summo Pontifice. Et sicut extra arcam non erat salus, & quicquid saluabatur erat sub illo cubito, sic ex Ecclesiam non est salus. & quicquid saluatur, est sub summo Pontifice. Secunda ratio ad hoc idem sumitur non solum si consideremus vnitatem cubiti, sed ẽt si consideremus vnitatem rectoris, nam sicut totius arcæ erat rector vnus Noe: & nihil saluabatur nisi sub eo, sic totius Ecclesiæ rector est vnus summus Pontifex, & nihil saluatur nisi sub ipso.

Taxillus est corpus quadratũ.

Psal. 21

Prælati superiores pauciores sunt quã inferiores.

b ¶ Hanc aũt veneramur, &c.] hic prosequit̃ adaptationem secundam ex eo quòd propheta in persona Christi orat dicens, Erue à framea Deus animã meã. pro anima enim Christus, idest pro seipso capite simul orauit & corpore, quod corpus vnicã scilicet Ecclesiã nominauit. & hoc pp quattuor quantũ ad præsens spectat propter vnitatem sponsi, fidei, & sacramẽtorum & charitatis. Aduertendũ ergo ꝙ in omnibus his quattuor sũmus Pontifex quandam principalitatem dicitur obtinere, nam si consideremus vnitatem sponsi, ipse est vnius sponsi vnus principalis vicarius. Vnde glo. super illo verbo Matthæi. 16. Tibi dabo, &c. vult quod hoc specialiter Petro concessit, vt ad vnitatem nos inuitaret, & subdit, ideo enim eum principalem Apostolorum constituit, vt Ecclesia vnũ principalem Christi haberet vicarium. Rursus si consideremus vnitatem fidei summus Pontifex est huius fidei principalis doctor & definitor, nam & concilia generaliã vbi talia sunt definita, & vbi symboli sunt cõpositi, non nisi auctoritate summi Pontificis poterãt aggregari. Tertio, si consideremus vnitatem sacramẽtorũ, summus Pontifex vt est Christi principalis vicarius, est eorum principalis dispensator. Quarto, si consideremus vnitatem charitatis, quam habent mẽbra ad Christum, & ad eius vicarium, summus Pontifex eam cum quadam principalitate habet. Ergo si Ecclesia ex his est vna, & ex his est salus, & in his summus

Concilia generalia non fiũt sine Papa.

Pontifex

unitatem. Hæc [a] est tunica illa Domini inconsutilis, quæ scissa non fuit, sed sorte prouenit. Igitur [b] Ecclesiæ unius & unicæ, unum corpus, vnum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus uidelicet, & Christi uicarius Petrus, Petrique successor: Dicente [c] Domino ipsi Petro, Pasce oues meas: meas, inquit, & generaliter, non singulariter has uel illas: per quod commisisse sibi intelligitur uniuersas. Siue ergo Græci, [d] siue alij se dicant Petro eiusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse, se de ouibus Christi non esse:

põtifex principalitatem habet: nõ nisi sub sũmo Pontifice saluari poterimus. sibi itaque subesse erit de necessitate salutis.

a ¶ Hæc est tunica, &c.] Hic prosequit̃ adaptationem tertiam, q̃a Ecclesia figurata est per tunicam Dñi incõsultilẽ, q̃ scissa non fuit: sed sorte ꝓuenit. Sciẽdũ ergo, ꝙ uestes Dñi fuerunt quadripartitæ, quattuor militibus tributæ: inter quas fuit una tunica inconsutilis desuper contexta per totum: quæ non fuit diuisa, sed per sortẽ habita: ut patet Io. 19. c. Sciendum enim ꝙ secũdũ Aug. vtrumq. significat Ecclesiam tam vestis quadripartita, q̃ tunica sortita: aliter tñ, & aliter. Nam uestis Dñi quadripartita significat Ecclesiã quattuor scilicet partib. in orbe diffusam: & in eisdem æqualiter, idest cõcorditer distributam. Tunica uero illa sortita significat Ecclesiã quantum ad unitatem charitatis, quæ charitas est de super: quia habet supereminentiorem viam: & est contexta per totum, quia est catholica: quod idem est ꝙ generalis & totalis. Est inconsultilis vt non diuidat̃, sed una ꝑmaneat: & omnes in unũ colligat. Sorte est habita, in qua diuina gratia commendatur: q̃a cum sors mittitur, non personę, sed occulto Dei iudicio cedit. quæ omnia sunt verba Augustini exponentis dictum textum Euãgelij. Ex hac autem adaptatione patere põt, quod subesse summo Põtifici est de necessitate salutis: nõ enim esset tunica Dñi, idest ecclesia incõsutilis & cõtexta per totum, nisi esset sub vno capite colligata. volẽtes ergo se a capite subtrahere, volunt hãc tunicam scindere: sed si consideratur veritas eã nõ scindunt q̃a scindi non potest. itaq. se subtrahentes ab unitate capitis, non dicũtur Ecclesiam scindere, vel tunicã Dñi diuidere: sed dicuntur extũc ad huiusmodi tunicam uel ad Ecclesiã minime pertinere: ut tales existẽtes tunc ad salutẽ nequeãt promoueri.

Ecclesia ꝑ uestes Xpi sigrue significat.

Ecclesiã non scindũt q̃ ab vnitate se subtrahunt.

b ¶ Igitur Ecclesiæ vnius.] Hic prosequit̃ adaptationem quartam ex eo ꝙ oẽs oues, idest ipsi Christiani commissi sunt ipsi Petro. Circa ꝙ tria facit, secundum ꝙ hoc tripliciter ꝓbat. Primo, ex unitate corporis & capitis. Secũdo, ex vnitate commissionis ouium. Tertio, ex unitate ouilis & pastoris. Secunda ibi, [Dicẽte Dño.] Tertia ibi, [Siue ergo Græci.] Prima ratio talis est: vbi est vnũ corpus, & vnũ caput, non duo capita, quasi mõstrũ: q̃a est ibi Christus, est Christi vicarius Petrus, Petriq; successor: ibi, supple, nullus saluat̃ nisi subsit Christo, Christiq; vicario Petro, Petriq. successori: Sed unius & unicæ Ecclesiæ est vnũ corpus, & vnũ caput, nõ duo capita, quasi mõstrũ, Christus, Christiq. vicarius Petrus, Petriq. successor. ergo i Ecclesia nullus saluat̃, nisi subsit. &c. De hac autem rõne non ponit nisi uirtutẽ medij, uidelicet ꝙ unius & unicæ Ecclesiæ est unum corpus, & vnũ caput. Notãdũ aũt, ꝙ quasi inferendo dicit, igit̃ Ecclesiæ vnius & vnicę vnum corpus, & vnũ caput, &c. quia licet hoc sit pro positũ principale, ꝙ nullus saluat̃ nisi subsit Christo capiti & eius vicario: tñ inferẽdo & concludendo ista dicit, q̃a oĩa hęc ex ꝓmissis sequũtur & concludũtur. Si enim una fuit arca Noe Ecclesiã figurãs: & ꝙ Xps vnũ caput orauit ꝓ vnica Ecclesia sua, & vnica fuit tunica Christi inconsutilis: aperte ex præmissis possumus inferre & dicere. Igit̃ unius & unicæ Ecclesiæ, vnum corpus, vnũ caput, &c. vbi supplendum est, ꝙ si Christo capiti & eius uicario subesse nolumus, salutẽ non poterimus adipisci. Notandum etiam, q̃d dicit, vnius & unicæ: Nã plus vr̃ importare vnicum quàm vnum. Nam tunc quis hẽt vnum, q̃n habet aliud. Sed tunc dr̃ habere vnicum quando non hẽt aliud, nec sperat ulterius habere aliud: nec hẽt in quod aspectũ dirigat. vnde Greg super illo uerbo Lucæ 7 Ecce defunctus efferebat̃ filius vnic⁹ matris suæ: & hæc erat vidua. Vult ꝙ iõ erat vnicus filius: q̃a mr̃ eius erat vidua: & nõ sperabat vlteri⁹ filios ꝓcreare: nec habebat in quẽ aspectũ dirigeret. Vere itaq. Ecclesia est vna spõsa Christi, & vnica: q̃a Christus nõ hẽt aliã spõsã: nec sperat vlterius habere aliã spõsam: nec dirigit suum aspectũ, nec suã affectionẽ ad aliã sponsam, ideo nullus confidat de alia sponsa, uel de alia Ecclesia, & sub nullo credat saluari nisi sub sponso: vel sub capite ipsius Ecclesię Christo, Christiq. uicario Petro, Petrique successore.

Vnus & vnic⁹ differunt.

Ioan. 19.

c ¶ Dicente Dño ipsi Petro, Pasce oues meas, &c.] Hic probat hoc idem ex vnitate commissionis, non enim factæ sunt plures ꝯmissiones principales, sed facta est vna principalis commissio; & omnes oues vni & eidẽ Petro & eius successoribus principaliter & uniuersaliter sunt cõmissæ. Format̃ autem sic ratio; Cuicunque Dñs commisit oues suas, nõ has uel illas, intelligitur sibi vniuersaliter commisisse, & ex hoc intelligit̃ nõ esse salutem alicuius ouis, nisi sub eo, & sub eius successoribus, cui omnes oues gñaliter sunt cnmmissæ, Sed dicẽte Dño ipsi Petro, Pasce oues meas; q̃a non inquit singulariter, pasce has uel illas, sibi commisisse intelligit̃ generaliter uniuersas, & per consequẽs nõ intelligit̃ saluari aliqua ouis, nisi sub Petro & successoribus eius, ita ꝙ subesse sibi est de necessitate salutis, quæ est nostra conclusio principalis. De hac aũt ratione ponit uirtutem medij, ut patet ex littera.

d ¶ Siue ergo Græci, &c.] Hic probat hoc idẽ ex unitate ouilis & pastoris. Format̃ autem sic ratio. Vbicũque ẽ unũ ouile & unicus pastor, siue Græci, siue alij dicãt se nõ esse sub ipso pastore, uel sub eius uicario, uel sub successorib. suis, dicunt se nõ esse de illis ouibus, nec ad ouile huius ꝑtinere, & per consequens dicunt se nõ esse in statu salutis. Sed dicente Domino in Ioãne, ut habet̃ Io 10 Cõstat vnum ouile & unicũ esse pastorẽ; siue ergo Gręci, siue alij dicant se Petro eiusq, successoribus non esse commissos, necesse est ꝙ fateant̃ se non esse de ouibus Christi, nec pertinere ad ouile Christi, & ꝑ consequens fatentur se quoque tales non esse in statu salutis. De hac autem rõne ponit uirtutem medij, ut patet ex littera. Notãdum aũt hanc decretalem sic ordinate procedere, ꝙ ex omnib. fere uerbis habetur conclusio principalis, quæ ponit̃ in fine decr. quod subesse summo Pontifici est de necessitate salutis. Nam si considerentur conditiones superius generales, ꝙ Ecclesia est una, sancta, &c. Si considerentur adaptationes superadditæ, ꝙ fuit una arca figurans Ecclesiam, quòd unica est Ecclesia pro qua Christus orauit; quòd unica fuit tunica Christi incõsutilis; quòd Ecclesia est unum corpus habẽs unum caput; quòd una facta fuit Petro de omnibus ouibus commissio principalis, quòd Ecclesia est unum ouile habens unum pastorem, omnia ista clamant ꝯtra eos qui saluari uolunt, nisi subsint summo Pontifici, omnia ista protestantur quòd sic subesse est de necessitate salutis.

Ecclesia est unum ouile.

Ioan. 10.

dicente Domino in Ioanne, Vnum ouile & vnicū esse pastorem.

¶ In hac [a] eiusque potestate duos esse gladios, spiritualem uidelicet & temporalem Euangelicis dictis instruimur. Nam [b] dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic, in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse, sed satis. Certe [c] qui in potestate Petri, temporalem gladium esse negat, male uerbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in uaginam. Vterque [d] ergo est in potestate Ecclesiæ, spiritualis scilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille uero ab Ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum & militum, sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Oportet [e]

a ¶ In hac eiusque potestate.] Hic ponitur tertia pars principalis huiusmodi decr. in qua postquam dn̄s Papa ex conditionibus generalib. congruentibus Ecclesiæ ꝓbauit ꝙ sibi subesse, est de necessitate salutis. Et postea ꝓbauit hoc idem ex quibusdam adaptationib. specialibus ad Ecclesiam adaptatis. Hic tertio vult hoc idem probare ex ipsis gladijs, qui sunt in Ecclesia. Circa ꝙ duo facit: quia primo agit de istorum duorum gladiorum pluralitate, potestate, & usu. Secūdo agit de eorū ordine: ibi, [Oportet aūt.] Circa primum duo facit: quia proponit primo quod intendit, secundo probat quod dixerat: ibi, [Nam dicētibus. Dicit ergo in hac, idest in Ecclesia, eiusque potestate duos esse gladios, spiritualem uidelicet & temporalē Euāgelicis dictis instruimur.

b ¶ Nam dicentibus.] Probat quod dixerat: sed dixerat duos gladios in Ecclesia, & eos esse in potestate Ecclesiæ: & quia non eodem modo isti gladij sunt in potestate Ecclesiæ, nec eodem modo pertinent ad vsum Ecclesiæ; ideo tria facit, quia primo dicit duos tantum esse gladios in Ecclesia Secundo ostendit eos ambos esse in potestate Ecclesiæ Tertio declarat non eodem modo eos in potestate Ecclesiæ: sed alterū ad vsum, alterum ad patientiam & nutum. Secunda: ibi, [Conuerte.] Tertia: ibi, [Vterque ergo.] Dicit igitur: nam dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic, id est in Ecclesia, cum Apostoli loquerentur: & quia ipsi Apostoli repræsentabant Ecclesiam, si inter ipsos Apostolos erant duo gladij, cōsequens est ꝙ in ipsa Ecclesia sint duo gladij; dicentibus itaque Apostolis duos gladios esse ibi, non respondit nimis esse, sed satis. Notandum ergo ꝙ si essent plures gladij quē duo nō dixisset Dn̄s, satis est, sed parum est. Et si essent pauciores, non dixisset satis est, sed nimis est, ex ipsis itaque verbis Dn̄i dicētis, satis est: datur intelligi duos gladios in Ecclesia, non plures nec pauciores.

Gladij duo sūt ī Ecclesia.

c ¶ Certe q in potestate.] Hic ostendit hos duos gladios esse in ptāte Ecclesiæ: dixerat enim in hac, idest in Ecclesia eiusq. ptāte duos esse gladios: & quia ꝓbauerat duos gladios in Ecclesia, vult probare hos duos esse in potestate Ecclesię: sed quia nullus dubitat spūalem gladium esse in potestate Ecclesiæ: ideo dn̄s Papa ꝓbat hoc de gladio tēporali dicens: certe q in ptāte Petri tpalem gladium esse negat, male verbū attēdit Dn̄i ꝓferētis Cōuerte gladiū tuū in vaginā. Notandum aūt ꝙ secūdum unum modum adaptandi duo gladij erāt inter Apostolos: & scd̄m hoc duo gladij sunt in Ecclesia: quia Apostoli locum tenebāt Ecclesię: vnus aūt illorum erat visibilis: quia fuit extractus, & significabat gladiū tpalem siue materialem: qa respicit corpora, & facit læsionem visibilem: alius autem stabat inuisibilis: qa non fuit extractus, & significare poterit gladiū spūalem, q ferit animas, & facit læsionem inuisibilem. Ergo si de gladio extracto & uisibili, q significat gladium materialem, dixit Petro, conuerte gladium tuum in vaginam: liq̄ de patet, ꝙ gladius materialis est Petri, & est ī potestate Petri: consequens est igit̄ ꝙ vterque gladius sit Ecclesiæ, & in ptāte Ecclesię Notandum etiam ꝙ istam sn̄iam tenet Bernardus ad Eugenium 4. dicas: Aggredere eos, idest malos Christianos, non ferro, sed verbo: innuēs esse duos gladios, vnum spūalem, qui ferit verbo, & alium materialem, q ferit ferro. & subdit de materiali gladio: Quid tu denuo usurpare gladiū tentas, quē semel iussus es reponere in vaginā? qa ergo dicit Dn̄s Petro d̄ materiali gladio, conuerte gladiū tuum in vaginam: sūmus Pōtifex, quamuis ille gladius sit suus, & quamuis sit in potestate sua, nō dēt tn̄ illo gladio uti uel ferire. Notādum etiam gladium materialem esse summi Pontificis, & esse in potestate eius: ostendit idē Bern. ibidem loquens summo Pontifici dicens: videlicet, quem materialem gladium qui tuum negat: non satis mihi uī attēdere verbū Dn̄i dicētis, Cōuerte gladium tuū in vaginam.

Gladiorū alter uisibilis, alter inuisibilis.

Matt. 26.

d ¶ Vterq; ergo est.] quia ostenderat vtrūque gladiū ī Ecclesia, & vtrūque in potestate Ecclesiæ esse: Hic vult ostendere non eodem modo vtrumque gladium ad Ecclesiam pertinere: ideo ait, qd̄ vterque est in ptāte Ecclesiæ: spūalis s. gladius & materialis: nō tn̄ eodem modo: is q̄dē, i. materialis ꝓ Ecclesia: Ille vero, i. spūalis ab Ecclesia exercēd⁹. Ille, i. spūalis, sacerdotis manu: is, idest, materialis, manu regum & militum: sed ad nutū & patientiam sacerdotis. Notādum aūt utrūque gladium esse in Ecclesia & ī ptāte Ecclesię, sed non eodem modo: qa spūalis est ī Ecclesia, & ī potestate Ecclesiæ ad vsum: materialis vero nō ad usum, sed ad patiētiam & ad nutū Sacerdos ergo cum spūali gladio excommunicando inobediētes ferit, & eo propria manu utit̄: cū materiali uero nō ferit, & eo ꝓpria manu non vtit̄: Sed reges & milites eo dēnt uti & ferire scd̄m nutū & patiētiā sacerdotis. est enim nutus p aliqua signa cognoscere alteri⁹ volūluntatē. Reges ergo & principes videntes per signa hoc expedire Ecclesiæ, dēbent contra rebelles & inobedientes materialem gladium exercere. Materialis itaque gladius non ab Ecclesia: quia non manu ecclesiæ, sed manu Regum & militum: tamen ꝓ Ecclesia, idest pro utilitate Ecclesiæ ad nutū & patiētiā Ecclesiæ exercet̄ Notandum ēt ꝙ accipiendo hoc gn̄aliter & spāliter possumus dicere, quod ad imperium & nutum Ecclesiæ materialis gladius exercet̄ ad imperiū gn̄aliter: quia mādat ecclesia gn̄aliter ꝙ fiat iustitia. Sed ad nutum spāliter: quia potest spāliter innuere, etiam ꝙ de isto fiat iustitia. Notandum etiam quod accipiendo iustitiam in aliquo spāliter, dr materialis gladius exerceri ad nutum & patientiam sacerdotis, ad nutum quidem, qa per aliqua signa denotat regibus & militibus, ꝙ pro Ecclesia & ad vtilitatē Ecclesię materialis gladius extrahatur. ad patientiā vero, qa in hoc quod aliquis punitur in corpore: sic Ecclesia sustinet & patitur & condolet, & compatit̄ patienti. Notandum quod hos duos gladios esse in potestate Ecclesiæ aliter & aliter, unum ad usum manu Ecclesiæ & ab Ecclesia: alium ad nutum & pro Ecclesia manu militis: tradit & scribit Bernardus ad Eugeniū quartum.

d ¶ Oportet aūt gladiū, &c.] Postquam determinauit de pluralitate, ptāte, & usu istorum gladiorum, vult determinare de eorū ordine, & hoc est principale propositum: quia, ut patet, principalis intētio huiusmodi decre.

autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati: Nam [a] cum dicat Apostolus: Nõ est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt: non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam [b] secundum beatum Dionysium, lex diuinitatis est, infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem vniuersi omnia æque ac immediate, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinẽ reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod [c] etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarũ rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate testante [d], spiritualis potestas terrenam potestatem instituere, ha-

decre est ostẽdere, ꝙ subesse summo Põtifici est de necessitate salutis, prout vltima conclusio manifeste declarat: & q̃a ex ordine gladiorũ hoc aperte patet: ideo agit de pluralitate, potestate, & vsu illorum gladiorũ quædã præambula. Sed agere de ordine est ad propositum principale: posset tamẽ qui vellet ex ipsis præambulis rõnes formare ad propositum principales. duo ergo facit, quia primo ponit quem ordinem habent huiusmo di gladij. Secundo probat quod dixerat: ibi, Nam cum dicat, dixit ergo, oportet autem gladium esse sub gladio: & temporalem auctoritatem subijci spirituali potestati, quasi dicat, quod hi gladij habent hunc ordinem quia gladius est sub gladio, cum temporalis & materialis sit sub spirituali.

Rom. 13.

a ¶ Nam cum dicat Apostolus.] hic probat q̃d dixerat, videlicet q̃d debet esse gladius sub gladio. Circa q̃d tria facit, quia probat hoc per Apostolum. Secundo per Dionysium. Tertio subiungit multa media simul probantia propositũ. Secunda ibi, Nam secũdum. Tertia ibi, Quod etiam. Dicit ergo secundũ Apostolum, Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt: non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior reduceret per aliũ in suprema. Notandum aũt ꝙ non potest esse essentialis ordo inter aliqua, nisi vnũ sit ꝑfectius alio & vbi vnũ magis appropinquat ad Deũ, quam aliud: habet enim se res respectu Dei, sicut vnũ respectu vnitatis, vt innuit Dionysius quinto de diuinis nominib. & sicut nõ sunt duo numeri essentialiter differentes, quin vnus habeat plures vnitates, q̃ alius: sic non sunt duæ res essentialiter differentes, quin vna perfectior sit alia. Si ergo isti gladij sint ꝑ se distincti & ordinati, oportet vnũ esse sub alio, & vnũ esse perfectiorẽ alio.

b ¶ Nam secundum.] hic probat hoc idem per beatum Dionysium: formetur sic ratio, Secundum legem diuinitatis infima reducuntur in suprema per media: & secũdum ordinem vniuersi non omnia æque immediate reducuntur ad ordinem: sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinẽ reducuntur: cum autẽ spiritualis potestas excellat terrenam potestatem dignitate & noblitate, quia spiritualia temporalia antecedunt, istę duæ potestates non ęque immediate reducentur ad ordinem: sed vna reducetur per aliam, terrena per spiritualem. Notandum autem, ꝙ hæc ratio nõ concludit solum terrenam potestatẽ esse sub spirituali quia temporalia communiter sunt sub spiritualibus: sed etiã probat quod terrena potestas habet reduci in Deum per spiritualẽ, hoc est, habet dirigi & gubernari per ipsam. Notandũ etiam, quòd ista ratio est sumpta à Dionysio, & est ad propositum principale, & est declaratio eius quod Apostolus dixerat, dicebatur enim ꝑ Apostolũ, Potestates à Deo sunt, & ordinatę sunt. Cũ ergo dubitari posset quo ordine ordinatæ sunt potestates, hoc dubium soluit dicens, ꝙ oportet eas vt res aliquæ sunt in vniuerso ordinatas esse, quia infima per media, inferiora per superiora ad ordinem reducunt.

Spiritualia antecedunt tpalia.

c ¶ Quod etiã ex decimarum datione, &c.] Hic multa media sumit ad probãdum, ꝙ potestas terrena est sub spirituali. Circa quod duo facit, quia primo facit q̃d dictũ est. Secundo ex dictis infert ad propositum multas conclusiones ibi: Nam veritate testante. Dicit ergo etiã, supple sic esse, quod terrena potestas subsit spirituali ex decimarum datione & benedictione, &c. Notandum est se hic posita quattuor media ad propositum quod terrena potestas subest spirituali. Primum medium de decimis habetur in canone. Secũdum de benedictione siue de sanctificatione, habetur ab Hugo. de sacramentis. lib 2. parte 2. Tertium de potestatis acceptione, hebetur ab eodem Hug. eod. lib. & eadẽ parte 2. Quartũ vero ex ipsarum rerum gubernatione, potest haberi ex verbis Augu. 11. de tri. c. 4. Propter primum sciendum, ꝙ si de iure diuino laici dant decimas clericis, tota terra laicorũ est incensum Ecclesiæ terrena itaq, potestas secundũ omnia bona terrena quę habet, est sub Ecclesia. Propter secundum sciendũ ꝙ Hug. de sacra. libro & parte præassignatis ait, ꝙ sacerdotalis dignitas regalem potestatẽ sacrat & benedicit: sed secundum Apostolum, qui benedicit maior est. ergo quia per Ecclesiam terrena potestas benedicitur, sanctificatur, inungitur quidem si sit inungenda, absoluitur si delinquat. Sed cum inungitur, ẽt absoluitur & benedicitur & sanctificatur: quare terrenam potestatem & specialiter reges excellentiores ꝑpter vnctionem, & omnes Christianos propter absolutionem, oportet subesse Ecclesiæ. Propter tertium, sciẽdum (vt Hug ait lib. & par. præassignatis) ꝙ spiritualis potestas est maior dignitate quam terrena: quod in illo antiquo populo veteris testamenti declaratur manifeste, vbi primum à Deo sacerdotium institutũ est postea vera per sacerdotium regalis potestas, iubente Domino ordinata est. Potuisset enim Deus si voluisset ꝑ seipsum vocare Saulẽ, & dare sibi potestatem regalẽ: sed voluit hoc fieri per Samuelem: insinuans potestatem terrenam dependere à potestate ecclesiastica, & sibi debere esse subiectam. Propter quartum sciendũ, ꝙ Aug. 3. de trin c. 4. vult quod totum vniuersum quodam ordine regatur: quia corpora grossiora reguntur per subtiliora, & tota corporalis creatura per spiritualem: sed turpis est pars, quę suo non congruit vniuerso. Si ergo in toto vniuerso corporalia reguntur per spiritualia, turpe esset si in genere humano, quod est pars vniuersi, terrenę potestates non subessent spiritualibus, & nòn regerentur per ipsas.

Potestas terrena subest spirituali.

Tera tota laicorũ ẽ in censu Ecclesiæ.

Reges quare sub sunt Ecclesiæ.

Sacerdotiũ pręcessit regalẽ potestatẽ.

Corporalia ꝑ spiritualia reguntur.

d ¶ Nam veritate testante, &c.] hic concludit de ecclesiastica potestate plures & varias conclusiones ad propositum vtiles. Circa quod quattuor facit, quia primo concludit, quod spiritualis potestas potest terrenam potestatem instituere, iudicare, transferre, & plantare. Secundo concludit de ecclesiastica potestate & potissime de suprema, quæ à solo Deo non ab homine poterit iudicari. Tertio cõcludit de eadem, quo modo est humana, & quomodo est diuina. Quarto concludit etiam, quod cum ista ita sint ordinata, quòd qui Ecclesiæ potestati resistit, Dei ordina-

tioni resistit: & ꝙ nō pōt quis ecclesiæ potestati resistere cum salute, nisi duo asserat principia, vt Manichęus errans posuit, ꝙ scriptura sacra veritatem asserens, negat & destruit. Secunda ibi, Ergo si deuiat. Tertia ibi, Est autem. Quarta ibi, Quicunq; igitur. Continentur ergo sic: Bene dictum est ꝙ potestas ecclesiastica potestatem terrenam benedicit, sanctificat, & ab ea potestas terrena potestatem accipit. Nam veritate attestante, i. canone Bibliæ asserente, spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet: & supple, si habet eam instituere, habet eam iudicare, si bona non fuerit: quia cuius est condere, eius est destruere: & quia etiam quantum ad terrenam potestatem habet eam instituere: & si non bona fuerit, habet eā iudicare & destituere sic. n. secundū huncmodū de ecclesia & ecclesiastica potestate verificetur vaticiniū Hieremię, Ecce cōstitui te hodie, i. à die qua formata est Ecclesia super gentes & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes ea destituendo: ædifices & plantes ea instituendo. Notandum autem ꝙ dicit, veritate testāte, spiritualis potestas terrenā instituere habet, quia vt patet ex veteri lege & ex Canone Bibliæ, primum a Deo sacerdotiū institutum est: & post iubente Domino per sacerdotiū regalis potestas ordinata est.

Hiere. 1.

bet, & iudicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia & ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremiæ: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, & cætera quæ sequuntur. Ergo [a] si deuiat terrena potestas iudicabitur à potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, à suo superiori: Si vero suprema, à solo Deo, non ab homine poterit iudicari: testante Apostolo; Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur. Est autem [b] hæc auctoritas (& si data sit homini, & exerceatur per hominē) non humana, sed potius diuina ore diuino Petro data, sibique suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit petra firmata: dicente Domino ipsi Petro: Quodcumque ligaueris: & cætera. Quicumque [c] igitur huic potestati à Deo sic, ordinatæ resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo (sicut Manichæus) fingat esse principia: quod falsum & hæreticum iudicamus: quia te..

a ❡ Ergo si deuiat, &c.] hic ponit conclusionem secundam de ecclesiastica potestate, & potissime de suprema: qui si deuiat, a Deo solo poterit iudicari. Continuetur ergo sic, Dictum est, si deuiat terrena potestas, iudicabit a potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, iudicabit à suo superiori: si vero suprema spiritualis potestas deuiat, à solo Deo, nō ab homine poterit iudicari testante Apostolo: Spiritualis homo iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur. Notandū autē ꝙ ille est spiritualis homo, qui habet sanā mentem & sanum iudicium, sicut ille est sanus corporaliter, qui habet sanū gustū. & habet sanū iudicium de saporibus, sic & ille est spiritualiter sanus, qui habet sanā mentem, & habet sanū & rectum iudicium de agibilibus. sicut ergo solus ille, qui est sanus corporaliter, potest recte alia corporalia iudicare: sic solus ille, qui est spiritualis potest de omnibus iudicare tam de spiritualibus, q̄ de corporalibus: quia corporalia sub spiritualibus continentur. Notandū etiā, ꝙ idē est esse spiritualē & sanū spiritualiter, quia quicunq; est spiritualis, habet sanā mentē, & habet rectū iudiciū de rebus. Notandū ēt ꝙ sicut habens gustū infectū male iudicat de saporibus, & in suo iudicio ab omnibus iudicatur: quia si habet gustum infectum cholera, etiam dulce iudicabit amarum: sic habens mentem infectam. habet prauum iudicium de agibilibus, & in suo iudicio ab omnibus iudicatur & reprehenditur, quia iudicabit esse faciendum quod non est faciendum, iuxta illud.

Spiritualis quilibet sanā mentem habet.

Dicit amor cęcus, dedecus esse decus.

Itaq; spiritualis homo, & habens sanam mentē iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur: quia in suo iudicio à nemine reprehenditur. Notandū ēt, ꝙ duplex est spiritualitas, personalis, & secundū statum: & duplex est

Spiritualitas est duplex.

iudiciū, siue duplex est correctio, auctoritātiua, & fra[1]terna. Itaq; spiritualis personaliter oēs iudicat: quia omnes male agētes potest corrigere correctione fraterna, & ipse a nemine iudicatur, q̄a si est spiritualis bonus & sanctus, nil agit de quo possit iudicari vel reprehendi. Est autem alia spiritualitas secundū statum, qñ est in statu sanctissimo & spiritualissimo: & in hoc statu est solus summus Pontifex: ideoque quilibet eum nominat, & nominare debet sanctissimum patrem. Iste omnia iudicat etiam auctoritate. quia sup omnes auctoritatem habet, & ipse à nemine iudicat, quia nullus habet auctoritatē super ipsum: personaliter ergo possunt esse, & forte sunt multi sanctiores Papa, & spiritualiores eo, sed secundum statum nullus est ita spiritualis nec ita sanctus: & q̄a auctoritate iudicare respicit spiritualitatē & sanctitatem secundum statum: ideo auctoritatiue ipse solus est ille spiritualis homo qui iudicat omnia. & ipse à nemine iudicatur.

1 Al. superna.

Papa sanctiores multi p sunt eff

b ❡ Est autē hęc auctoritas, &c.] hic ponit conclusionē tertiam de ecclesiastica potestate, ostēdēs quomodo sit humana, & quomodo non humana, vel ostendit quomodo sit humana, & quomodo diuina: est enim humana, quia data est homini, & est humana, q̄a exercetur per hoīem: tñ nō est humana, quia sit data ab hoīe: sed potius est potestas diuina, quia data à Deo, nā de ore diuino Petro est data sibi, suisq; successoribus. Est etiā hæc auctoritas diuina, quia firmata in ipso Christo petra, quam Petrus confessus fuit dicente Dño ipsi Petro Quodcūq; ligaueris, &c littera patet quidē. Notandū aūt ꝙ hęc auctoritas dupliciter est humana, & dupliciter diuina. Est aūt humana, quia exercetur p hoīem: Sed est diuina, q̄a est data à Christo, qui erat Deus: & est diuina, quia firmata est in petra firma in Christo, q erat verus Deus Notādū etiā, ꝙ oīa ista quattuor possunt haberi ex Euangelio: Nā ꝙ sit humana, quia data est homini, habetur ex Euāgelio, vbi dr: Tibi dabo, &c. ꝙ ēt sit humana, quia exercetur ab hoīe: patet ex Euāgelio, dum dr: Quodcunq; ligaueris, &c. Quod sit diuina, quia data à Deo: patet ex Euangelio, quia ipse Christus, qui erat Deus loquebatur qñ dixit: Tibi dabo. & ꝙ sit diuina, quia fundata in eo: patet ex Euāgelio, quia ipse Christus qui erat Deus loquebat̄ cū dixit: Super hāc petrā, i. super meipsum, qui sum petra, & quia significor per petram, ædificabo ecclesiam meam.

Auctoritas Papę humana & diui

c ❡ Quicunq; igitur, &c.] hic ponit conclusionē quartam de ecclesiastica potestate dicens: Quicunque igit̄ huic potestati, supple, ecclesiasticæ à Deo sic ordinatę resistit, Dei ordinationi resistit: & supple, non pōt esse in statu salutis, nisi forte fingat duo principia & duos Deos, sicut finxit Manichæus hęreticus: quod dictū falsum & hęreticum iudicamus: quia testante Moyse, non in principiis, sed in principio cælum Deus creauit & terram. Notādum autem, ꝙ Deus pater secundū vnum modū exponēdi, quæ tangit Aug. super Gen. in prin. idest, in filio creauit, &c. Et quia pater & filius nō sunt duo principia, sed vnū principiū, immo quia tota Trinitas,

In principio & in principijs D cęlū creauit & terram.

Trinitas, pater & filius & spiritus sanctus, relatiue ad creaturā non sūt plura principia, sed vnū principiū, ut dicit Aug. 4 de tri. c. 13. ideo nō in principijs, sed in principio cælū Deus creauit & terrā. Notandū ēt, ꝙ si essent duo Dij, possent esse plura capita in regimine humani generis, & vnū caput posset referri in vnū Deū, & aliud in alium Deū: Sed cū hoc sit falsum & hæreticum, sicut non est nisi unus Deus & vnus Dei filius Iesus Christus, ita Ecclesia non habet nisi unum caput & unum principalem uicarium Iesu Christi, cui subesse est de necessitate salutis. a ¶ Porro subesse Romano Pontifici.] Hic ponit conclusionem tot modis inuestigatam, & ēt illatam ab omnibus antedictis. Continuetur autem sic, quia ex conditionibus quibusdam generalibus competentibus Ecclesię: & q̃a ex quibusdam adaptationibus spiritualibus adaptatis Ecclesiæ: & tertio, quia ex ipsis gladiis, qui sunt in Ecclesia, patet ꝙ tenemur subesse Romano Potifici. porro, idest, certe, q̃a sic est: Ideo omnibus hic consideratis declaram⁹, dicimus, & diffinimus omnino esse de necessitate salutis omni humanæ creature subesse summo Pōtifici. Notādū autem, ꝙ ait dn̄s Papa se declarare, dicere, & diffinire omnino, ꝙ sibi subesse ē de necessitate salutis, & c. quę possunt sic adaptari, vt cōcludamus, ꝙ subesse summo Pontifici est de necessitate salutis: declaramus, si consideramus cōditiones generales s. potestas competentes Ecclesiæ: dicimus, si cōsider mus adaptationes spāles adaptatas Ecclesiæ: & hoc diffinim⁹, si cōsideramus ipsos gladios, q̃ sunt in Ecclesia, & omnino, idest penit⁹: vel omnino, idest prefatis oibus consideratis, pronuntiamus sic esse Et hac de expositione p̄ntis decretalis editę a sanctissimo patre & dn̄o, domino Bonifacio diuina prouidētia Papa octauo, dicta sufficiant. Io. Mona.

Gen. 1.

Ysai. ita: oēm humanam creaturā.

Ecclesia vnicū caput hēt.

stante Moyse, Nō in principijs, sed in principio cælum Deus creauit & terram. ¶ Porro a subesse Romano Pontifici omni † humanę creaturæ declaramus, dicimus, diffinimus, & pronuntiamus omnino esse de necessitate salutis. Datum Lateranen. Pontificatus nostri anno octauo.

Papa sub esse est d necessitate salutis

ADDITIO. Quæro vtrum potestas spūalis debeat dn̄ari temporali: Et vr̄ ꝙ non, quia iurisdictiones sūt distinctæ, ut in authen. quo. oper epi. in prin. coll. 1. de consecr dist 3. celebritatem. in fin Non ergo Papa debet se intromittere de potestate temporali: sed debet tēporalia dimittere imperatori, Regibus, & aliis d̄nis temporalibus 8. dist. quo iure. arg. extra qui filij sint leg. c. lator, & c. causam. aliàs poneret falcem suam in messem alienam. s̄ de elect. c. venerabilem. quod non est faciēdum 6 q. 3. c. 1 præterea secundū Hug. Imperatora solo Deo hēt potestatem in temporalibus, Papa in spūalibus & sic iurisdōnes sunt distinctæ, ut dicūt primæ concordantiæ. Et licet coronam recipiat à Papa: gladiū tn̄ ab altari. 93. dist legimus. & ēt ante fuit imperiū q̃ Apostolatus. Præterea potestas spūalis indigeret tpali multoties. 23. q. 5 administratores ergo nō dominat̄ ei. Præterea si potestas spūalis dominaret̄ temporali, haberet dominium tpalium. Sed dominiū earundem rerum non potest esse simul & semel insolidum eodem tempore apud plures. ff commo. l. si ut certo. § si duobus uehiculum. ergo nullus alter haberet dominium, quod est falsum: ergo, &c.

Additio dn̄i Petri Bertrādi.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Prelati non discurrant præsertim habitu transformato: qui si ad curiam uenerint, inde recedere non debent sine Papæ licentia: aliàs ipsi & receptantes illos excommunicati sunt.*

CAP. II.

VT prælatorum ineptadiscursibus grauitas, & simplicitas simulationib obuiatur, & ipsorum ad Christi vicarium indeuotio, religiositati quippe contraria, non immerito arguenda, cum reuerentiā illorum sanctitas, lucē puritas, firmosq. maturitas poscat gressus, ut sint uita mundi, fama clari, proficuique reddantur exemplo. Verum qnia ipsorum quo-

Contrarium Vr̄, Christus comisit summo Pontifici vices suas, vt habetur Matth. 16. c. & 24 q. 1. quodcunque. Sed Christo data erat omnis potestas in cælo & in terra, Matth 28 ergo summus Pontifex, q̃ est eius vicarius habebit hanc potestatem. extra de transla. c. quanto.

Rn̄deo & dico, ꝙ potestas spiritualis debet dominari omni creaturæ humanæ per rationes, quas Host. inducit in summa, qui fil. sint leg. §. qualiter, & à quo. Item quia Iesus Christus filius Dei dum fuit in hoc mundo, & etiam ab æterno naturalis Domin⁹ fuit, & de iure naturali ī Imperatorē, & quoscunque alios depositionis sententias ferre potuisset & damnationis, & quascunq. alias, vtpote in personas, quas creauerat & donis naturalibus & gratuitis dotauerat, & etiam conserua bat. Et eadem ratione & uicarius eius potest. Nam non videret̄ Dn̄s discretus fuisse (ut cum reuerentia eius loquar) nisi unicum post se talem vicarium reliquisset q̃ hæc omnia posset Fuit autem iste uicarius eius Petrus, Matth. 15 vltra mediū. Et idem dicēdum est de successorib. Petri, cum eadem absurditas sequeretur, si post mortem Petri humanam naturam a se creatam sine regimine unius personæ reliqsset. arg. ad hoc supra, qui filij sint leg. per venerabilem. vltra medium. de hoc not. nno. supra de fo comp. c. licet. Et ideo dn̄s Bonifacius 8. motus aliis efficacibus rationibus & exemplis & auctoritatibus sacræ scripturæ, declarauit, dixit, & diffiniuit subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam esse de necessitate salutis, ut in Etrauag. vnā sanctam quæ hic de verbo ad uerbū posita est, cum glo domini Ioan. Mo. qui plene declarat hanc quæstionem.

Iurisdictio spūalis oēs creaturas humanas adstrīgit.

Ad argumenta in contrarium respondeo. Ad primū cum dr̄, quod iurisdictiones sunt distinctę, &c. dicit Host. sic, Ego iurisdictiones assero, & utramq; a Deo processisse, vt dicta authen. quomo. opor. epi. tamen quāto altera magis Deo appropinquat, tanto maior. Ergo sacerdotium maius, ꝙ probatur ex ordine scripturæ dictæ auth Et sic intellige ꝙ non multum discrepāt sacerdotium, & imperium, ut auth. de nō alie. aut permut. rebus ecclesię. §. si minus coll. 2. Non multum discrepant quo ad principium, vnde procedunt: sed multum discrepant quo ad maioritatem. Inde est, ꝙ caput episcopi inungitur, sed armis regis, & episcopus chrismate, rex oleo, ut sciatur ꝙ episcopus est uicarius capitis nostri, idest Iesu Christi, & ut ostendat̄ quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis potestatē. extra de sacra vnc. c. 1. ver. vnde in veteri testamento Et eodem modo respondetur ad secundam oppositionem. Et quod dicitur ante fuisse imperium quā Apostolatum, hoc non facit ad propositum, quia potestas non ratione temporis dr̄ maior, sed potius ratione dignitatis. Nam & si Andreas primus uenit ad fidem quā Petrus: prælatus est tamē Petrus Andreæ, cum in Apostolorum catalogo semper primas quasi præcipuus præmittatur, nō quod Petrus

sit potior tempore, sed potior dignitate.

Ad tertium argumentum dico quòd licet, vt supra dictum est, omnis humana creatura subsit Papæ, & sic potestati spirituali: non tamen sequitur ꝙ habeat dominium omnium rerum temporalium.

Dñiũ est duplex.

Ad cui⁹ declarationē sciendũ est, ꝙ est duplex dñium. Est.n. qđ dam dñium iure diuino: quoddam aliud iure humano. 8. dist. quo iure. Diuinũ dominium est illud, qđ est apud Deum super oēm creaturam: ipse enim Deus creator est omnium vniuersorũ: q. enim manet in æternũ, creauit omnia simul. Itē in Genẽ c. 1. In principio creauit De⁹ cælum & terrā. Et uide de hoc qđ legit & not. s̃. de sum. tri. & fide catho. c. 1. Isto dñio Dñi est terra, & plenitudo eius, in psal. s̃. de deci. ca. tua nobis & dicto ca quo iure. Istud dñium est uerum dñium, simplex & absolutum, & vnus est Dñs omniũ creaturarum Deus. Et ideo ꝓprie loquēdo omnes creaturæ, proprietates, res & possessiones, & bona alia in nullius bonis sunt vere, absolute, & proprie, nisi Dei. Circa qđ dominium dicit Hosti. s̃. de vo & vo. redemp. ca qđ super. in magna glo. ver. mihi tamen uidetur sic in aduentu Christi omnis honor, & omnis principatus, & oē dominiũ & iurisdō đ iure, & ex iusta cā ꝑ illũ, q supremā manũ hēt, nec errare p̃t, oĩ infideli subtracta fuerint, & ad fideles trāslata: Quod hoc iusta cā fuerit. ꝓbat Eccl. 10 Regnũ de gēte ad gētē trāsfert ꝑꝑ iniustitias, & iniurias, & ꝯtumelias, & diuersos dolos Quòd hoc factum sit, comprobatur. s̃ de const. c. translato. & hoc in personam Christi filij Dei viui, qui non solum sacerdos fuit, sed & rex. Lucæ 1 Ecce concipies in utero, &c. vsque & regni eius non erit finis. vnde & ipse dixit Matth. 21. Auferetur a uobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius Huius autem regni & sacerdotij principatum perpetuũ commisit filius Dei Petro & successoribus eius, vt patet in eo quod legitur & not. li. 6. de homi. c. pro humani. & sup. qui fi. sint le. ꝑ venerabilem §. rationib⁹. per totum & maxime in ver. fin. Et de tali dominio diuino dico, ꝙ oĩs t̃palis pōtas est subiecta spũali, & debet potestas, spiritualis potestati tēporali dominari.

† al. intimato.

Christus fuit sacerdos & rex.

rundam (vt fide dignorum habet assertio) eò vana prorupit, interdum ne dixerimus perniciosa temeritas, quòd (vestibus spiritualib. sanctitatis abiectis, dissimulato habitu) ad remotas a suis sedibus partes se transferunt: Quinimmo ad sedem Apostolicā clanculo nobis non visis, nec insinuato† quòd venerint, venisse, latitasse, discessisse que dicantur: Nos ne tacētibus nobis non præcisus huiusmodi morbus inualeat: dum prouidum creditur, quod incautum; licitũ, quod impune: Omnibus episcopis superioribusque prælatis sub obtestatione diuini iudicij inhibemus, ne absque rationabili causa, timoris forte uel alia, extra suarum ciuitatis, & diœcesis ac prouinciarum (mutatis habitibus) limites indiscrete discurrant. Inhibemus etiam ne qui episcoporum & superiorum ipsorum latenter (præsertim habitu transformato) uenientes ad curiam, de ipsa (Romani Pontificis non præsentati conspectibus, uel saltem ab eo recedendi licētia non obtenta) recedant. Si qui uero episcoporum & superiorũ huiusmodi nostræ inhibitionis contradictores extiterint, & absque ipsius Romani Pōtificis recedendi licentia concessa, eoque non uiso recesserint ab eadem, nec. non si qui scienter receptauerint antedictos, nisi id confestim eidem Romano Pontifici, uel alicui per quem hoc ipsum ad eius crediderint deduci notitiam, manifestare curauerint (etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali, uel quauis alia dignitate præfulgeant) eos excommunicationis sententia innodamus.

¶ Ioannes xxij.

¶ Prelati ad curiam nō debent more noctuæ latenter uenire, nec inde sine Papali licentia recedere: aliàs infideles iudicantur, & sententia excommunicationis ligantur.

CAP. III.

ET si deceat quoslibet subditorum curam exercere sollicite, & per omnia uelut lucis

Aliud est dominiũ ꝙ secundũ legistas uocatur legale dominium: & ita nominat Accur. ff. de uer. sig. l. recte scđm vero canonistas vocat̃ humanum, ut in dicto c. quo iure. De isto legali uel humano dñio dicit Inn. sic, ꝙ eius iuris est, ꝙ ad aliquē spectat uel requiritur de iure naturali, & an fuerit ab initio introductum. ut sunt dñia, obligationes, & huiusmodi, & c. Innuēs exp̃sse, ꝙ rerum dñia & obligationes sunt de iure naturali, idest, de iure gentium. Non aũt à iure ciuili uel Imperatore, ut actiones. ff. de iust. & iu. l. ex hoc iure. Inst. de rerum diui. §. ferę ita not. Inno. de const. c. quæ in ecclesiarum. & Com. post. dicit ibidem, ꝙ à iure gentium descendũt dominia: sed per leges principũ distinguntur modi, ꝑ quos rerum dominia acquiruntur. ff. de acqui. re. do. per totum & insti. de re diu. per totũ. Et de intelligitur ꝙ legitur 8. dis quo iure. & sic cōcordant in hoc, ꝙ dominia sunt de iure gētium. Vr̃ mihi ꝙ dominium rerum legale uel humanũ fuit a Deo collatum humanæ creaturæ, & non fuit ab initio introductum iure gentiũ, uel ciuili. Nam Deus omnia quæ creauit, fecit propter rationalē creaturam, & omnia subiecit rationali creaturę. Gen c. 1. Et sic reseruato sibi vniuersali & uero dominio omniũ creaturarum, huius dominij utilitatem ꝯcessit ab initio humanæ creaturæ quo ad vsum: quòd vr̃ intelligere Accursius. C. de iur do. l. in rebus. sup uerbo naturaliter, vbi dicit quòd iure primæuo non distinguebantur dominia, nisi quantum ad usum, & c. vnde ante ius gētiũ omnia fuerunt communia quousque iure gentium vsibus primorum parentum introductum fuit, quod terrę diuiderentur & limitarentur, & appropriarent̃, ut unusquisque quod suum esset, sciret. Vnde lex dicit, quod iure gentium dominia sunt distincta, non dicit introducta, ut dicta l. ff de iusti. & iu. l. ex hoc iure Cum enim iure gentium diuidantur dominia: sequitur quod ante diuisionem erant dominia communia. arg. ff com diui. l. 4 circa prin. cum ibi notatis. vnde ex ꝯcessione diuina vtilitatis dominij rerũ causatur quoddam dominiũ legale uel humanum, ꝙ respectu veri dominij diuini non dr̃ dominium: sed in se consideratum dr̃ verum. Istud vero dominium legale vel

Dñiũ legale uel humanũ, quale ē: & an fuerit ab initio introductum.

vel humanum prout erat in communi, non debet dici iuris gentium, sed diuini. Prout vero cuilibet appropriatur vel acquiritur hoc dominium, sic consideratum est iuris gentium. Et tale dñium non est apud Papam tantum, sed apud omnes, qui iuste acquirunt: & ex quo semel acquisitum est, nõ licet Papæ vel alicui alteri auferre, vel occupare sine iusta causa, quia esset contra ius naturale diuinum, quo vnicuique dictum est: Ne faciat alteri, quod sibi non vult fieri, vt in princ. decretorũ. Et Dominus dicit in Euangelio: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. 9. q. 2 nullus alterius. facit ad hoc C đ cohorta. l. si quis. lib. 12. Et hoc intelligo sine causa, quia ex iusta causa posset aliquis priuari ab homine, vel à iure tali dominio. ff. de relig. & sump. fur. l. si quis sepulchrum. C. ꝓ quib. cau. ser. li. acci. per totum. & ff. & C. de bo. dam per totum. Vnde per hoc respondetur ad arg. ꝙ quãtum ad humanam creaturam illa subest spirituali. potestati sicut dictum est. Sed dominia rerũ aliarũ sunt apud singulos qui iuste acqui runt: verũm est de dominio legali vel humano, sed diuinũ dominiũ est apud Deũ. Nec est contradictio, diuersis respectibus accepto dominio.

Dominiũ rei an possit domino suo tolli.

Noctua nocte videt, lux huic excæcat oculos.

Ad illa iura communia, quæ dicunt quòd Imperator est dominus mundi. ff ad leg. Rhod. l. depreca. tio. responde vt no. C. de quadrie. præscr. l. bene à Zenone. Petrus Bertrandi.

AD vniuersalis.

filios ambulare: hoc tamẽ præcipue ab ipsis exigitur, qui constituti per altitudinem dignitatis vt in specula, circa commissas sibi plebes pastorum simul & custodum partes implere tenentur, & coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere. Ad nostrum sane peruenit auditum, quod nonnulli pontificali prædicti digni ate, gregum suorũ custodiam negligentes, & abhorrentes lucem tamquam filij tenebrarum, non verentur se ab ouium suarum cura, mercenarij more, tempore longo subducere, & pontificali dignitate reiecta, non erubescunt vagari per deuia sub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo patribus & superioribus honore præcepto, sic abiecti & indecori interdum ad sedem Apostolicam clanculo declinare præsumunt, vbi more noctuę cuius intuitum nox illuminat, lux excæcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos suis arbitrantur conformari desiderijs visitant, suos eis euomentes conceptus iniquos, & conspirationes forsan illicitas aduersus nos & alios pertractantes, & demum abinde (non absque notabili sedis prædictæ contemptu) reuerentia tam consueta quàm debita non exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipso petita licentia, nec obtenta, recedunt.

¶ Nos igitur & ipsius sedis honori in hac parte prospicere, ac talium insolentijs finem imponere cupientes: de fratrum nostrorum consilio hoc generali prohibemus edicto, ne de cætero præsul aliquis sine sui superioris licentia, nisi pro negotijs Ecclesiæ sibi commissæ, extra suam diœcesim audeat pernoctare: firmiter statuentes, vt quicunque pontifex ad Romanam curiam veniens, Papale palatium primitus visitet, ad Papam (si hoc patiatur temporis opportunitas) intraturus, ac reuerentiam consuetam & debitam exhibiturus eidem: nullatenus recessurus à curia, nisi ab ipso super hoc petita licentia & obtenta. Quod si secus à quoquam super his fuerit attentatum, nos quoscunque prælatos quamuis etiam patriarchali dignitate fulgentes, sic ad sedem accedentes, necnon quoslibet alios, qui tales apud sedem ipsam receptare præsumpserint, nisi ante receptionem huiusmodi eidem Romano Pontifici significauerint aduentum illorum: decernimus eoipso notam infidelitatis incurrere ac excommunicationis sententiæ subiacere. Nulli ergo, &c.

De treuga & pace.

Sixtus quintus.

¶ *Sixtus Papa volens discordiam ex pragmatica sanctione subortam sedare, ordinarys regni Franciæ ad conferenda beneficia sex menses concedit. Facultatem concedendi sex gratias sibi retinet. Beneficia Cardinalium, & eorum qui Cardinalibus sunt familiares in regno Franciæ existentia, suæ dispositioni vsque ad certum tempus reseruat. De beneficijs promouendorum quid fieri debet, ostendit. Causas beneficiales in prima instantia vult in partibus terminari, in quibus ante diffinitiuam sententiam (nisi in vno casu) vetat appellari. Quid de causis in curia pendentibus faciendum sit, narrat. Si autem eadem causa in diuersis curijs diuersis respectibus tractatur, quonam pacto terminanda sit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxij. seruandas censet. Tandem tempus ponit, intra quod vult ista acceptari & seruari.*

a ¶ Ad regimen.] hæc habetur infra sub tit. de præben.

b ¶ Execrabilis.] ista habetur infra sub tit. de præb. cum glo. Guglielmi de Monte Lauduno, & etiã inter xx. Ioannis xxij. cum gl. domini Zenzelini sub eo. tit. de præb.

Discordia est extinguenda. & pax cõseruanda.

CAPI. I.

AD vniuersalis Ecclesię regimen diuina disponente clementia vocatis, inter alia pro commissorum populorum votiua dilectione nil occurrit præstantius, quàm exorta inter personas ecclesiasticas (principis tenebrarum astutia,) discordiarum fomenta per nostræ sollicitudinis occursum protinus extinguere, vt cuiusuis altercationis salubriter euulsis seminibus, pacis & trãquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (diuina nobis assistente gratia) imponere & conseruare valeamus. Cupientes itaque, vt suscitata retroactis temporibus discordia (proh dolor) in regno Franciæ, Delphinatu, alijsque terris & dominijs charissimi in Christo filij nostri Ludouici Francorum regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas occasione cuiusdam constitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quam personæ prædictæ pragmaticam sanctionem vocant, ne si (quod absit) maiora fomenta sumeret, damna pariter & grauiora scandala, periculaque subsequerentur, fine debito claudatur & totaliter secludatur: Auctoritate Apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio omnibus & singulis prælatis, & alijs personis ecclesiasticis regni, Delphinatus, terrarum & dominiorum eorundem, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum & dominiorum eorundem collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio pertinet: de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, necnon alijs beneficijs ecclesiasticis cum cura & sine cura, sęcularibus & regularibus ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus: quæ deinceps in Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo dispositioni Apostolicæ ex aliqua generali reseruatione in corpore iuris clausa, aut per alteram ex constitutionibus felicium recordationum Benedicti xij. quæ incipit: Ad regimen [a]. aut Ioan. xxij. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quæ incipit: Execrabilis. [b] seu constitutiones & regulas cancellariæ Apostolicæ per nos super hoc editas reseruata generaliter non existant) perinde ac si aliquæ à sede Apostolica vel eius legatis expectatiuæ litteræ non emanassent, libere disponendi facultatem concedimus per præsentes. Et quia isti summi Pontifices prædecessores nostri consueuerunt se in concessionibus gratiarum expectatiuarum † personis benemeritis exhibere liberales, nostræ intentionis existit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominijs regni huiusmodi vltra gratias expectatiuas per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris, & dominijs concessas (quibus in aliquo præiudicare non intendimus per præsentes, quasque in suo robore permanere volumus) sex personis idoneis regnicolis, sex alias gratias expectatiuas ad quamlibet collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem singulorum ex prælatis & alijs personis prædictis. Ex quibus quidem sex gratijs, duæ gratiæ expectatiuæ conceduntur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipse & charissima in Christo filia nostra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vieñ. necnon magistri & præsidentes, ac alij officiarij in aliqua ex parlamentis regis eiusdem regni nobis super hoc vnanimiter supplicabunt: qui duo nominati per regem & reginam, Delphinum, magistros, præsidentes, & officiarios præfatos gaudeant prærogatiuis ad instar familiarium nostrorum continuorum commensalium. Ipsisque sex gratijs consumptis, alias sex gratias similes alijs sex gratijs personis idoneis modo & forma prę missis concedere intendimus. ¶ Volumus autem, ac eisdem auctoritate & tenore præsentium decernimus & declaramus, beneficia, quę venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium familiares, continui commensales eorũ familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris & dominijs præfatis obtinent, & in posterũ obtinebunt, dispositioni Apostolicæ in posterum censeri reseruata, quãdiu duntaxat Cardinales præfati uitã duxerint in humanis, ac post obitũ eorundẽ Cardinaliũ per sex annos continue sequentes: Quibus quidem sex annis elapsis, alij ad quos eorundem beneficiorum collatio, prouisio, præsentatio, electio seu quæuis alia dispositio alias pertinet: de beneficijs familiarium huiusmodi in regno, Delphinatu, terris

† Gratias expectatiuas & mãdata de prouidendo nemini amplius concedi decreuit cõcilium Trid. sess. 24. de reforma. capit. 19.

terris & dominijs, præfatis consistentibus, in prædictis mensibus, disponere valeant, huiusmodi reseruatione non obstante.

¶ Concedimus etiam, quòd beneficiorum, quæ promouendi per nos ad dignitates seu beneficia consistorialia ipsarum prouisionum per nos de eorum personis faciendarum obtinebunt, ac in quibus, & ad quæ ius eis quomodolibet competit ac competere poterit, per promotiones ad dignitates & alia beneficia consistorialia prædicta, ac munus consecationis eisdem promouendis impediendum, seu lapsum temporis de consecrandis episcopis à sacris canonibus definiti vacaturorum, si promotiones ipsæ in aliquo ex supradictis mensibus fiant, nisi beneficia ipsa essent aliàs dispositioni Apostolicæ (vt præfertur) reseruata, ad prælatos & personas supradictas: Si vero in alijs mensibus promotiones eisdem fieri contingat, ad nos & Romanos Pontifices successores nostros collatio, prouisio, & omnimoda dispositio pertineat.

¶ Et quoniam sedis Apostolicæ notariorum magnus reperitur numerus, eorundem notariorum, qui habitum per eiusdem sedis notarios gestari solitum publice & continue gestant, & in posterum gestabunt, beneficia in eisdem regno, Delphinatu, & terris consistencia dumtaxat censeatur reseruata: quodque † omnes & singulæ causæ beneficiales in partibus coram iudicibus competentibus vsque ad diffinitiuam inclusiue in prima dumtaxat instantia, in qua nulli ante diffinitiuam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) debeat admitti, nisi ab interlocutoria vel à grauamine negotium principale minime concernente, quòd non possit per appellationem à diffinitiua sententia reparari: In alijs vero instantijs in curia Romana tractentur, cognoscantur, & fine debito terminentur.

¶ Causæ vero beneficiales pendentes in dicta curia inter nostros, aut dictorum Cardinalium familiares continuos commensales, ipsis Cardinalibus in eadem curia præsentibus, seu in aliqua legatione aut recreationis causa secedentibus, necnon præfatæ sedis officiales, officia actu exercentes, aut alios à præmissis, qui per sex menses curiam prædictam secuti sunt, & sequuntur de præsenti curiales & quoscunque alios eorum aduersarios super quibusuis beneficijs eisdem aduersarijs auctoritate ordinaria collatis, per illos quibus commissæ reperiuntur, seu alios per nos ad id deputatos, seu etiam deputandos iudices audiantur, cognoscantur, decidantur, fineque debito terminentur, ac executioni debitæ demandentur. Cæteræ vero similes causæ beneficiales inter quoscunque alios pendentes, & quæ quibusuis iudicibus seu auditoribus commissæ reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Franciæ auctoritate Apostolica committantur audiendæ, & cognoscendæ, & fine debito terminandæ, cum necessaria earundem causarum aduocatione. Præterea quia aliquæ ex supradictis causis in eadem Romana curia super petitorio, & diuersis curijs ipsius regni super possessoro tractantur: volumus quòd in eisdem causis in diuersis curijs super petitorio & possessorio vnico & eodem contextu pendentibus (suspenso petitorio, & censuris super hoc latis) in possessorio, in curijs eorundem iudicum coram quibus causæ possessorij pendeant de præsenti, procedant, causęquę ipsę super huiusmodi possessorio intra biennium terminentur & finiantur. Alioqui biennio elapso, liceat partibus ipsis procedere super petitorio, & ulterius dictis causis expeditis super possessorio: aut huiusmodi biennio elapso altera partium litigantium coram iudice competenti auctoritate Apostolica deputato poterit ius suũ prosequi, ipseque Apostolicus iudex intra aliud biennium causam in petitorio terminare teneatur. Quod si non fecerit, causa ipsa ab eo auocata, & lis penitus extincta censeatur. Et si forsan aliquis eorundem iudicum cuiusuis sibi commissæ causæ expeditionem malitiose prorogare, aut differre præsumpserit, excommunicationis, & omnium beneficiorum priuationis pœnas ipso facto incurrat: à qua quidẽ excommunicationis pœna absolui nequeat, nisi à nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus, præterquam in † mortis articulo: quodque decætero in litteris expediẽdis in regno Franciæ, Delphinatu, & terris alijsque dominijs p̃dictis seruẽtur a taxæ super hoc editę per Io. xxij. Papã præfatum: & excessus, si qui fuerint, corrigantur. ¶ Et quia propter assiduas

a ¶ Taxæ.] Vide pro hoc extrauagantem, Cum ad sacrosanctæ. quæ est inter xx. Ioannis xxij sub titu. de sent. excom.

Causa eadẽ diuersis respectibus in diuersis curijs tractari põt.

† In mortis articulo nulla est casuũ reseruatio: atque ideo oẽs sacerdotes quoslibet pænitentes a quibusuis peccatis & censuris absoluere possunt. cõcil. Tri. sess. 14. c. 7. de casuũ reseruatione.

duas guerras & nouitates, quæ continue vigent in dicto regno, prætenditur ecclesias, dũ vacant grauatas, in taxa etiam reformata in cõcilio Constantinensi, quæ reducta est ad medietatem antiquæ taxæ, quòd grauatus in eadem taxa prælatus promouendus soluat communia & minuta seruitia, quæ plures ex Gallis annatam vocant: tantum pro vera æstimatione fructuum ecclesiæ & monasterij, ad quæ sit promotus, eaque in dicta cancellaria & camera Apostolica inuiolabiliter obseruari mãdamus. ¶ Et quia in supradictis cõcessionibus regnum ac regem maxima sumus charitate complexi, credendum est non immerito, vt se deuotos & obedientes erga sanctam Romanã Ecclesiam exhibeant. Quare volumus & eisdé auctoritate & tenore statuimus, quòd præfatus Rex intra quattuor menses præmissa acceptare & obseruare, ac in regno, Delphinatu, & dominijs huiusmodi obseruari facere, necnõ intra alios duos, præfatos quattuor immediate sequentes menses super acceptatione & obseruatione, alijsque præmissis omnibus & singulis per suas patentes litteras nos & sedem præfatam certificare teneatur: Alioquin præsentes litteræ, & inde secuta quæcunque, sint cassa & irrita, nulliusque roboris vel momenti. Nos enim extũc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, intentionis, voluntatis, constitutionis, declarationis, induli, mandati & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę M.cccclxxij. septimo idus Augusti, Pont. nostri anno 1.

¶ Sixtus quartus.

¶ Discordiæ inter religiosos Mendicantes & ecclesiarũ parochialium rectores in partibus Germaniæ quattuor delegatis commissa, per eos sub certis formis & modis in pacem & concordiam conuersa fuit: quam Romanus Pontifex confirmans, præcipiens sub pœna excõmunicationis illam à prælatis obseruari.

CAP. II.

Vices illius, qui supra petram ædificauit Ecclesiam suam, meritis licet insufficientibus, gerentes in terris, & per eius immaculata vestigia, quantum nobis ex alto conceditur, incedere satagentes, inter Christi fideles quoslibet, & præsertim sub vno atque eodem sacerdotij vexillo nobiscum Deo militantes, pacem & charitatem inducere, & inductam confouere, vigilanti sollicitudine meditamur assidue, & quæ ijs contraria sunt, falce vigilantiæ pastoralis ad radicem posita submouere, prout rerum & temporum circumstantiæ id non immerito exposcere dinoscuntur. ¶ Nuper siquidem pro parte tam venerabilium fratrum nostrorum Moguntinen. & Treueren archiepiscoporum, ac Herbipolen. & Vuormacien. & Spiren. episcoporum, quàm dilecti filij nobis viri Philippi comitis Palatini Rheni, & ducis Bauarię, qui vnus ex electoribus [a] Romani imperij existit, ad nostrum peruenit auditum, quòd inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, & Carmelitanorum ordinum professores, & nonnullos parochialium rectores, & alios etiam ecclesiarum prælatos, instigante illo, qui tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, in partibus Germaniæ, & præsertim in oppido Eslingen. Constan. diœcesis suscitata sunt nõnulla dissensionum, & scandalorum fomenta ex certis causis tunc nobis expressis, quæ nisi per vigilantiam pastoralis officij celeriter succidantur, possent ad scandalum non modicum Christi fidelium illarum partium faciliter peruenire.

¶ Nos igitur attendentes, quòd sacrosancta Romana Ecclesia ab eius fundatione primæua in ordine sacerdotali, quem Petrus Apostolus, & eius successores obseruarunt, instituta, & per viros prouidos & sacerdotes virtuosos adaucta, & longissimis temporibus feliciter conseruata extitit: Rursusque animaduertens quòd hodiernis temporibus hominum crescẽte malitia, nisi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus scriptus sancti, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in ordinibus fratrũ Mẽdicatiũ gratia assistẽte diuina in copioso numero reperiuntur) assidue coleret, vepribus malorũ & sentibus vitiorũ omnium

celeriter

Vices illius.] a ¶ Ex electoribus.] electores Imperatoris sunt septem: tres ecclesiastici, & quatuor laici de quibus per glo. in cap. ad Appostolicæ. de sent. & re iudic lib. 6.

Matt. 16.

Sacerdotes dñi sub eodẽ vexillo cũ Papa militate.

1. Pet. 5.

Ecclesia Romana per fuit instituta, adaucta, & conseruata.

Prædicatores multi in ordinib. Mendicãtiũ reperiuntur.

celeriter obtueretur: non potuimus non nisi ab intimis cordis nostri dolere, quòd inter tales viros, qui se mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apostolum, onera portare deberent, discordiæ seminarium excitaretur. Vnde cum vellemus super his ea, qua decet maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris Gulielmo Hostiensi & Angelo Prænesti. episcopi, & dilectis filijs nostris Iuliano tituli sancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli sancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuæ vocis oraculo commisimus & mandauimus, vt à singulis partibus prædictis vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hincinde propositis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem episcopi & Cardinales statutis loco & tempore conuocatis, auditis, & intellectis partibus prædictis (vt præfertur) & in præmissis grauiter & consulte procedentes, partes ipsas de communi earundem consensu ad concordiam infrascriptam perduxerunt: Videlicet, quòd ipsi parochiani sacerdotes decætero non dicāt à Mendicantibus hæreses processisse, cum in ueritate fides nostra sit illuminata, & Ecclesia exaltata per eosdem, & præsertim per ordines Prædicatorum, & Minorum, ut iura testantur. Quòdque fratres mendicantes nō prædicent, populos parochianos nō teneri audire Missam in eorum parochijs diebus festiuis & Dominicis, cum iure sit cautum † illis diebus parochianos teneri audire Missam in eorum parochiali ecclesia: nisi forsan ex honesta causa ab ipsa ecclesia se absentarent: quòdque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, & bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cum sit libera. Quod etiam ipsi Mendicantes desistant prædicare, quòd parochiani non sint obligate saltem in Paschate, proprio confiteri sacerdoti: quia de iure† tenetur parochianus saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hoc tamen ipsi fratres Mendicātes non censeantur exclusi, quominus secundum iuris communis & priuilegiorū eisdem concessorum dispositionem, cōfessione audire, & penitentias iniungere ualeāt. Quod etiam decætero inter ipsos fratres Mendicantes & curatos quo ad effectum prædicandi, horas cantandi, campanas pulsandi, seruetur cōsuetudo antiqua, quę temporibus antiquis seruata fuit in ipso oppido Eslingeñ. Et casu quo veniat aliqua occasio siue necessitas, non fiat commutatio temporis uel horæ in ipsis prædicationibus fiendis, nisi de consensu partium. Quòdque etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant † prælatis & rectoribus parochialium ecclesiarum: Nec etiam populos à suarum ecclesiarum parochialium frequentia & accessu abstrahant siue retrahant quoquo modo. Et viceuersa ipsi rectores & prælati aliquo modo non detrahant Mendicantibus sed illum fauorem, quem possunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præstant, ita vt vera vnitas & perfecta charitas inter eos ostendatur.

† Cap. vt Dominicis de parochijs, & alien. parochian. vide cōciliū Trid. ses. 21 in decreto de obseruandis in celebratione Miss.§ moneant.

† Cap omnis vtriusque sex' de pœnit & remis.

† Vide cōciliū Lateran. sub Leone x. ses. 11 in decreto incipien. Supernæ maiestatis.

¶ Nos itaque illius iudices gerentes in terris qui apostolis dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: cupientes super his opportune prouideri, motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam: sed de nostra certa scientia & mera voluntate concordiam prædictam, ac omnia & singula per præfatos episcopos & Cardinales ordinata, ad hoc vt perpetuo inconcussa persistant, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia approbamus & confirmamus, ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus. Supplentes omnes & singulos defectus tam iuris quàm facti, qui forsan interuenerunt in eisdem. Iniungentes nihilominus archiepiscopis, episcopis, plebanis, rectoribus, curatis, necnon prioribus, guardianis, & singulis fratribus ordinum Mendicantium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contra facientes, & quemlibet eorum contra facientem incurrere volumus eoipso; à qua absolui nequeant, nisi de expresso consensu partis læsæ, & debita satisfactione præuia, inuiolabiliter obseruent, & quantum in eis est, ab alijs obseruari faciant. Et insuper quascunque lites & causas coram quibuscumque causarum palatij Apostolici auditoribus seu alibi occasione præmissorum, inter dilectos filios decanum & capitulum ecclesiæ Spireñ. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indecisas pendentes, illarum status, tenores & formas, & in eis gesta & actitata, præsentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie, motu, scientia & auctoritate prædictis aduocamus, & litem seu lites ipsas penitus extinguimus. Et ambabus partibus prædictis litis huiusmodi consortibus seu illis adhærentibus perpetuum silentium imponimus: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac priui-

Ioan. 14.

Suppletio quādoq; fit de iure & de facto. vide not in c. bonæ. 1. de post. pral. in antiquis.

priuilegijs eisdem fratribus in genere vel in specie concessis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, M. ccccLxxviij. xv. Caleñ. Iulij, Pontificatus nostri anno se-

LIBER SECVNDVS.

De iudicijs.

Iudicij descriptio.

¶ Nota pro rubricæ intellectu, quòd iudicium est actus legitimus trium personarum, iudicis, actoris, & rei. Sed contra cap. forus. §. in omni. de verb. sign. in antiq. vbi dicitur, quòd in omni negotio requiruntur etiam tres testes. Sed dic, quòd testes non semper sunt necessarij: sed quando est factum negatum, vel aliæ probationes desunt, vt dicto § in omni. & 4 q. 4 cap. 1. Et dicitur iudicium non à iudice (vt dicit Ioan. Mona.) sed à iuris disquisitione seu discussione. Nam causa est dum proponitur, iudicium dum discutitur, iustitia dum finitur. dicto cap. forus. de verb sign. Vel potes dicere, si vis, quòd iudicium non ab actore vel à reo dicitur, sed à iudice sicut à persona principaliori arg. C. de accu. qui explicandi. Et redditur iudicium in inuitum. ff de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. 1. Et expone, de iudicij, idest de processibus iudiciarijs, qui enumerantur in cap. quoniã. extra de prob. Sic accipitur C. de iud. sancimus & cap. pia de excep. lib. 6. in princ. & cap. nonnulli. de rescrip. in antiq. & ff. vt leg. nom. l. etiam in princ. Vel dic de iudicijs, idest, de iuris disquisitione seu discussione, vt dictum est.

Testes nõ semper necessarij sunt.

Iudicij xv. significationes declarantur.

¶ Nota insuper quòd iudicium habet xv. significationes. Primo modo est actio, vt iudicium familiæ ercifcundæ, idest, actio. ff. de iudi. l. in tribus. extra de prob. cap. ex litteris. Secundo modo est lis siue controuersia, vt iudicium pendet de hæreditate, &c. ff. ad Trebel. l. 1. 2. responso. & ff de pecu. quòd debetur Tertio modo est auctoritas, vt negotia ecclesiastica non sunt iudicio laicorum disponenda. extra de iudi. cap. decernimus. Quarto modo est forus, vt causa iuris patronatus debet diffiniri iudicio ecclesiastico, idest in foro ecclesiæ. cap. quanto. extra. tra de iudi. Quinto modo est arbitrium. 2. q. 6 à iudicibus. & ff. qui satisd. cog. arbitrio. de offic deleg. ab arbitris. lib. 6. Si enim arbiter est iudex, ergo arbitriũ est iudicium. Sexto modo est vltima voluntas, vt iudicium testatoris non debet esse cassum. C. de sacrosanct. eccles. l. 1. de sepul. licet. in fi lib. 6. Septimo est quæstio, vt iudicium ambiguum est ad Papam referendum. cap. per venerabilem. §. rationibus. extra qui fil. sint leg. C. de orig. iur. l. quoniam. Octauo modo iudicium dicitur esse discretio, vt furiosus & impubes non possunt esse iudices, qui a carent iudicio, idest, discretione. ff. de iudi. l. cum prætor. cap. graue. de præb. in antiq. Nono est sententia, vt iudex punire potest eos, q suo neglexerint parere iudicio, idest, sententiæ. de offic. deleg. cap. de causis aliàs, in causis de appel. si duobus. circa fin. de præscrip. cap fi. ff de leg. 3. l. qui concubinam. §. si hæres & Ecclesiastici 18. ibi, Ante iudicium iustitiam tibi para. Decimo est instantia, vt iudicium perit triennio. l. properandum. §. 1. C. de iudi. & capitu. iudi. & cap. venerabilis. eod. tit. in antiq. Vndecimo est discussio, vt hic, vt C. & ff. eod. tit. & in cap. forus. de verb. sig. Duodecimo est potestas iudicandi. ff. de iud. l. iudicium soluitur, vetante eo qui iudicare iusserat. &c. Tertiodecimo est pernicies. Vnde Apostolus 1. ad Corinth. 11. ibi, Qui manducat & bibit indigne corpus & sanguinem Domini, iudicium, idest, perniciem sibi manducat & bibit: Sic exponitur 4. sent. distin. 9. in fin. Quartodecimo est pœna, in Matth. Qui occiderit, reus erit iudicio, idest, pœna. sic in Ioanne, Qui bona egerunt, ibunt in vnam æternam: qui vero mala, in resurrectionem iudicij, idest, pęnæ æternæ. vltimo iudicium dicitur esse processus iudicialis. cap. 1 eod. tit. lib. 6. de except. pia. eod. lib. Et ista xv. significata his versibus comprehendi possunt:

Matth. 5. Ioan. 5.

Versus.

> Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle:
> Quæstio, discret. senten. instant. discussio, posse:
> Pernicies, pęna, processus iudicialis.

Vide Ioan. Mona. super rubrica de iudi. lib. 6. & etiã glo. in cap. in iudicijs, de reg. iur. lib. 6. Nullibi tamen clarius habentur hæc exposita, quàm hic.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Decretalem, super cathedram. quæ est in Clem. in cap. dudum. innouata, inbet obseruari: neque propter illã debent religiosi Mendicantes esse molesti & graues prælatis, neque prælati ipsis religiosis. Et si sint aliquæ iniuriæ uel molestationes hincinde facta: Papa vult iustitiæ complementum breuiter exhiberi, summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, vel aliter prout qualitas excessuum exigit. Non obstantibus quibuscunque obstaculis, quæ possent his obuiare.*

FRequentes.] ¶ Super cathedram.] nunc est sub tit. de sepul. in cle. & incipit, dudum.

CAP. VNICVM.

FRequentes immo innumerosæ quodammodo de diuersis mundi partibus venerabilium fratrum nostrorum episcoporum, aliorumque superiorum prælatorum, necnon dilectorũ filiorũ, rectorũ, curatorũ & parochialiũ sacerdotũ querelæ cõtra dilectos filios fratres Prædicatorũ & Minorũ ordinũ, nostrũ & sedis Apostolicæ excitarũt auditũ, & clamorosis insinuationibus excitare & fatigare nõ cessant, quòd quidẽ fratres decretalẽ, Dudũ. editã à felicis recordationis Bonifacio Papa viij. prędecessore nostro, quæ incipit, Super cathedram a. Ac per piæ memorię Clementem Papam v. prædecessorem nostrum in Vieneñ.

concilio

concilio innouatam temere obseruare non curant: sed ipsam transgredi non timentes in eiusdem sedis contemptum, animarum suarum periculum, & eorundem & ecclesiarum parochialium præiudicium & grauamen. Intelleximus quoque quòd plerumque præfatis dictorum Prędicatorum, & Minorum, necnon Eremitarum sancti Augustini, & Carmelitarum ordinū fratribus, in cuius ordinis dicto rum Eremitarum personis idem prædecessor Bonifacius constitutionem prædictam, in qua tantum de ipsis Prædicatorum & Minorum ca uebatur ordinibus, per omnia voluit postmodum integraliter & inconcusse seruari. Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos subsequenter constitutionem eandem quo ad omnia in ea contenta duximus extendendam, à prædictis episcopis, prælatis, rectoribus, curatis, & sacerdotibus, contra tenorem constitutionis prædictæ graues iniuriæ atque molestiæ in diuersis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vien. fratris nostri archiepiscopi Burdegalen. & dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegalen. & aliarum ecclesiarum, prioratuum, conuentuum, rectorum, curatorum, sacerdotum, & vicariorum parochialium, ac clericorum tam regularium quàm sæcularium ciuitatis & diœces. prædictarum nobis extitit intimatum, quòd prædicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiusdem, multa eisdem & eorum singulis grauamina & iniurias inferunt & iacturas. Quia igitur parum esset iura condere, nisi qui ea tueatur, existat: Nos volentes de fratrum nostrorum consilio decretalem prædictam, Super Cathedram, irrefragabiliter obseruari: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus vestrum per vos, seu alium, vel alios etiam si sint extra loca, in quibus estis conseruatores seu iudices deputati, tam eisdem archiepiscopo, capitulis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis, ac clero ciuitatis & diœces. prædictarum, & eorum cuilibet aduersus prædictos, quàm econuerso eisdem fratribus aduersus archiepiscopum, capitula, prælatos, priores, conuentus, rectores, sacerdotes, vicarios, ac clerum, præfatos & singulos eorundem efficacibus defensionibus præsidio assistentes, ac facientes decretalem prędictam quo ad omnia eius capitula prout iacent, firmiter obseruari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem archiepiscopis, capitulis prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis, ac clero, vel alicui seu aliquibus eorundem, nec etiam prædictos archiepiscopum, capitula, prælatos, conuentus, rectores, curatos, sacerdotes, vicarios, ac clerum, seu aliquem, vel aliquos ipsorum eisdem fratribus grauamina ac iniurias irrogari. Facturi ipsis hincinde de quibuscunque iniuriis, molestationibus, grauaminibus, & damnis vicissim illatis hactenus, & etiam in posterum inferendis eisdem contra tenorem constitutionis eiusdem, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, summarie [a], simpliciter & de plano, sine strepitu iudicij & figura, in alijs vero prout qualitas ipsorum exigit iustitiæ complementum: Molestatores & maiores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles quandocunque & quotiescunque expedierit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscunque exemptionibus, specialibus vel generalibus, tam fratribus & ordinibus prædictis, vel alicui seu aliquibus fratrum & ordinum eorundem, quàm præfatis archiepiscopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicarijs, ac clero, seu ipsorum alicui vel aliquibus, communiter vel diuisim, sub quacunque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, ac eiusdem Bonifacij, quo cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem vel diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra dietam vnam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur [b]. Seu ne iudices & conseruatores à sede deputati prædicta extra ciuitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij vel alijs uices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam à fine diœcesis eiusdem trahere præsumant:

Cōstōnē papalem violās periculo se subijcit.

Iura condere parū esset, nisi qui ea tueretur existeret. ff. de orig. iuris, l. 2. §. post originē, de electio. c. vbi periculum. §. præterea. lib. 6.

a ¶ Summarie, &c.] propter ista verba hæc extrauagans sub hoc titu. fuit posita. Quæ autem causæ sint sic decidendæ, vide c dispendiosam. eod. tit. in cle. Et quid illa verba importent, declaratur per cap. sæpe. de verb. signi. in clem.

b ¶ Euocetur.] loquitur de cap. statutum de rescrip. lib. 6.

a ¶ Conseruatores.] loquitur de cap. 1. de offic deleg lib. 6.
b ¶ Numerum.] vide cap. cum in multis. de rescrip. lib. 6.

sumant: dummodo vltra duas dietas aliquis extra suam ciuitatem auctoritate præsentium nō trahatur. Seu quòd de manifestis iniurijs, molestiis, & alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt (pœnis in eos si secus egerint, & etiam id procurantes adiectis) conseruatores [a] se nullatenus intromittant, quàm alijs quibuscunque constitutionibus à Romano Pontifice tam de iudicibus delegatis & conseruationibus, quàm personis vltra certum numerum [b] per litteras Apostolicas ad iudicem non vocandis, aut alijs edictis, quæ nostræ possent iurisdictioni, aut potestati eiusque exercitio libere quomodolibet obuiare. Seu si tam eisdem fratribus vel eorum ordini, aut alicui seu aliquibus fratrum & ordinum prædictorum, quàm archiepiscopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicarijs, ac clero prædictis, vel aliquibus ipsorum, seu quibusuis alijs communiter, vel diuisim à præfata sede sit indultum, quòd excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel vltra, circa vel alio quocumque modo ad iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi & de eorum personis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem. Et quibuslibet alijs indulgentijs seu priuilegijs dictæ sedis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta nostræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri. Et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum specialem oporteat in nostris litteris fieri mentionem.

Excōicari ne possint, aliquib. qñque conceditur.

¶ Cæterum iudicibus seu conseruatoribus quibuscumque per litteras Apostolicas sub quacumque alia quàm præsenti verborum forma vel expressione confectas, eisdem prædictorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, ac Carmelitarum ordinum fratribus, seu ipsis ordinibus communiter vel diuisim, super damnis & iniurijs, & alijs quibuscunque rebus seu negotiis alias deputatis & subdelegatis eorum præsentibus & futuris auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne aliquem seu aliquos auctoritate litterarum Papalium prætextu seu occasione quorumcumque damnorum vel iniuriarum siue grauaminum contra tenorem prædictæ constitutionis, Super cathedram, ipsis fratribus seu eorum ordinibus antedictis communiter vel diuisim à quibuscumque personis illatorum hactenus, & etiam inferendorum in posterum, coram se alicubi deinceps ad iudicium vel alias quoquo modo vocare, seu in causam aliquatenus trahere præsumant. Inhibitionem huiusmodi non solum ad futura, sed etiam ad quouismodo adhuc pendentia, & incœpta negotia volentes extendi: ac decernentes præfatas litteras & processus eorum auctoritate quacunque habitos & habendos ad damna, grauamina, & iniurias huiusmodi contra tenorem dictæ constitutionis illata & inferenda (vt dictum est) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum & inane si secus super præmissis per quoscumque scienter vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem nostram huiusmodi ad dictorum iudicum seu conseruatorum & subdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Insuper volumus & auctoritate Apostolica decernimus, quòd quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico: quodque à data præsentium sit vobis & vnicuique vestrum in præmissis omnibus & eorum singulis cœptis & non cœptis, præsentibus & futuris & præteritis, licitum procedere, ac si prædicta omnia & singula coram vobis cœpta fuissent, & iurisdictio vestra & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus & singulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitisset, constitutione prædicta super conseruatoribus & aliis quomodolibet in contrarium edita non obstante. Datum Auinion. decimo Calend. Februarii, Pontificatus nostri anno xi.

Iurisdō p citatione perpetuatur. c. gratū, de offi. dele.

De dilationibus.

¶ Ioannes. xxij.

¶ *Præmisso elegāti exordio, ostensisque periculis quæ*

IN Delictorum.] a ¶ Cudunt &c. vi de c quanto. cum ibi notatis. de iureiu. in antiq. & extrauagantem, spondent. infra de crimi falsi.

culis quæ proueniunt ex falsorum florenorum fabricatione, citantur peremptorie fabricantes, data sibi dilatione trium mensium, intra quos coram Papa compereant: aliàs contra ipsos, eorum absentia non obstante, procedetur prout iustitia suadebit.

CAP VNICVM

Peccatũ vnũ sua mole at trahit a iud.

IN delictorum diuersorum nexibus ac tenebris inuolutos, plerumque trahit in maiorum scelerum præcipitium moles præponderans peccatorum: nam & si diuersos diuersa delicta coinquinent, sunt tamen nonnulli, qui propriæ salutis immemores, delictis communibus & vulgaribus non contenti, ad profana & vetita prorumpentes, sic damnata cupiditate lucrorum ac inexhausta eorum voragine deuoluuntur, quòd dummodo suas inglunies ad quas inhiant, expleant, se lucris illicitis immo iacturis spiritualibus temere immergentes, honori Dei & animarum saluti, ac sacrorum canonum & imperialibus edictis & iuribus communibus capturas nefarias & lucra illicita antiponunt. ¶ Sane iamdudum ad nostri Apostolatus auditum multorum fide digna relatio sępius etiam repetita perduxit, & fama iam publica per facti euidentiam diuulgata effecit notorium, nonnullos esse in Lombardiæ superioris & Marchiæ Ianuensis partibus, qui licentiæ temerariæ laxatis habenis licere sibi præsumentes illicita, cudunt a & fabricant, seu cudi & fabricari faciunt florenos auri, secundum formam & signum & coinum ac circunferentias litterarum, qui in ciuitate Florentiæ (à tempore cuius non extat memoria) cudi & fabricari sunt soliti, & cuduntur & fabricantur etiam in præsenti. Et quamuis dicti floreni ad veram florenorum de Florentia similitudinem fabricati, in vero & solito florenorum eiusdem ciuitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero florenorum valore deficiant; ipsi tamen (simulata eorum effigie) personas vt plurimum simplices, & quandoque etiam in huiusmodi rebus expertas decipiunt, ipsasque damnis rerum & periculis personarum exponũtdum pro veris florenis ipsos recipiunt: Cum etiam præterea in talibus plurimi non habeãt inter florenos & florenos tantæ similitudinis peritiã discernendi. Nos itaq; tantis & præcipue animarum periculis affectu paterno occurrere cupientes: monemus omnes & singu-

Lucrorũ cupiditas ad multa nefaria impellit.

los talium præsumptores, ipsis nihilominus districtius inhibentes, quatenus deinceps a cusione & fabricatione florenorum huiusmodi cessent, & realiter & effectualiter resipiscãt: Nihilominus præsentis edicti peremptorij auctoritate citantes eosdem ac eorum singulos sub pœna priuationis iuris, si quod eis super cudendis florenis competit (quam ipsos cessante iusto impedimento, si in exequendis mãdatis nostris huiusmodi remissi seu negligentes fuerint, incurrere volumus ipso facto) vt intra trium mensium spatium à data præsentium numerandum, per se vel per procuratorem idoneum Apostolico conspectui se præsentent, propositurі quo iure ipsis florenos competat ius cudendi, ac exhibituri priuilegium si quod super hoc habeant, vel ius aliud si quod sibi credant cõpetere, ostensuri. Et nihilominus super prædictis facturi & recepturi quod iustitia suadebit: Intimantes eisdem, quod si non venerint, nos contra ipsos super præmissis & ea tangentibus procedemus prout expedire viderimus, & suadebit iustitia, ipsorum absentia non obstante. ¶ Vt autem huiusmodi nostra nunciatio atque citatio ad communem omnium notitiam deducatur, chartam siue membranam citationem atque monitionem huiusmodi continentes, in maiori Ecclesiæ Auiñ. affigi ostijs faciemus: Quæ processum huiusmodi suo quasi sonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, vt prædicti moniti & citati, & alij quicunque qui sua crediderint interesse, vel quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quòd ad eos processus huiusmodi non peruenerit, vel ignorauerint eundem: cum non sit verisimile remanere quo ad ipsos incognitum † vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione vj, Calend Decemb. Pontificatus nostri anno ix.

† Occultum non præsumitur quod omnibus publicatur.

De dolo & contumacia.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Citationes etiam extra dies solen-

Diuisio.

REm non nouam.] Hæc decret. diuiditur in quatuor partes: Nam primo prooemium ad intentum præmittit. Secundo ver. [Est siquidē.] ad hoc probandum plura argumenta inducit. Tertio ver. [Præmissis.] super ipso intento statuit. Quarto versic. [Non obstātibus.] statutum huiusmodi per non obstantia munit.

a ¶ Insolitam.] C. de iudic. rē nō nouā. Et qui est adstrictus ad insolita, non tenetur de solitis ff. de contra hen. empt. fistula. §. frumenta. & adstrictus simpliciter, tenetur de solitis, non de insolitis. ff. de leg. 3. qui saltum. ff. de an. nu. leg. l. Seio. §. fin. Vnde adstrictus in genere, ad cōem modū tenet. ff. de verb. ob. l. cōtinuus. §. cum ita ff. de ædi. edi. siquis venditor. C. de dona. si quis argentū. §. 1. & adstrictus ad solita faciens insolita, de casu tenet. ff. de neg. gest. si negotia absentis.

Adstrict⁹ ad aliq d faciēdum ad quid tenetur.

b ¶ Peruenire citatio.] ut lit. non contest. quoniā. §. porro. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. sed Aristo. ff de euic si ideo §. fin.

c ¶ Quodque in albo.] arg. ff. de iu. om. iu. si id qđ. 1. respon. not. ff. de albo scri. per totum. authen. de litig. §. omnem coll. 8. C. quomodo & quādo iu. authent. qui semel.

d ¶ Ius.] hic ex iurib. iam allegatis arguit.

e ¶ Violēter præsumpsisse.] de violenta p̄sumptione habet extra de præsump. literas. & c. quanto. & ibi not.

f ¶ Lapidibus.] auth. scriptum exemp. l. 2. §. fi. coll. 2. & arg ff. de orig. iur. l. 2. §. 1. authent. de iudi. in fi. coll. 6.

† Fortassis, legendū arctēt.

g ¶ Rationis.] sumptæ tam ex præcedentibus quàm subsequētibus.

nes publicæ factæ de mādato Papæ in audientia litterarum Apostolicarum vel Papali palatio affixæ ianuis maioris Ecclesiæ loci in quo Papa cum curia sua degit, arctant citatum ac si ad eum personaliter deuenissent. Restringitur tamen hæc extrauagans ad illos, qui impediunt ne ad eos possit citatio perueniri, vel quorum domiciliū tunc adiri non potest vt c. 1 de iudi. in clem.

CAP. VNICVM.

REm nō nouā aggredimur neq; viam insolitam [a] ambulamus, sed anterioris iuris calcatam vestigijs præsentis constitutionis indubitato roboramus suffragio, & inconcusso munimine stabilimus. Est siquidē iam sancitum, quòd propositum publicę citationis edictum eum arctet, qui impedit aut facit etiam se celando, ne ad eum possit peruenire [b] citatio, appareatque contumax qui sic agit. Quodque [c] in albo prætoris huiusmodi edicta proposita suæ iurisdictioni subiectos arceant †, & adstringant magis, quàm si voce præconia (quæ innotescit paucis) vel litteris citarentur. Ius [d] enim quod talem modum citationibus posuit, violenter [e] præsumpsisse credendum est, vt quæ in eodem albo tot ipsius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam deuenirent. Vnde ad præbendam omnibus eorum quæ sanciuntur plenam lectionē & notionem, mandatur legem tabulis aut lapidibus [f] sculptam, sanctissimæ Ecclesiæ describi porticibus & affigi. ¶ Præmissis igitur in debitam consi[d]erationem deductis, ac in lance irrefragabilis rationis [g] appensis: nos qui vniuersis [h] (disponente Domino) præesse dinoscimur, volentes per hanc nouellam constitutionem aliquid circa prædicta statuta expressius inueniri: declaramus de fratrum nostrorum consilio, & nihilominus hoc edicto perpetuo valituro firmamus & statuimus, vt citationes auctoritate Apostolica de quibuscunque personis vndecunque & vbicūque [i] sint, cuiuscunque status dignitatis vel præminentiæ Ecclesiasticæ vel mundanæ, etiam si imperiali vel regali fulgeāt dignitate, præsertim [k] si impediant vel faciant per se vel per alios [l] quoquo modo ne citationes ipsæ ad eos perueniant, ex quacunq; causa faciendo vt citandorum domicilia, siue loca tute vel libere adiri non possint: cum (prout scriptum est) existimare debeamus, an eo [m] ire liceat [n] vbi est citatio facienda, perinde ad instar edictorum præfato-

h ¶ Vniuersis.] nō tā in vniuersis causis seu negotijs, vt not. in extrauag. c. vnam.

i ¶ Vbicumque.] & sic ligant existētes in eadē puincia seu alia, siue etiā modico freto distēt, seu si fuerint vltra mare ff. de verb. sig. notionē. §. 1. C. de dila. l. 1.

k ¶ Præsertim.] verbū præsertim, quandoque tenetur cōparatiue. aliquando tenetur p̄cisiue, vt pro tantū, vt not. extra de simo. per tuas 1. circa fi. & dic hic teneri p̄cisiue, vt in casu hic posito, & alijs parem æquitatem seu maiorem habentibus, vt j. not. secus regulariter. Nam q̄ citatio facta voce præconis vel in albo prætoris cōtra Anglicū vel Theutonicum, qui verisimiliter non credebat habere causam in curia Romana arctaret eū, esset durū & contra stylū curiæ, qui nō citatū, ab homine vel à iure vult citari. si negotiū ad curiam reuocet p litteras. Et p hūc modū quilibet tenet habere pcuratorē in curia: & hoc modo curia oēs ad se faceret venire: nec iste citatus in albo prętoris, de quo nō est ius expressum, vel voce p̄conis in palatio Papali, debet esse nimis credulus referētibus se citatū. ff de eo per quē fa. erit. l. 1. §. dolū. nec eulogijs seu relationibus est credēdū. ff. de cust re diuus 2. Et nūtio iurato creditur. extra de appel. cū parati. nō i li qui non est p̄co iudicis. extra de proba. quoniam contra.

Præsertim tenetur dupliciter.

l ¶ Per alios.] ff. de admi. tut. ita autē. §. gessisse. extra de sent. excō mulieres: §. fi.

m ¶ Eò.] aduerbium est loci, & summuntur hæc verba ff. ad Treb. de ætate

n ¶ Ire liceat.] tute vel libere, vt præmittitur: & hæc ęstimatio debet esse verisimilis vt timor non sit vanus:

nus: aliàs citatio arctaret. extra de spon. ueniens 2. ff. quod me. cau. l. metum. ff. si cui plus quàm ꝑ leg. fal. hoc autem. 1. respon. ff. de reg. iur. vani timoris. Nã sicut prouiderunt partibus, quibus nõ patet securus ad iudicẽ accessus. extra de appe ex parte 1. ita decuit ꝓuidere iudicibus, executoribus, aut apparitoribus eorũ ĩ citationib. faciendis, quãdo non patet ad partes securus accessus. extra ut lit. non cõtest. tuæ. & hic, quo casu debet in citatione exprimi. arg. extra 6 lib. de appel. c. Romana. §. cum autem. ff de transac. cũ hi §. vult igitur. & §. si prætor. arg. opt. ad hanc distinctionẽ. extra 6. lib de off. deleg. statuimus.

a ¶ In albo prætoris.] Papa hoc specialiter & ex certa sciẽtia iubẽte, ut ĩ. sequitur in casib. pari uel maiori æquitate nitentibus quàm sit casus. s̃. eo. §. est siquidem. 1. rñ so. aliàs regulariter intelligendum est de illo citato prius legitime: nã negotio per citationem iuris vel hominis ad curiã legitime deuoluto, pars nihilominus in audientia publica vel præconizatione, vel in albo prætoris citatur, & tunc hmõi citationes sunt magis citationũ iam factarum exaggerationes cõtumaciam partis antea citatę declarantes.

rum propositorum in albo [a] prætoris, etiam extra solemnes [b] dies, in quibus Romani Pontifices suos facere consueuerunt generales processus, publice id nobis specialiter & ex certa scientia iubentibus, factę in audientia litterarum nostrarum, aut in aula nostri palatij, postmodum affigendæ ianuis maioris Ecclesiæ loci, in quo Romana communis omnium Christiani populi nationum residebit curia, ut cunctis possint patere, & ita deferri citatis sic ualeant ac arctent citatos post terminum lapsum, quem (considerata locorum distantia [c]) uolumus citationibus ipsis competentem apponi, sicut [d] si eos personaliter [e] apprehendissent: Non obstantibus [f] aliquibus priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus aut specialibus quibuscunque personis pontificali, imperiali, regali, uel alia Ecclesiastica, seu mundana dignitate prædictis, aliisque inferioribus Ecclesijs, monasterijs, locis, collegijs & uniuersitatibus in quacunque forma uerborum concessis: per quæ talium citationum effectus possit quomodolibet impediri, etiam si de ipsis & eorum totis tenoribus de uerbo ad uerbum, aut de propriis nominibus personarum, monasteriorum, Ecclesiarum, locorum illorum quibus conceduntur, uel eorum ordinibus aut dignitatibus oporteat in nostris litteris fieri mentionem.

aut diuersa ecclesiastica beneficia curam [a] animarum habentia possit dispensatiue, cum [b] aliàs non liceret de iure communi, recipere, & simul licite retinere: Vnde inter cætera [c] inconuenientia infrascripta nascuntur, quòd videlicet [d] interdum vnus, qui vnum, quamuis modicum vix officium [e] implere sufficeret, plurimorum sibi vendicat stipendia: quæ multis litteratis [f] viris vitæ puritate ac testimonio bonæ [g] famæ pollentibus, qui mendicant, possent abunde sufficere, æqua [h] distributione collata. Habentibus [i] ipsa paratur vagandi [k] materia, diuini [l] cultus minuuntur, hospitalitas [m] in ipsis beneficijs debita [n] non seruatur: & dum [o] non sunt sui in vnaquaque regione [p] rectores ecclesiarum, detrahitur commodis & honori: quæ carentes defensorum auxilio in iuribus suis & libertatibus multipliciter collabuntur: ruinis [q] patent ędificia nobilia, quæ magnificentia [r] extruxerat decessorum. Et (quod [s] amarius est dolendum) animarum [t] cura negligitur: & vitiorum [u] sentibus fomentum [x] periculose præbetur.

¶ Nos itaque [y] tot malis tantisque discriminibus occurrere cupientes, omnes & singulas dispensationes super receptione ac retentione [z] plurium dignitatum, personatuum, officiorũ, prioratuum aut beneficiorũ, quibus cura sit animarum annexa, sub quacunque forma vel expressione verborum à nobis vel dictis prædecessorib.

f ¶ Litteratis viris.] quibus potissime inter alios est de bonis Ecclesiæ subueniendum, simile sup. de præben. de multa §. vlti.

g ¶ Bonæ famæ.] ista. n. duo s. nitor conscientiæ, quantum ad dominum, & odor famæ, quæ ad proximum, sunt necessaria in ministris Ecclesiæ, vt sup. de sacra vnc. c. vnico. § ad exhibendum, in fin. vnde in odore bonæ famæ potius quàm in fama delectandum est, vt sup. de accus. licet. Econtra vero infamia multa mala præstat, vt sup. de accu. inquisitionis, & c. qualiter, & qui hãc negligit, & in se oriri permittit, crudelis est. 12. q. 3. non sunt audiendi.

Fama est clericis necessaria.

h ¶ Aequa distributione collata.] Nota bona patrimonij crucifixi debere æquis portionib. diuidi inter assumptos in sortem per capita, non per stirpes, omnes enim sumus filij primi gradus & hæredes, & sic digni successione, nisi ab ea propter ingratitudinem excludamur: potentioribus tamẽ nobilitate, litteratura (vt de carnis proximitate, seu alijs taceamus) pares esse non possumus, nec debemus: est enim gradus inter angelos, Apostolos, & alios in cælesti militia triumphãtes, & sic fuit ab initio temporis, & sic erit. arg. 86. dist. non satis. 89. dist. cap. 1. in fin.

i ¶ Habentibus.] versi. & est secundum inconueniẽs.

k ¶ Vagandi.] in hoc quòd habent discurrere per loca, in quibus bñficiati existũt. simile sup. de offi. ordi. quanto. debebant. n. manere in ea vocatione, quia primo vocati erant: vt sup. de reg. licet. in prin. talis itaq; discursus frequenter nocet nedum animæ, immo ẽt corpori & bursæ: iuxta vulgare quod dicitur, quòd petra mutabilis numquam accipiet muscum: & hoc verum est, nisi fiat ex causa iusta: nam interdum valet loci mutatio. 81. distinct. valet.

Vagatio nocet corpori & animę.

l ¶ Diuini.] versi. & est tertium, & dic de hoc vt dixi in extrauaganti suscepti, & de celeb. miss. graui. concil. Vien.

m ¶ Hospitalitas.] versi. & est quartum.

n ¶ Debita.] quæ, qñ, per quem, & quibus hospitalitas debeatur, dic vt legitur & not. 42. distin. per totum C. de epi. & cle. l. 1. sup. de empt. & vẽdi. cap. 1. in sum. Hostien. de tempo. ordi. super verbo hospitale.

o ¶ Et dum.] versi. & est quintum.

p ¶ Regione.] & sic not. quod præsens est qui in regione est, hoc idem dicitur de illo, qui in hortis est.

q ¶ Ruinis.] versi. & est sextum.

r ¶ Magnificentia.] Not. magnificũ opus exercere, qui nobile ædificium erigit in loco sibi commisso, istud. n. proprie dicitur versum in vtilitatem ecclesiæ, & durare versum, vt not. Inno. sup. de fideiuss. quod quibusdam. Et sic est arg. per locum à contrario, quod in illis qui per negligentiam suam talia permittunt collabi, cum sint de se perpetua, de dilapidatione possint merito accusari, & idem de illo qui nemora antiqua non cædua sine ardua necessitate Ecclesiæ scindit vel destruit: talia vero de proprietate Ecclesiæ satis possunt dici, cum emphyteutæ, vsufructuario non li eat, vel vasallo, vt ff. de vsuf arboribus, in princ. cum l. præcedenti. & l. hactenus. in fi. cũ seq & ff de censi. forma.

Aedificãs in bñficio suo ipsius vtilitatẽ facit.

s ¶ Et quod.] versi. & est septimum

t ¶ Animarum.] quæ quanto pretiosiores sunt corporibus, tanto in eis amarior est iactura. extra de ma. & ob. solitæ de pęnit & remis. cum infirmitas.

u ¶ Et vitiorum.] versi. & octauum.

x ¶ Fomentum.] superfluę etenim & exquisitę delitię sunt vitijs alimenta. 41. dist. & 43. dist. per totum. sup. de vi. & ho cle c. à crapula.

y ¶ Nos itaque.] Tertia pars.

z ¶ Retentione. & sic non sufficeret dispensare, quòd possent plura recipere, nisi adderetur quod recepta possent retinere, quod verum est de incompassibilibus. aliàs secus, vt supra de rescrip gratia, & de præb. non potest. lib. 6.

a ¶ Vni-

nostris cuicunque personæ concessas, (Cardinalibus tamen sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui circa nos vniuersali a Ecclesiæ seruiendo, singularum Ecclesiarum commoditatibus se impendunt: ac regum filijs, qui propter sublimitatem eorum ac generis b claritatem sunt potioris prærogatiua gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis) deliberatione super hoc cum fratribus nostris habita diligenti, de ipsorum consilio & ex certa nostra scientia in forma subscripta duximus taliter moderandas c, quòd per moderamen 10 nostrum effrenatam circa easdem personas talium beneficiorum multitudinem refrænemus, ipsique impetrantes fructu dispensationum huiusmodi totaliter d non frustrentur.

20 ¶ Statuimus e itaque & de fratrum nostrorum consilio ordinamus, quòd obtinentes nunc ex dispensatione legitima f pluralitatem g huiusmodi dignitatum, personatuum, officiorum, 30 aut prioratuum seu beneficiorum, quæ h aliàs absque alia dispensatio-

a ¶ Vniuersali.] & sic nota quod officium vniuersale in se eius singularia comprehendit, sicut alibi dicitur, quod vtilius seruiunt isti generali Ecclesiæ quàm speciali, & sic publica vtilitas præfertur priuatæ, & maior minori, vt legitur & notatur plene de hoc sup. de postula. præla. bone. 3. q. 1. scias.

Vtilitas publica p̄fertur priuatæ.

b ¶ Ac generis claritatem.] curialior est hic Papa quàm Hostiēsis: quod not. sup. de præb. venerabilis, quod disputare de nobilitate generis est disputare de nobilitate.

c ¶ Moderandas.] & sic diminutionem denotat, vt sequitur & probatur supra de verb. sig. transmissæ. veriores

d ¶ Totaliter.] mediam viam concedit Papa hic, simile sup. de offic. deleg. quærenti. de offic. cust. c. 1.

e ¶ Statuimus.] Quarta pars.

f ¶ Legitima.] supple, in quo sunt necessaria ostendi auctoritatem, scilicet & potestatem dispensantis, & factum per quod dispensauerit, vt probatur supra de schis. fraternitatis. & sic non sufficit notitia defectus & potentia, nisi sit ad actum processum vt ibi not. & facit quod legitur & not. sup. de eo qui mit. in pos. c. 1. ad quod facit quod legitur sup. de præben. non potest lib. 6. per quod vr cessare quod no. gl. ord. 51. dist. c. fi. & 89. di. si qui, & Inn. sup. de fil. presb. veniens licet Host. ibi concordet cum eis quæ sup. dixi. Simile dicit c. seq. quod in quouis opere considerari habēt duo, factum scilicet, & modus sup. de resti. spo. Pisanis. Et intellige legitima non solum Apostolica, sed etiam alia: dumtamen potestatem habuit super hoc dispensandi, vt infra dicetur.

g ¶ Pluralitatem.] quæ duorū numero contenta est, vt sup. de præb. si cui. §. penul. de reg. iur. pluralis. li. 6.

h ¶ Quæ aliàs absq; alia dispensatione legitima.] Sed quæ erunt ista, q̄ alias. i. de iure cōi seu speciali, puta cōsuetudine, vel statuto, vt patet infra §. proxi. in verbo, de iure absq; omni dispensatione poterunt licite retinere, vt sic viso de istis primitus, per cōsequens de alijs, quæ non possunt de iure absque omni dispensatione retineri, licite nobis constet. Ad cuius maiorem dilucidationem vr, quod in illo casu aliquis posset tenere duo beneficia in simul. & probatur sic: nā per Inn. Host. & fere per omnes doctores traditur circa hoc talis regula: Omne beneficium ecclesiasticum requirēs residentiā de iure cōi, speciali priuilegio, statuto seu cōsuetudine, non pōt cū alio simili insimul retineri. sic not. sup de cle. nō resid. relatum, & c. ex tuæ. & c. quia nonnulli & c. si sed ita est, quod omne beneficium ecclesiasticum ēt xx. solidorum requirit regulariter residētiam, vt in c. conquerente. cuius rō est, quia beneficium datur p p officium diuinum: & diuinum officiū habet fieri in propria persona: nec ad hoc excusationem habet, nisi p p solam infirmitatem 91. dist. per totum, de celeb. Mis. c. 1. ergo nullum pōt cum alio insimul retineri. Nec obstat si dicat', quod vna persona potest insimul duo officia facere, quod non est verū: quia si non pōt in vna ecclesia, vt sup. de consue. c. 1. li. 6. multo minus in diuersis: quia non pōt diuidere personam suam, & ideo not. Inn. & Host. sup. de concess. præb. cū nostris. in gl. credidimus tñ, &c & de renun. admonet. quod vbi est cōsuetudo vel statutū alicuius ecclesiæ, per qd̄ quis obligatus est ad residentiā personalē pro certo bñficio, puta pro capellania seu altari, p aliquo mortuo relicto, recipiēs tale simile, ipso iure primo renuntiare vr, & est rō, quia non potest continuam residentiam facere personalem in vtraque, de hoc not. 81. di. si quis sacerdotū. nec potest episcopus dispensare super talibus ex quo ambæ residentiam requirunt, vt vr Inu. innuere in c. admonet. licet in cōtrarium notetur 21. q. 2. c. 1 & c. si quis iam. In contrariū patet, quod omne beneficium possit cum alio insimul retineri. Constat. n. quod aliquis duas pōt tenere canonicas in pluribus ecclesijs sine aliqua dispensatione de iure communi: & est rō, quia hoc est ad honorem & fauorem ecclesiarum, licet pbendas vtriusque non debeat recipere in absentia, & sic seruat curia Romana, vt legitur & not. maxime per Inn sup. de præb cū iam dudum. de cler. nō resi. c. fi. sed ita est, quod in talib. resi- 40 dentijs præbenda vincit ecclesiam curatam, cui annexa est, vt sup. de præb. extirpandæ. § qm̄ vero, & eo. tit. super eo. lib. 6. ergo si præbenda sibi compatitur aliam præbendam; multo fortius ecclesia curata ecclesiā curatam: qui si vnico vincentem te, &c. Præterea oēs ecclesiæ vna ecclesia sunt. 21. di. quamuis. Nec obstat quod dr, quod qui viuit de altari, seruire ei debet, aliàs seruire non debet. Dic quod quilibet residens siue nō residens, alteri seruit, dū bñ faciat, & bñ expendat quod inde percipit, iuxta vulgare de beau messa q de beau pasta. arg. 50 sup. de mag. c. fi. sicut not. Inn. de cle. nō resi. c. fi. vbi de hoc plene per ipsum. Ad soluendum istud cōtrarium vidēdum est primo quæ sint beneficia, in quibus ipso iure per assecutionem secūdi vacat primū, ēt sine alio facto seu snīa hominis. Secundo, quæ sunt ista beneficia, quæ si non vacant ipso iure, primum tñ vacat per snīam aliorū superiorum prehabita monitione ipsius, non tñ primum: sed illud quòd eligendum non duxerit. Tertio, quæ sunt illa quæ nō ipso iure nec per sententiam superioris vacant, sed omnino sunt compassibilia inter se. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod 60 quædam sunt beneficia suprema, quedā duplicia, quedā simplicia, Suprema sunt episcopatus & superiora, in quibus non est dubium, quod assumendo secundum cū auctoritate Papæ, ipso facto vacabit primum. sup. de transla. c. 2. si sine auctoritate Papæ, vtroque caret. sup. de transla. quanto. in fi. Duplicia sunt dignitates inferiores. personatus, & beneficia curam animarum habentia: in quibus assumendo pacifice possessionem secundi cum titulo, ipso facto vacat primum, sup. de preben. de multa & in hoc casu & in precedenti solus Papa dispensat, nec valet consuetudo in contrarium, vt in c. de multa. nisi essent dependentes inter se, vel vnitæ seu tenues, vt supra de ętate & qualitate. eam te. 10.

An canoniæ duæ possint sine dispensatione teneri.

Beneficia plura obtinere an liceat.

te.10.q.3.vnio.vel nisi vna commendata esset, & alia intitulata, iuxta decret.s. de elect. nemo.lib.6. Sed nũ quid sola tenuitas seu paupertas est causa sufficiens, ꝙ episcopi per se possint plures conferre vni, vel plures possint ab vno sine alia dispensatione à Papa impe trari? Videtur ꝙ sic ꝑ dicta iura. Credo potius contrarium, & ꝙ dictis iuribus sit derogatum per c. de multa. & ideo expedit, quòd episcopus ipsas vniat si ꝑ ꝑ ipsa adsit paupertas, aliàs caderent sub ista pęna. Sed numquid dependentes vel vnitę præsumentur tales esse si aliàs de hoc non doceatur expresse: tamen est per xl. annos sic fieri cõsuetũ? Non credo ꝙ sit actus ꝓ scriptibilis, cum sine institutione canonica talia tene ri non possint, sicut dicitur de decanatibus & ecclesijs curatis s. dixi plene de hoc. Omnia vero alia sunt simplicia, & in istis an sint conpassibilia necne, idest an duo quis possit insimul retinere, distinguitur: q͂a aut quis tenet ea non vt intitulata, sed vt simplicia beneficia aliàs velut commendata, in quo casu talis nõ censetur clericus illius ecclesiæ, qua quis intitulatus non est, licet beneficiatus inibi sit vt not. 22.q.1. c.1. & voco hic beneficiatũ sine titulo istos assisios, portionarios, præstimoniarios habentes altaria vel capellas ꝓ Missis defunctorũ. s. de cle. nõ resid. c. penul. de pb. significatũ, & idẽ de habẽtibus possessiões ad vitã. 16.q.1. possessiones & q.3. illud. 12 q.2. quicũq;. cũ similibus. Et in hoc casu crederem aliquem de iure cõ muni posse habere plures, maxime vbi aliàs per se nõ sufficeret, nisi forte ex iure speciali, puta priuilegio, statuto, seu consuetudine esset prohibitus. Sunt alia simplicia & intitulata, sicut sunt ecclesiæ rurales sine cura, vel pbendæ alicuius ecclesiæ collegiatæ, vel cathedralis. 70. distin. sanctorum. 71. dist. clericos. 21.q.1. c.1. nec talis sic intitulatus recedere debet ab illa, in qua vocatus est. 7.q.1. episcopum. quo casu proprie dr̃ clericus talis ecclesiæ. Sed in istis duobus casibus vltimis quæro de tribus quæstionibus. Prima est, an de iure quis possit duo talia bñficia, vel vnũ duplex cũ alio simplici insimul retinere? Scd'o an de cõsuetudine saltẽ? Tertio, an ex dispensatione? Ad primũ dicendũ est, ꝙ tam titulata, quàm intitulata, vel etiam vnum de illis cum vno duplici quis tenere potest, de iure & consuetudine Romanæ curiæ, vt s. de pbẽ. ex tirpandæ. §. qui vero. per Innoc. & de pben. super eo. lib. 6. fructus tamen illius præbendæ seu beneficij in quo residet, non percipiet, & sic erit canonicus, & nõ præbendarius: & sic quasi canonicus honorarius ad instar honorarij tutoris, ff. de min. tut. l. si plures. §. 2. iste n. vocabitur ad communes tractatus, vt not. Host. in c. sup inordinata. nec in hoc casu ille qui tali aliàs beneficiato dat scienter secundũ beneficiũ, poterit ipsum cogere ad residentiam, quia super ea tacite videtur dispensare cum eo, vt not. Innoc. de cler. nõ resid. c. fi. & de præb. cum iamdudum. Quid ergo erit de cõsuetudine in talibus? Distingue, quia aut loqueris in eadem ecclesia, aut in diuersis. Si primo, non potes diuersa seu plura habere s. de consue. c.1. lib. 6. q̃ decre. videtur intelligi de intitulatis inibi perpetuo quouis nomine dictum beneficium censeatur: quia secus crederẽ de alijs, puta pstimonijs, officia ibus prioratibus tẽporalibus seu claustralibus, syndicatibus, vel alijs officijs similibus. Si autem loqueris in diuersis ecclesijs, hic non possum dare certam doctrinam de consuetudinibus, priuilegijs seu statutis singularib. seu specialib. cũ sint facti, & in facto constant. s. de cõ sti. licet. lib. 6. vnum tamen dico, ꝙ si consuetudo vel statutum concedat in sua ecclesia beneficia sic, qui cũq; beneficiatus aliàs adipiscatur beneficium in ista ecclesia, eo ipso vacet illud: & sint ambo beneficia in posse statuentis, primũ vacat de facto, licet aliàs esset cũ secũdo cõpassibile de iure, nisi essent diuersi collatores, & collator primi beneficij intra sex menses cõ tradiceret, iuxta ea quæ not. Innoc. s. de renun. admonet de præb. de multa, sic intelligo q̃d not per Inno. & Host. s. de conces. præb. litteras. dixi s. Quid si statutum dicat, ꝙ talis cõpellatur dimittere primum, sicut est in statutis ecclesiæ Barchinoñ. Dic ꝙ in hoc casu erit op⁹ facto hominis: nec crederem quòd præcise posset episcopus agere contra talẽ ad dimittẽdũ primum: sed conditionaliter, scilicet si velit retinere secundum: ex quo nec de iure, nec de statuto assecutio secundi aufert sibi primũ. sic intelligit s. de pben. referente. Sed numquid consuetudo per quadraginta annos seruata poterit viceuersa incompassibilia facere compassibilia, verbi gratia. Consuetudo patitur, ꝙ decanus ruralis, qui habet visitare, & archidiacono vel eppiscopo referre, & ex hoc procurationem recipere, instiauere corporaliter rectores, ecclesiarũ vacãtiũ cudodiã gerere, & tempore vacationis administrare diuina, & exercitium curæ in ipsis, habeat vnà cũ decanatu tali vnã ecclesiã curatam illam, vel istam si qua sibi aliàs canonice conferatur: numquid talis cõ suetudo excusat contra istam decre. execrabilis. & à pęnis euisdẽ? Videtur quòd sic, supra de consti. cũ omnes. in fi. cum excuset in sacramentis, quod est fortius 91. dist. peruenit. Item in matrimonijs supra de spon. duorum, c. fi. de cog. spi. super eo. tacite enim videtur cõsensisse princeps, ex quo ꝑ xl. annos obseruata fuit inconcusse saltem in maiori parte ecclesiarum, vt de offi. archi. cap. fi. & sic cum facti sit, non videtur eam reuocasse per suam generalem cõstitutionem, in qua de ipsa non fuit facta specialis mentio, vt patet per c. s. de consti. licet. lib. 6. Contrarium credo, nã expresse dicit textus, quòd quicumque receperit beneficiũ habens curam animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure priuatus, quod exponit Inno. dicens, tale, scilicet curam habens stricte in foro animæ. supra de pœn. omnis. siue large, s. si habet in foro contentioso. supra de elect. dudum. & hoc siue habebat in ecclesia cathedrali collegiata. parochiali vel capellania, & etiam licet non habet specialẽ ecclesiam, vel in ecclesia certa: habet tamen super certa loca, iuxta c. supra de præbend. super eo. lib. 6. de quo per Inno. in c. de multa. & de offi. archid. cũ satis. ex quo sequitur, ꝙ si sic intitulati in diuersis ecclesijs vel beneficijs, erant primo ipso iure priuati: sequitur, quòd non possidebant ipsam à principio aliqua possessione colorem habente seu adminiculum iuris: & sic non pscribebant supra de reg. iur. siue possessione lib. 6. 8. distinct. quo iure. supra de præscript. cãm. de restitut. spo ia. ex parte de reg. iur. beneficiũ. lib. 6. maxime cũ in titulis beneficiorum, qui omnino sunt singulares, vt 8.q.1. olim. possessio vnius non iuuat aliũ, cum in talibus non cadat successio iuris vel facti, licet in casu cadat successio litis vel causæ, vt supra vt lete penden. si hi. in fi. lib. 6. & dicto cap. olim. de pb. cap. 1. de hoc etiam dixi supra in extrauag. suscepti. Non obsta: supra de prescrip. si qui exigentibus. li. 6. vbi non præscribunt priuati ipso iure: sed eorum successores cum bona fide: in nostro autem casu non est dare successorem, vt dixi. s. eo. c. & alia ratio, scilicet ꝙ cõsuetudo non valeat in tantũ grauamẽ ecclesiarũ & derogatiõe Pape, & legis suæ, cũ introducẽdo cõ suetudinem populus seu clerus habeat intentionem suã declarare ex ipsius factis ff. de leg. l. quibus. sed ipse clerus in factis sæpe nihil habet declarare, cui in est obsequendi necessitas, nõ auctoritas imperãdi. 19. dist. si Romanorũ. & c. in memoria. maxime vbi expresse soli Papæ reseruatũ est, sicut est in nr̃o casu. simile 93. dist. illud 100. dist. ꝓ morẽ. s. de cõsue. c. 1, & c. quã. 10. & c. vlt. cũ similibus. Idem vr̃ dicendũ de cõsuetudine aliquorũ monachorũ, qua administratores, puta prior

ne legitima obtinere-nequibant, vnum tantum ex dignitatibus, personatibus, officijs,

Beneficia simplicia an sint in cõpassibilia.

Beneficia incõpassibilia an per cõsuetudinem possint fieri cõpassibilia.

Cura animarũ habet in duplici foro.

Beneficiorũ tituli sunt singulares.

Consuetudo potest quãdoq; beneficia conditionare.

prioratibus [a], ecclesijs vel beneficijs huiusmodi, quibus cura immineat animarum, cum dignitate, personatu, vel officio, prioratu, ecclesia vel beneficio sine cura, quæ habere maluerint, prætextu dispensationis [b] sufficientis circa id eisdem indultæ, possint licite retinere: quæ [c] tamen teneantur eligere intra mensem numerandum à tempore notitiæ [d] constitutionis istius: Cęteris [e] beneficijs cum cura vel sine [f] cura, quæ ipsius dispēsationis prætextu tenebant, & quæ aliter ante non poterant de iure absque dispensatione aliqua licite retinere. quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinarijs [g] sub testimonio publico [h] intra idem [i] tempus verbaliter vel realiter [k] cum effectu dimissis: absque eo quòd ad illa numquam sine noua collatione [l] ab eo qui facere poterit facienda redire, aut eorum administrationi se immiscere [m] præsumant. Alioquin tam his quàm alijs omnibus beneficijs, quæ virtute huiusmodi

prior etiam claustralis, camerarius, sacrista, celerarius, vel similes poterunt cum sua administratione tenere vnū prioratum extra, vel aliud beneficiū, si sibi aliàs conferatur, quod videtur reprobari in ꝑpetuis, vt hic: & s̃. de præb. cum singula. lib. 6. secus in temporalibus vt dixi s̃. de Priore claustrali, & de officialibus eorū & similibus. Ad tertiū quo quęritur, an possit, & quis cum talibus dispensare? Et videtur ꝙ nullus citra Papā, quia ex quo talia beneficia facta sunt incompassibilia de iure, de consuetudine vel statuto, & ipsę cō suetudine & statuta assumunt vigorem à Papa, qui in eis tacite vel expresse vr̃ cōsentire, & eis firmitatem dare; vt s̃. de maio. & obed. si qs, & de hoc not. s̃ de consti. licet. lib. 5. ergo citata Papā nemo potest dispensare. non enim ipsi statuentes per se statuunt: sed potius ipse Papa, qui in suo canone dedit eis potestatē statuendi. argu. s̃. de transla. inter corporalia. circa medium, ibi; præsertim cum nec sine auctoritate Romani Pontificis, & c. canonem. s̃. de maio. & obed. si quis. de sent. excom. si concubinæ. immo vr̃ ꝙ nec ipse Papa, saltem in ijs, quæ sunt statuti vel cōsuetudinis, dum dispensatio non faciens mentionem de alio iure speciali non valeat. s̃. de præscrip. cum olim. & c. veniens. sed Papa non potest diuinare oīa iura specialia. vt s̃ de consti. licet. ergo, &c. Ad quod dicendū ꝙ in supremis & duplicibus Papæ, in simplicibus vel vno simplici & alio duplici nō requiritur dispensatio ex quo sunt de se compassibilia, vt hic. & noa. de p̄b. cum iam dudum & c. extirpandæ. §. qui vero per Inn. fallit primo. nisi ꝯsuetudo vel statutum faceret ea incompassibilia, vt supra dictum est. Secundo vbi exigitur personalis residentia in vtroque: q̃a tunc super residentia alterius ordinatij dispensatio requiritur, nisi forsan dicas ꝙ collator secundi ipso facto sup residētia dispensat in hoc, ꝙ tali sic adstricto primo beneficio confert secundū, vt not. Inn. de cler. nō residē. c. si.

a ¶ Prioratibus.] collegium scilicet habentibus, seu ecclesiam parochialem sibi annexā, dūtamē ecclesia immediate per ipsum Priorem regatur, quia si secus ꝑ vicarium perpetuum, vt ĩ §. si.

b ¶ Dispensationis sufficientis.] dispensatio enim erit sufficiens, si quicquid erat impedimenti relatū in ipsa fuerit, & expresse super omnibus dispēsatū, aliàs non, vt sup. de elect. dudum 2. in fi. de consan. quòd dilectio. de præben. non potest. lib. 6.

c ¶ Quæ.] scilicet vnum curatū, & aliud nō curatū.

d ¶ Notitiæ.] supple, per quemcumq; de istis scitæ. & sic non à tempore publicationis factæ in curia vel ꝓuincia: quia si intelligeret publicationis, ita dixisset sicut dicit notitiæ. argu. s̃ de deci. ad audientiā. simile ĩ de cōcess. præb quia diuersitatem. cum similibus. Is enim qui nescit, non dicitur posse experiri. 2. q. 5. bi [illegible] ff de calum. annus.

e ¶ Cęteris.] versiculus est.

f ¶ Sine cura.] aliàs tamen de se incōpassibilia de iu[illegible] patet.

g ¶ Coram ordinarijs.] idest dięcesanis, non aliàs, vt infra eod § cæterum.

h ¶ Publico.] scilicet tabellione, vel Papæ, vel Imperatoris, vel alio creato tamen ab illo qui potestatem habuerit hunc creandi ex cōsuetudine vel de iure, vt legir̃, & not. s̃. de fide instru. c. 1. & 2. & cap. cum dilectus. & c. si. simile s̃. de electio. vt circa. & de offi. ord. si canonica li. 6. An officium tale sit voluntariæ iurisdictionis in tantum ꝙ extra territorium creātis ipsum valeat exercere, vel potius cōtentiosæ, & sic non poterit, nō est materia propria: sed de hoc not Host. s̃. ne cle. vel mona. sicut te. Sed numquid authēticum sigillū episcopi vel alterius prælati erit testimonium publicum? Non videtur quia si Papa hoc voluisset, adiecisset sicut fecit in dicta decre. si canonici. & in c. vt circa. adiecit litteris. qđ exponitur, sigillo authētico sigillatis. Credo ꝙ authēticū sigillū satis faciat testimonium publicum: dumtamen illum cuias est sigillum, principaliter non tangat: sed alios potius, maxime subditos, arg. sup de proba. post cessionē, & c. quoniam, & de testi. à nobis, cum similib. vnde licet in iudicialibus non credatur regulariter vni, vel eius sigillo, vt sup. de proba. quoniam, in extraiudicialibus tñ talibus ministris & eorum sigillis circa officium suū creditur. arg ff de reb. eor. l. magis. §. illud. sic Compo. ste. supra de rescrip. capitulum.

i ¶ Idem tempus.] scilicet sex mensum.

k ¶ Realiter.] dumtamen essent præsentes in suis bñficijs, aliàs si sint in curia vel aliàs longe, ita ꝙ p̄sentialiter hāc realitatem non possint intra dictum tēpus ostēdere, nec ad effectum dimissionem perducere, sufficit quòd animo & verbo expresso faciant hoc cū testimonio publico ibi vbi sunt, & ꝙ hoc vt citius poterunt, mittāt & denūtient dictis diœcesibus, & hoc credo quòd sufficit dumtamen postea nullum ius sibi in ipsis vendicent, nec per se vel per alios aliquod impedimentum apponant, quo minus Papa possit libere disponere de eisdem, arg. 22. q. 2. facit.

l ¶ Noua collatione.] quæ immediate eis fieri poterit ēt ꝑ ordinarios, si aliàs beneficia isti incōpassibilia dimittent: dumtamen esset ordinarijs facultas disponēdi de istis, cum non propter crimen, sed solo placito Papæ isti huiusmodi beneficijs suot priuati. argu. supra de elect. super eo.

m ¶ Se immiscere.] & sic est argu. quòd immiscens se beneficio quo priuatus est vel suspensus, iure quod in eo obtinet, priuatus est ipso iure, quod credo verū vbi expressit in pœnam, hoc est in ipsa vel alia contiōne adiectū, sicut est hic inf alioquin, &c & supra de ele. cupientes. §. cæterum. li. 6 aliàs secus, sed punieẽ arbitrio superioris, vt sup. de ele. statuimus in fi. li 6. & ibi per Host. suspēsio. n. à beneficio non procedit à claue, nec cōprehēditur sub cēsuræ nomine, sed suspēsio ab officio dūtaxat. sup. de ver. sign quærenti, & de excess. p̄la. tanta, qđ patet, quia abbatissa licet nō habeat claues, vt s̃. de pęn. noua. nihilominus hāc pęnā infligit, vt

Sigillum episcopi an sit testimoniū publicū.

vt sup. de maio. & obed. dilecta. aliàs per totum mundum se extenderet, sicut vsus clauis se extendit, vt supra de treu. c. 1. in fi. & tñ non transgreditur territoriũ proferentis eandem, vt sup. de ele. si compromissarius. lib. 6. cum similibus.

de istis tamen incompassibilibus dic vt in dicto cap. de multa, per hoc enim videtur sublata opinio Card. posita supra de offic. ordi. ordinarij. lib. 6. quæ videtur in talibus dare electionem, de quo dic vt ibi, & in sequenti glossa.

nostri moderaminis retinere poterant a, vt præfertur, sint ipso iure priuati, & prorsus inhabiles ad similia beneficia obtinenda b.

¶ Per hoc c autem ijs qui dignitates, personatus, officia, prioratus, vel alia beneficia curam animarum habentia ex dispensatione, quæ ius d tribuat, iuxta nostram moderationem præscriptam obtinent, & alia similia beneficia nostrarum vel eorundem prædecessorum auctoritate litterarum expectant e, cum quibus est, vt illa cum vacauerint recipere, & vnà cum obtentis retinere licite valeant, dispensatum, nolumus derogari, quin ea cum vacauerint, intra dicti temporis spatiũ possint eligere, & dimissis alijs recipere in forma præscripta ac licite retinere: pœnas similes incursuri, si huiusmodi nostræ contraire præsumpserint sanctioni.

¶ Porro f quia quorundam oculos sic auaræ g cupiditatis vitium excæcauit, quòd plura talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere præsumunt h: nos de illis præsenti decreto statuimus, vt omnia & singula beneficia sic detenta (illo tamen retento, quod vltimo receperunt, dummodo in eo ex collatione canonica i competat ius eis-

a ¶ Poterant.] quæcunque illa sint, siue de iure coi, siue dispẽsatione mediante eis competerent. ex quo dicit supra omnibus. in contrarium videtur: nam sola illa videt eis auferre, quæ obtinebant ex dispensatione, & non alia: quòd videtur innuere præcedens verbũ: ibi, virtute huius nostri, &c. ergo secus de alijs, maxime cum sit penalis hæc constitutio, & sic restringenda de peni. di. 1. pęnæ. pro prima parte facit quod sequitur, & ,prorsus ĩhabilis, &c huic tamen posset responderi, quod turpius eijcitur & difficilius, q̃ non admittit hospes. supra de iureiur. quemadmodum.

b ¶ Obtinenda.] & sic qui grauiter offendit principem, multiplici pœna punitur. sup. de iud. at si clerici in fi. de exces. prǣla. grauem

c ¶ Per hoc autem.] Quinta pars.

d ¶ Quæ ius tribuit.] scilicet speciale, cum priuilegium sit ius & lex priuata. ʒ dicti porro.

e ¶ Expectant.] & sic habebant ius ad rem tãtum, vnde not hic ꝙ superueniens constitutio priuatiua fortius operatur in beneficijs realiter possessis: quàm in his in quibus tantũ ius est ad rem, quod est contra decret. sup. de concess. præb. quoniam. lib. 6. Dic quòd nõ obstat, quia ibi simpliciter reuocabat expectantes, & ius ad rem solum obtinentes, hic sub conditione, optione scilicet seruata retinendi quod vellent, quæ optio nõ posset habere locum in hoc casu, nisi adhuc perduraret ius istis expectantibus: quod fit ne sint deterioris conditionis, quàm alij, & quod constitutio sit omnibus æqua, & ne eorum impetratio multis expensis & laboribus obtenta eis penitus sit damnosa, cum ignorent merito quod obtinebunt ratione expectationis: quia de futuris nemo certus, & sic optare non poterant, & sic impedito non imponitur constitutio, sicut nec ignoranti currit tempus, vt supra de consti. c. 2. de elect. eis.

Futura sunt incerta.

f ¶ Porro.] Sexta pars.

g ¶ Auaræ.] auaritia. n. est idolorum seruitus, vt sup. de præb. auaritiæ. & de elect. auaritiæ. lib. 6. nam ipsa excæcat possessores suos, vt in dicto c. auaritiæ.

h ¶ Præsumunt.] hæc præsumptio inducit infamiam, furtum, & peccatum mortale, vt sup. de ele. dudum 2. vbi de hoc, nam per istud quod erat expulsiuũ omniũ aliorum, ex quo alia erant sibi incompassibilia, videtur alijs tacite renuntiasse, & ipsa pro derelicto habuisse, iuxta decret. sup. de pręb. de multa. 21. q. 2. si q̃s iam trãslatus, & arg. 32. q. 2. cum renuntiatur. nam sicut clauus clauo retunditur: sic vnum beneficiũ alio.

i ¶ Ex collatione canonica.] hoc videtur impossibile, quòd ex quo quis primo tenebat plura beneficia curata, & incompassibilia sine dispensatione: & sic per consequens erat vt fur, infamis, & ineligibilis, & in mortali peccato cõstitutus, vt s. de ele. dudũ 2. quod tali canonice possit aliud dari: immo dicit decr. q̃d nisi prius talia sic sine dispensatione obtenta libere, & sponte resignent, collatio facta de alijs penitus nullius est momenti, vt s. de off. ordi. ordinarij. in fin. Põt dici ꝙ illa loquitur vbi plura tenebat illicite antequam vltimum assequeretur, vel vbi illa priora habebat licite cum dispensatione: sed non erat in ea ꝙ non posset aliud recipere, sed hic vbi duo tantum, sic ꝙ ante assecutionem secundi licite tenebat primũ: & sic concordat ibi cũ decret. de multa. sup. de præb. Cum decr. de multa. videtur ista similis omnino, sed huic contradicit etiam in hoc quod sup. dixerat plurima, quod verbum plura quam duo vr̃ comprehendere: quare videtur potius quod specialis sit hæc prouisio, per quam Papa vult talibus prospicere efficiendo gratiam. s. quod dato quod in illo de istis haberẽt ius, possint tamen vigore huius decre. vltimum retinere, alias eis canonice collatum, ꝙ denotat hoc verbum, aliàs, quasi dicat non erat omnino canonica collatio ꝑ pluralitatem, quæ hoc impedierat: sed aliàs. i. si non esset pluralitas, canonica erat: aliter non video quod posset r̃nderi dictis decre. dudum. & c. ordinarij. Vnde iuxta hoc vidi dubitari, An obtinentes plura beneficia de se incompassibilia sine dispensatione habeant vocem in electione, & sic an possint eligere actiue. Secundo an possint eligi passiue. Tertio, an si quis electus fuerit, possit secum per inferiorem Papa sine resignatione dispensari. vnde planum est, ꝙ & talis cum sit in peccato mortali, vt not. gl. sup. de ele. dudum, in fi. & sic quo ad seipsum tantum suspensus, non quo ad alios, non debet in officio suo vitari, vt legitur sup. de vita & hone cle quæsitum. immo si acquisiuit beneficium, poterit cum eo per suum episcopum dispensari prout videntur not. Inn. & Host. supra de tempo. ordin. dilectus, & de cler excom. postulastis. glo. in verbo, dispensare, quod credo verum: nisi dictum peccatum non habebit infamiam publicam seu restitutionem rei alienæ sibi annexam: nec sit tale quod aliàs impediat de se executionem ordinum vel officij post perfectam pęnitentiam, de quo ꝑ Inno supra de despon. impub. ad dissoluendũ, & de renun. nisi. sicut est iste, nisi forsan aliud sit post dimissionem

Electio, an impediatur ꝓpter beneficiorũ incõpassibilitatem.

dem a) intra tempus, vt præſcribitur, limitatum verbo & facto ac ſine fraude, coram ordinarijs ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod ſi non fecerint b, & illo ſint ipſo iure priuati, in quo ius eis aliàs competebat, & inhabiles c penitus ad quæcunque obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeantur.

¶ Qui vero d deinceps e receperint dignitatem vel perſonatum, ſeu officium aut aliud beneficium, curam animarum habens annexum, ſi antea ſimile beneficium obtinebant, illud f, quo ipſo iure (poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo & fraude ceſſantibus quo minus g habeant ſteterit h) priuati noſcuntur, abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo i: Alioquin k extunc ſint ipſo iure ſecundo l priuati, & nedum ad ſacros ſuſcipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcumque aliud eccleſiaſticum beneficium inhabiles reputentur.

¶ Quę m omnia & ſingula beneficia vacatura n, vt præmittitur, vel dimiſſa, noſtræ & ſedis o Apoſtolicæ diſpoſitioni, de ipſorum fratrum conſilio reſeruamus: inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem quacumque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi beneficijs diſponere, vel circa illa per medium permutationis, vel aliàs innouari hoc quoquo modo p præſumat. Nos q enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus r & inane.

¶ Cæterum s ordinarios intelligimus in caſibus ſupraſcriptis epiſcopos t, in quorum ciuitatibus vel dioeceſibus conſiſtunt

miſſionem illorū bñficiorum, quæ iniuſte detinet, vt in c. dudum. Sed an poſſit eligere vel eligi quæritur: & ꝙ poſſit eligere, eſt arg. ſup. de ele. cum Vinton. niſi ſuſpenſus per triennium à beneficijs pro eo, quia inſufficientem eligit: ſi interim immineat electio, eligere pōt, facit etiam eod. tit. perpetuo lib. 6. Itē etiam quod eligi poſſit, facit ſup. de iureiur. ſicut noſtris.

a ¶ Ius eiſdem.] aliàs ſubaudi, quàm propter pluralitatem.

b ¶ Quod ſi non fecerint.] verſiculus. Guli. de monte Lauduno.

c ¶ Inhabiles.] ſupple, perpetuo, ex quo intra ſex dictos menſes nō compleuerint præmiſſa: & in hoc additur ad decr. dudum, per quam tenet Inno. ꝙ ſtatim libera dimiſſione facta de illis beneficijs, quæ iniuſte tenebat, deſinebat eſſe ſuſpenſus, inteligibilis, & infamis, quod intelligebat Hoſt. ſupra de reſcri. poſtulaſti. in fi. in reſtitutione prius tñ facta de fructibus male perceptis: ante vero nō, hic aūt indefinite, & ſic perpetuo eos inhabilitat. Qui .n. ſimpliciter deponitur, perpetuo deponitur, vt 50 diſt. ca. 1. in fi. quod crederem verum, ſi pœna in poſſeretur pro crimine cū cauſæ cognitione & definitiue, & beneficia talis ſtatim poſſint conferri, ex quo eſt ꝑ ſniām dānatus, ſi vero interloquendo nō expreſſa cā, tunc vſq; ad ſolutionem intelligitur ſuſpenſus, ne rūpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. Si vero fuerit cā expreſſa, vt quia pro contumacia vel offenſa; tunc vſque quo de illis ſatisfaciat: ſed vbi pro contumacia vt hic vr̄; tunc nō eſt perpetua pęna ſimpliciter appoſita, ſed temporalis tm̄. i. quandiu contumacia durat, vt ſup. de conſt. ex litteris, vbi de hoc: quare hæc decr. vr̄ intelligēda ſm̄ dictas opiniones doctorū: ſed prima vr̄ verior, ſ. ꝙ pęna ſit ꝑpetua, per hoc quod ponitur infra in ver. alioquin. ibi, extunc, &c vbi inhabilitanī quo ad ordines, & quo ad quodcunq; aliud bñficium, & priuanī et licite obtento: magnū etenim crimē eſt tantā inobedientiā cōmittere aduerſus ſic deliberatā & ſic expreſſā principis voluntatē: & ideo ſatis pro crimine potius q̄ pro contumacia vr̄ dicta pęna infligi. arg. ſup. de maio. & obe. illud. 81 diſt. ſi quis ſunt presbyteri. cum ſimilibus.

Pœna alicui impoſita, an intelligatur perpetua.

d ¶ Qui vero.] Septima pars.

e ¶ Deinceps.] hoc intelligas de his in quibus tp̄e cōſtōnis non obtinebat ius in re, ſed ad rē, vt ſup. dr̄ in §. per hoc. quem tm̄ iſte §. reſcrip. ſecus aūt eſſet de vacātibus aliàs quàm per iſtam conſtitutionem, in quibus antiqua iura non permutantur, cū per ſpecialem prouiſionem cōia iura regulariter non tollantur. 1. q. 6. exigunt. 29. di. per totum, & ſic quantū ad hoc eſt cōſtitutiua iuris noui, non autem recitatiua antiqui, ſimile de hoc legitur ſupra de præben. de multa.

f ¶ Illud, quo ipſo iure.] de quo ſup. de præb. de multa. & c. licet epiſcopus lib. 6.

g ¶ Quo minus habeant.] ſubaudi, poſſeſſionem.

h ¶ Steterit.] ſimile ſup. de ele. commiſſa. §. annus. lib. 6.

i ¶ Pari modo.] ſ. intra ſex menſes ſub teſtimonio publico verbaliter, realiter & cum effectu.

k ¶ Alioquin.] verſiculus.

l ¶ Secundo.] & ſic habito iſto, ſcilicet ſecundo, in quo ius habebat, & habito ſcilicet primo, in quo non habebat ius, & in hoc additur ſecunda pœna ad dictam decr. de multa, nam primū erat ibi, ſcilicet, ꝙ eſſet primo bñficio ipſo iure priuatus, & ſecundo priuaretur: ſed hodie in caſu huius c. ſunt ipſo iure priuati vtroque, vt hic patet: tertia vt ſit inhabilis ab ordinibus ſuſcipiendis, quarta à quocunque beneficio, vt infra ſequitur.

m ¶ Quæ omnia.] Octaua pars.

n ¶ Vacatura, vt præmittitur.] vt quia eliget quod mallet vbi plura tenebat cum diſpenſatione: vel retinebit vltimum vbi alia tenbat ſine diſpenſatione, vel primū vacabit quod licite obtinebat, vbi ſecundum adipiſcitur, in quo habebat ius ad rem tēpore quo iſta conſtitutio fuit facta: aliàs contra, vt ſ. vel quia omnibus ipſo iure priuatus erit, ſi hāc decr. non ſeruet, & ſic poſſunt eſſe vacatura propter iſtam decret. altero de quattuor modis.

o ¶ Sedis Apoſtolicæ.] & ſic durabit perpetuo hæc prouiſio, cum ſedes ipſa non moriatur, vt ſup. de reſcript. ſi gratioſe. lib. 6. 12. q. 2. liberti.

p ¶ Quoquo modo.] & in hoc caſu ceſſabunt ꝓuiſiones illarum decre. ſup de præb ſtatutum, & c. Apoſtolica. lib. 6. cum non ſit mirum ſi per ſpeciale generali, & per vltimum prioribus derogatur. ſup. de reſcri. c. 1. & de offi. deleg. ſuper quęſtionum, in princ.

q ¶ Nos enim.] verſiculus.

r ¶ Irritū decernimus.] de hac decr. dic vt ſup de ele. ſi eo tempore, & de conceſ. præb. quia cunctis. lib. 6.

ſ ¶ Cæterum.] Nona pars.

t ¶ Epiſcopos.] & ſic ſtricte accipitur hic ordinarius pro dięceſano tantum: aliàs autem regulariter accipitur pro prælato alicuius eccleſiæ, maxime in bñficijs

Ordinarius in iure pro quibus accipitur.

ad plenam

ad plenam eorum collationē spectantibus. s. de elect. licet canon. & de offic. ord. lib. 6. Quid erit de illis rectoribus, quibus in priuilegio abbas Cluniaceñ cōmittit curam animarū: instituit & destituit, & facit ꝑ quē vult epm ordinari, & breuiter in omnibus & per oīa disponit de presbyteris suis sicut episcopi de suis ꝓprijs: numquid censebitur diœcesanus ipse abbas in hoc casu? Non credo, cum hic sit specialis prouisio, à qua recedendum non est etsi perquam dura sit. ff. qui. & à quibus. l. prospexit. & sic erit hic casus episcopalis, qui computetur inter illos, de quibus not. Hostien. supra de vsur. cum tu.

a ¶ Capitula.] quæ succedunt in administratione ecclesiæ vacātis. de maio. & obe. episcopali. lib. 6. de hæret. cum ex iniuncto in fi.

b ¶ Et hi.] versiculus.

c ¶ Dimissis.] ꝑ obedientes huic constitutioni.

beneficia, seu aliquod eorum, quæ debent secundum præmissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel ecclesijs cathedralibus vacantib. capitula [a] earundem. Et hi [b] de beneficijs tam dimissis [c], quàm (vt præmittitur) perditis [d], nos vel Apostolicam sedem certificare studeant quamprimum commode poterunt [e] indilate, vt de illis salubriter disponere valeamus [f]. Quantum [g] autem ad modificationem [h] personatuum attinet antefactam, illa dumtaxat & non alia beneficia ecclesiastica quocumque nomine nuncupentur, curam habere censemus, quæ parochias habent, in quibus est animarum [i] cura annexa, non per vicarios perpetuos [k], sed per rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales vicarios exercenda. Necnon [l] etiam illa [m] quorum ministris ratione beneficiorum [n] huiusmodi competit visitare [o] *,

d ¶ Perditis.] subaudi propter pœnam huius constitutionis, vbi rebelles vel inobedientes in dimittendo fuissent.

e ¶ Quamprimum commode poterunt.] simile supra de elect. cupientes. §. 1. in fi. lib. 6.

f ¶ Valeamus.] & sic ex hoc & ex multis supra positis apparet, ꝙ hæc constitutio specialem prouisionem continet: nec in aliquo Papa intendit ꝑ istā decre. de multa vel alia iura de hac materia loquentia quātū ad alia beneficia corrigere, vel in aliquo immutare. nec est in alijs ad consequentiam trahenda. arg. 2. q. 7. exigunt. 19. dist. sciendum. cum similibus.

g ¶ Quantum.] Decima pars. Guliel. de monte Laudun...

h ¶ Modificationem.] hoc enim restrictionem denotat, vt supra de verb. sig. transmissæ.

i ¶ Animarum cura.] exercēda scilicet in foro aīæ: vt hic, siue in foro cōtentioso, vt infra ibi, necnon. ergo à contrario sensu de beneficijs simplicibus etiam ordinē presbyteralē, diaconalem, vel alium sibi annexum, ex quo aliàs curam non habent, non intromittit se hæc constitutio, sed de curatis dūtaxat ad hoc ꝙ dicantur priuati ipsi obtinentes, vt supra patet.

Cura du... foro exercetur

K ¶ Perpetuos.] in hoc deuiat à decre. s. de pb. cum singula. in princ. lib. 6. & est casus diuersus, non aduersus. Sed quæ est ratio diuersitatis? Dic ꝙ ambitio monachorum, cui soli dicta decre cum singula. obuiat, q̄ tanto damnabilior est, quanto ipsi mittendo manum ad aratrum, respiciendoq; retro, in ipsis auaritiæ accēditur appetitus, vt s. de elect. quorundam. lib. 6. hic āt vniuersos prospicit. Vel aliter, hæc prouidet circa incompatibilia specialiter, illa vero circa multiplicia q̄cumque sint generaliter. Vnde notabis ex hoc etiam verbo, perpetuos, quod ista decret. non adstringit temporales officiales episcoporū seu ministros, sicut sūt Priores claustrales, officiales episcoporum, seu vicarij pænitentiarij, celerarij, seu similes, qui de anno in annum in suis monasterijs commutantur, vt de hoc dixi supra.

Monacho... ambi... plus... cōpe... da, ... a... ...

l ¶ Necnon.] versi. Supra locutus est Papa de cura, q̄ exercetur in foro animæ: nunc loquitur de illa, quæ exercetur in foro contentioso, quam vocat textus specialem iurisdictionem. s. de præben. super eo. lib. 6. & de elect. dudum 2 §. tandem.

m ¶ Illa.] scilicet beneficia.

n ¶ Ratione beneficiorum.] Not. & ex hoc, ꝙ cōsuetū est exerceri ꝑ ministros beneficiorum, talia ipsa beneficia iudicari, iuxta hoc quod dicitur, talia accipi subiecta, qualia prædicata permittunt, vt not. glo. s. de deci. dudum. in fine. & sic non curemus de nominibus beneficiorum, sed de his potius, quæ solita sunt fieri per ministros ipsorum, cū officium istarum personarum ecclesiasticarum subiectarum regulæ, sicut sunt canonici, archipresbyteri & similes, de quibus habes. 1. q. 3. Saluator. secundū diuersas consuetudines circa diuersa versetur: & ideo illis titulis de off. archi. & cæterorum sequentium, nō potuit dari certa doctrina de certis officijs, certis dignitatibus applicandis: immo vnum & idem officiū certis quandoque officialibus applicatur, sicut vides de sacrista & custode, qui habent sibi cauere de oleo, vt supra. de offi. sacristæ & custodis. vnde videbis, ꝙ in ecclesijs aliquibus archidiaconatus sunt omnino sine cura aliqua & iurisdictione, sicut est in ecclesia Valentina: & ꝑpositus, sicut sunt illi, de quib. not. Inn. supra de pb. de multa.

Subiecta talia sūt, qualia ꝑmittūtur ab eorum ꝑdicatis.

o ¶ Visitare.] Nota hic subsequenter sex, quę ad spirituale forum contentiosum spectant, scilicet visitare, inquirere, procurare, suspendere, excommunicare, absoluere ab excommunicatione & suspensione. Septimum apponit decre. dudum. §. tandem. scilicet interdicere: quorum etiam alterum tantum sufficeret per se quantum ad pęnam huius cōstitutionis. quod patet in hoc quod infra addit, seu quod totam orationē alternatiuā facere vr̄, vt supra de rescrip. inter cęteras. Quid ergo erit de istis prælatis religiosis, seu sæcularibus, qui ecclesias, in quibus habent perpetuos vicarios, quos pręsentant episcopis, & ibi rōne tēporaliū de quibus habent eis respondere, semel in anno visitant ab antiquo de consuetudine & procurantur? Nō vr̄ habere locum hæc decret. cum ratione alicuius spiritualitatis hoc non faciant, sed ratione tēporalitatis dumtaxat, & ideo cum non attingant aliquid qđ versetur circa subiectionem regulæ, non habet locū hæc decret. secus autem si visitatio tenderet aliquid tangens diuinum officiū quantumcumq; modicum, sicut faciunt aliqui archipresbyteri, qui non habent dū visitant inquirere, nisi de custodia Eucharistię, & pannis altaris, & similibus, itaq; nō excommunicant nec corrigunt, aliàs nec absoluunt. de quo dic vt per Innoc. & Host. supra de censi. auctoritate.

Forū spirituale cōtentiosū habēs, q. d. exercere potest.

* ¶ Visitare.] sed qui sunt illi, qui de iure possunt visitare, & à visitatis procurationes accipere? De epis & archiepiscopis non est dubium: dūtamen sint loca aliàs de se visitabilia, vt s. de censib auctoritate. c. ꝑpetuo lib. 6. Sed numquid patroni clerici? Idem videtur cā accipere, temporalium prouentuū, de quibus est eis ꝑ suos vicarios rndendum, vt s. de app. bonę. & de præben. in Latera.

Visitare & procurationes accipere, quib. permittitur.

Lateranensi. De his non reperitur in iure: ideo si talia exerceant, credo ꝙ magis hæc faciant de consuetudine, vel ex institutione fundationis, quã de iure. arg. 18. q. 2 Eleutherius. & licet talia exerceant, nõ ꝑ ꝑ hoc solum cadent sub edictum huiusmodi decret. cũ temporaliter potius q̃ spiritualiter videantur hæc facere. sic in recipiẽtib. albergas. hoc idem notaui plenius supra, quare dic vt ibi. Guliel. de monte Lauduno.

inquirere [a], procurationes [b] recipere, suspendere [c], excommunicare [d], seu [e]. ab excommunicationis & suspensionis sententijs absoluere [f] de consuetudine [g] vel de iure [h], iuribus alijs de animarum cura loquentibus in suo robore quo ad cætera permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum moderationis, statutorum, constitutionum, reseruationis, inhi-10 bitionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum 02 eius se nouerit incursurum. Datum Auinioñ. xiij. Calend. Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

a ¶ Inquirere.] quantumcumq; de modicis rebus, dumtamen sint tales, q̃ sint ecclesiasticis regulis subiectæ: secus de mere ꝓfanis, vt supra dixi.

b ¶ Procurationes.] quæ ratione visitationis, & sic de iure debentur: quia secus si ratione cõsuetudinis pietatis vel constitutionis sint aliàs sine visitatione debitæ: de quibus loquuntur iura. 18. q. 2. Eleutherius supra de sup. negl. prælat. c. 2. de præscri cum ex officij, quæ tales in aliquibus locis vocantur albergæ vel cœnæ.

c ¶ Suspendere.] tali suspensione, scilicet, quæ procedat a claue de qua supra de exces. præla. tanta. & quę attingat diuinum officium, vt 11. q 3. si quis eps in vtroque. aliàs autem non potest intelligi de alia suspensione, qua suspenditur quis à solo beneficio, vel alijs actibus temporalibus, à quibus etiam suspendit abbatissa, quę non habet claues, & alij sæculares, de quibus supra de maio. & obed. delicta. de pęn. noua. de elect. si copromissari us li. 6. 1. rñso. nec de illa de qua loquuntur iura supra de tempo. ord. ex tenore. & c. ꝙ translationem vbi de hoc per Host. & de pæn. omnis.

Abbatissa suspẽdere põt licet claues eccleſię non habeat.

d ¶ Excommunicare.] quod est extra communionẽ hominum & perceptione in sacramentorum aliquem ponere. siue distrahat à communione hominum tantum, siue sacramentorum tantum, siue vtriusque & intelligo, si exercendo iurisdictionem in foro contentioso solemniter hoc faciat, quia secus si tãquam simpliciter curatus, iuxta decr. s̃ de off. ord. si sacerdos

Excõmunicare quid est.

e ¶ Seu.] ista est alternatiua. de qua supra dixi, q̃ oĩa præcedentia & subsequentia respicit. arg. supra de ap pel. secundo. & c. inquisitioni.

Seu, alternatiua p̃cedentia & sequẽtia respicit.

f ¶ Absoluere.] & sic not. ꝙ non semper qui excõmunicat. absoluit, vt de consec. dist. 4. sane. de sent. excõ. tua & c quicunq. lib. 6. C. vbi senato. quotiens. § adeo C. de offi. procons. l. 2. Contra de pænit. dist. 1. verbum. vbi dicitur ꝙ dominus par ius ligandi & souẽdi esse voluit: ex quo vtrumque pari conditione promisit, ergo qui soluendi ius nõ habet, nec ligandi de quo dic vt ibi.

g ¶ De consuetudine.] puta archidiaconis vel abbatibus, seu aliàs in dignitate constitutis. vt in c. dudũ a. & requiritur quod talis consuetudo sit aliàs legitime per. xl annos præscripta, vt supra de consue. cũ tanto. in fin. vbi de hoc. & dixi plene in extrauag. Suscepti. Sed quid erit de singulis canonicis vel alijs clericis ciuitatis vel dięcesi Beluaceñ. qui ex indulgentia vel consuetudine habent iurisdictionẽ sup serui tores suos, non tñ ꝙ possint excõicare, vel aliàs spiritualiter seu corporaliter coercere eosdẽ, vt legitur supra de foro cõpe. cũ contingat. vel de illis qui habẽt parochiales ecclesias præbendis suis annexas, in q̃b. iurisdictionem spiritualem obtinent, & etiam curã animarum, secundum quosdam, de quibus loquitur capitulum supra præbend. supra eo. lib. 6. numquid tales poterunt tenere vnum beneficium curatũ cũ talib. beneficijs, vel præbendis, aliàs de se simplicib. Credo quòd sic, maxime si exponas in c. cum contingat. coerctione, sub temporali, non spirituali coerctione, iuxta cap. supra de verb sign. quærenti. prout exponit ibi Hostien. quia iurisdictio temporalis non reddit beneficium curatum, nec aliàs incompatibile alijs. Hoc idẽ facit pro istis archidiaconis vel alijs beneficiatis, qui licet habeant villas vel castra suis beneficijs aliàs simplicibus annexa, in quibus iurisdictionẽ obtinent tantum modo temporalem, non tamen propter hoc eorum beneficia curata dicentur. Et idem credo de istis ecclesijs ruralibus, in quibus rectores decimas & primitias percipiunt, nullam tamen curam ani-30 marum exercent inibi: vel quia non sunt ibi parochiani, vel quia si sint, quia forte superuenerunt ibi aliq. Bordalarij, vel aliàs ab antiquo sunt ibi pauci ignes cura tamen animarum illorum per vicinos presbyteros ab antiquo exercetur, & oblationes & similia ipsis soluunt: quod põt fieri de iure. supra de deci. cum sint homines. & c. in aliquibus. in fi. Sicut nec religiosi possunt dici curati, licet decimas & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo titulo iusto. supra de deci. statuto lib 6. & c. religiosi. conci. Vieneñ. Ad decret. super eo. dic quòd illa cura vel iurisdictio spi-40 ritualis nõ inest ibi præbendis, quæ sunt principales sed ecclesijs potius, quæ sũt accessoriæ: & sic ecclesia non iudicatur ibi vt principale. argu. supra de p̃b extirpandę § qui vero. & sic consuetudo dat iurisdictionẽ: quia si nedum ipsam dat constitutis in dignitatib. immo & priuatis personis, vt in decret. cum cõtingat, nec alibi est ita expressa, vt not. Hostien. non tamẽ potest dare potestatem excommunicandi talibus priuatis personis, vt supra de offi archi. cum satis nec degradandi, seu deponẽdi, vt supra de elect transmissa. 50 secundum Hostien. ibi, nec etiam capiendi clericos seu corporaliter puniendi, vt credo. argum. supra de cler. coniug. clerici. lib sexto.

Iurisdictionem habẽt aliqui in suos seruitores.

Religiosi nõ possũt dici curati.

Excõicatio, degradatio & c. non possunt competere ex consuetudine.

h ¶ De iure.] sed quis est ille, qui de iure possit p̃missa, vel eorum alterũ exercere, satis est dubiũ. Hic vr̃ dicendum, ꝙ in hoc casu illi dicuntur habere præmissa de iure, qui eliguntur ab aliquib. s̃. se in prælatos, & per superiores suos cõfirmantur: nam licet per electionem ius administrandi quis acquirat, nõ tamẽ 60 exercitium donec sit confirmatus, maxime in exercitio censuræ ecclesiasticæ. de quo plene in glo. not. 63. dist. quanto. & per Inno. & Host. s̃. de off. ord. cũ ab ecclesiarum. & c. quanto per electionẽ enim exercitus & quodlibet collegiũ sibi imperatorẽ & p̃latũ eligit. 93 dist. legum. sed iste in solas personas eligentiũ iurisdictionẽ obtinet, & sic est iudex personatũ, nõ territorij: quod territorium solus episcopus de iure cõi obtinet in dięcesi sua. 16 q. 7. oẽs basilicæ. nisi forsan talis inferior p̃latus haberet certas parochias, vel alia loca ꝓ territorio, iuxta c. s̃. de p̃b sup eo. li. 6. sed hoc potius esse de cõsuetudine q̃ de iure. & hic de iure loquimur tantum. & hoc qđ dixi de electis cõfirmatis idem dico de institutis per epos institutione auctorizabili. dũtamẽ p̃r ęsint ꝑsonis collegiatis, & cura animarum

Imperator & p̃latus per electionẽ assumuntur.

marum in ipsis exerceant, de quibus loquitur c. de re scrip. etsi principalis. concil. Viennñ. & dic vt p Host. s. de offi. ordi. cũ satis. & idem de approbatis à iure, sicut sunt electi in concordia. de quibus. s. de elect. nihil est in si. & c. indemnitatibus. lib. 6. licet quantũ ad veritatẽ istæ pœnæ spirituales nõ possunt fieri per moniales, cũ procedant à claue, & clauis vsus non cadat in moniales, vt legit & not. s. de excess. pla. tanta. & de pœn. noua. de verb. sig. qrenti. cũ similib. de iure n. seu de cõsuetudine nõ proprie cadũt istæ pœnæ spirituales in singulares psonas, vt s. dixi. Sed quid de curatis parochialium ecclesiarum, numquid possunt istas spirituales pœnas exercere, seu excommunicare, suspẽdere, vel interdicere? De hoc nihil ad nos, ad psens: sed dic vt per Inn. & Host. s. de offic. ordi. si sacerdos. & in summa Host. de sentent. excom. §. quis possit excommunicare. & 2. q. 1. nemo.

Pœnæ spirituales non possunt exerceri per moniales

Curati an possint excõicare.

¶ Declaratio amplissima & luculentissima extrauagantis, Execrabilis. quæ est vna de xx. glossatis per dominum Zenzelinum sub tit. de præbendis.

EXecrabilis quorundam ambitio, &c.] Super hac noua constitutione dubietates insurgunt & quæstiones, vt sequit. Primo in quibusdã ecclesijs, puta Anicieñ. Leod. & similib. sunt qdã officia vel bñficia, q vocant abbatiæ, quarũ aliquę habent animarũ curam, & parochias. Aliquæ nec curam animarũ habẽt, nec parochias, immo aliquæ nec ecclesiæ, nec dignitates vel personatus esse censentur; & tñ canonicis ipsarũ ecclesiarũ assignantur, seu conferri consueuerũt ita ꝙ canonicus habet præbendã & illã abbatiã. Quærit vtrum huiusmodi officia seu beneficia veniant in constitutionem, ita ꝙ canonicus talẽ abbatiam cum suo canonicatu obtinens, teneatur ipsam dimittere, si extra eam habeat aliam dignitatem vel personatum, quos licet vigore dictæ constitutionis nouę retinere?

Rñsio.

[Cum abbatia curata poterit retinere dignitatem non curatam, aliàs non: vel isto modo non potest retinere aliud beneficium curatum, vbi curam animarum annexam habet Ecclesia.]

Item in aliquibus ecclesijs sunt quædã custodiæ, quarũ custodes non habent legere nec cantare, nec se diuinis officiis intromittere in ecclesia, nec aliàs curã aliquã in ecclesia exercere: sed solũ pulsare cãpanas, parare ecclesias pãnis a reis, aut portare libros in choro, luminaria accendere, custodias, reliquias, thesaurũ, & similia ministeria in ecclesia expensis ppriis facere, quarum expensarũ occasione eiusdẽ custodiis fuerunt postmodum annexæ aliquæ parochiales ecclesiæ curã animarũ habẽtes, in qb cura exercetur p proprios & perpetuos sacerdotes, licet in eis sic annexis custodes habeant de consuetudine visitare, excõicare delinquentes, & absoluere, & horum occasione prędictarum quasi archidiaconi vulgariter nominãtur & reputantur. Nunc quæritur, vtrũ tales custodię veniant in constitutionem prædictam, ita ꝙ habentes eas teneantur illas dimittere, potissime cũ quodã tẽpore in aliquibus ecclesijs (orta materia quæstionis) inueniatur fore sententialiter definitũ, tales custodias nec dignitates vel personatus esse, nec curam animarũ habere: sed simplicia esse officia absq; cura?

Rñio.

[Cadunt sub constitutione.]

Item sunt aliquæ ecclesiæ, vbi rectores creant per electionem, & vocantur creati quandoq; abbates, quãdoq; rectores, qñq; præpositi, quandoque archimandritæ, quandoque diuersis aliis nominibus secundum consuetudinem locorum: nullam tñ curam habent, nisi ꝙ canonicos congregant tamquam caput, sicut est in partibus Apuliæ. Quæritur vtrũ talia bñficia veniant in præfatam constitutionẽ? De iure cõi videtur ꝙ habeant curam & iurisdictionem per electionem & confirmationem: sed si per priuilegiũ vel cõstitutionem approbatã amiserant, curã nõ habẽt?

Al. consuetudinem.

Rñio.

[Non cadunt in constitutione.]

Item quidã ex dispensatione Apostolica duas obtinet in diuersis ecclesiis dignitates, quarũ alteri dicta xat cura imminet animarum, & cum eisdẽ simul plures canonicatus & prębendas: in aliis tñ ecclesiis canonicatus & prębendas, quibus parochiales ecclesiæ sunt annexæ, in quibus perpetui vicarii debent institui, in aliquibus tñ earundẽ pp procuratoris obtinẽtis hmõi dignitatẽ in remotis agentis, & hoc ignorantis desidiam seu negligentiã, repetiuntur tẽpore constitutionis nostrę nouiter promulgatæ esse vicarii temporales. Modo quæritur, an secundũ formã dictæ constitutionis dictus obtinens dignitates huiusmodi canonicatus & prębendas tales cũ parochiis sic annexis, si dignitates voluerit retinere, dimittere teneat illas in quibus contra iuris debitũ reperti sunt dicti vicarii tẽporales, vel hoc non obstante, cũ propter talẽ desidiam non posit natura beneficiorũ censeri mutata, quin prefatæ parochiæ sint canonicatibus & pbendis ipsis annexæ, ipsos possit licite retinere, potissime cũ idẽ obtinens postquã sciuit de tali desidia procuratorũ suorũ ad ipsas ecclesias elegerit vicarios repsentãdos & instituendos perpetuo in eisdẽ licet nõdũ potuerint ordinariis psẽtari pp tẽporis breuitatẽ?

Rñsio.

[Non cadunt sub constitutione.]

Item quæritur, numquid officia curię Romanę cõputentur in numero officiorum quo ad nostram constitutionem, ita ꝙ si quis habet duas alias dignitates teneatur aliam dimittere, vel possit retinere omnes si vna illarum erat sine cura.

Rñsio.

[Non computantur, nec cadunt in constitutione]

Item presbyteratus Bituriceñ. diœcesis visitationẽ, & iurisdictionẽ habentes consueuerunt conferri parochialiũ ecclesiarũ rectoribus ipsius diocesis p ipsos archiepos: sed statim archiepo defuncto desinit archipresbyter ille, qui per eũ fuerat positus, & capitulũ ecclesię Bituriceñ. creat archipresbyteros nouos: creato vero archiepo cessant archipresbyteri positi p capitulũ, & archieps ponit nouos, & quãdoque positos amouet pro libito voluntatis, & ita fuit antiquis tẽporib. de quo non extat memoria, obseruatum. Quęrit, vtrũ archipresbyteratus huiusmodi sub ꝯstitutione cadãt adeo, vt ille qui huiusmodi archipresbiterarũ cum haberet, parochialem ecclesiam acceptauit, vtrunq. retinere valeat: & si non. vtrum de iure ceciderit à iure parochialis ecclesię per acceptationem archipresbiteratus: & si non ceciderit ab iure, vtrum retinere possit parochialem ecclesiam, quam primo obtinuit.

Archipsbyterorũ Biturice. diœcesis qualitas.

Rñsio.

[Non cadunt sub constitutione.]

Item in regno Apulię sunt ecclesię habentes parochiã, tenuissimę quo ad fructus: propter ꝙ ordinarii & alii, ad quos spectat collatio siue prouisio dictarũ ecclesiarũ de more patrię vniri cõsueuerunt pluralitatẽ talium ecclesiarum conferre, non recipientes ipsas ecclesias propter hoc se faciunt promoueri ad sacerdotium, nec etiam ad sacros ordines: & faciunt deseruiri dictis ecclesiis per vicarios temporales iuxta beneplacitũ suũ: plurimi præterea summi Pontifices pluribus contulerunt ꝙ possent acceptare in dictis partib. beneficium vsque ad ualorem xv. librarũ, vel xl. vel lx. vnciarum auri, cuius concessionis prætextu est videre, ꝙ obtinuerint quinque quadraginta & sexaginta de dictis ecclesiis: Modo qritur, vtrũ reuocatoria nup facta ad supradicta bñficia siue eccl'as se extẽdat?

Rñsio.

[Respondetur quòd sic.]

Episcopus cũ suo capitulo subuenire volẽs exiguitati cuiusdam collegiatæ ecclesiæ suę diœcesis, quandam parochialem ecclesiam eiusdem diœcesis (rectoris ipsius accedente cõsensu) post cessum vel decessum rectoris huiusmodi dictę ecclesię collegiatę vniuit. Nũc vero pdictã ecclesiam vigore nouę constitutionis vacare contingit, quodã alio curato beneficio electo à rectore prefato, & prędicta ecclesia re & verbo dimissa. Hinc quęritur, an prefata vnio sub forma prescripta locum sibi vendicet reseruatione dictæ constitutionis non obstante, vel econtra?

Rñsio. [Sub cõstitutione cadit, vel reseruat domino nostro.]

Item dubitatur si prædicta vel consimili vnio facta fuerit per sedem Apostolicam, & sub forma prędictorum verborum, quid iuris?

Rñsio. [Respondetur vt supra proxime, dumtamen legitime sit facta vnio.]

Item quidam archidiaconus in suo archidiaconatu obstante sibi longa consuetudine non potest inquirere, nec suspendere, nec excõicare vel absoluere, nec aliquã iurisdictionẽ exercere: sed ecclesias rectorum sui archidiaconatus visitare põt, & procurationes ab eis recipere, dumtaxat. Quæritur cũ aliàs talis archidiaconus nullã habeat parochialẽ ecclesiã annexã dicto archidiaconatui an ex præmissis sub forma dictæ constitutionis nouę curam animarum habere reputetur? Et est quærentis intentio, vtrum oratio soluta posita prope finẽ cõstitutionis prædictæ ibi, necnõ & illa quorũ ministris rõne beneficiorũ huiusmodi cõpetit visitare, inqrere, pcurationes recipere, suspẽdere, &c. ponat p coniũctiua ĩ casu dictę cõstitutionis?

Rñsio. [Comprehenditur sub constitutione.]

Item cum eidem beneficiũ curatum obtinenti prouisum est de quodam archidiaconatu in quadam cathedrali ecclesia, cuius archidiaconatus rõne idem archidiaconus caput est cuiusdã ecclesiæ collegiatæ sæcularis: hic archidiaconus est in possessione pacifica, vel quasi visitãdi & procurationes recipiẽdi dũtaxat. Cæterum possessionẽ dictæ collegiatæ ecclæ nec hẽt, nec habuit, nec regimẽ canonicorũ ipsius, nec qcq̃ pcipit de decimis & alijs fructib. beneficij sui prędicti, omnibus his de facto per aliud occupatis & detentis. Ex his quæritur cũ pręfatus archidiaconus pro parte sit in possessione iuriũ spiritualium prædicti archidiaconatus, & pro parte non, cum curam non habeat per sonarum suæ collegiatæ ecclesiæ prædictæ, & super ea & alijs iuribus ipsius pendeat lis in curia, vtrũ talis archidiaconus retinendo istud curatum beneficium pœna nouæ constitutionis adstringatur?

Rñsio. [Curam habet, & sub constitutione cadit.]

Item quidã in ecclesia collegiata à iurisdictione ordinarij exẽpta & Apostolicæ sedi subiecta obtinet decanatũ, & in ea est caput capituli, & ad decanatum assumit decanus per electionẽ, nec electus à capitulo alia confirmatione indiget de consuetudine, sed tantũ electus instituit & installat a capitulo de consuetudine supradicta: ipse vero decanus rõne dignitatis cõuocat canonicos ad capitulũ, & hẽt in capitulo primã vocẽ: vox tñ ipsius plus quã simplicis canonici in effectu non operatur. Ipse per se insolidũ rõne dignitatis, nec visitat, nec procurationes recipit, nec excõicat, vel suspendit, aut etiã interdicit, nec audit confessiones, vel absoluit, nec pdecessores eius vnà cũ suo capitulo pdicta consueuerunt exercere, licet ipse & pdecessores eiusdẽ vnà cũ suo capitulo excessus clericorũ prædictæ ecclesiæ interdũ delinquentium corrigere consueuerunt, & punire per chori priuationem & distributionem grossorum fructuum beneficiorum, quę in ipsa ecclesia obtinent. & ad ipsius capituli dispositionẽ pertinẽt suspensio & subtractio. & ipsorũ delinquentiũ corporũ detentio aliqñ, dũtaxat citra alicuius alterius iurisdictionis spiritualis exercitiũ, videlicet visitandi, corrigendi, procurationes recipiẽdi, excõicandi, suspẽdendi, vel aliter seu aliàs interdicẽdi, cõfessiones audiẽdi, pœnitentias imponẽdi vel absoluẽdi. Quare cũ dubitet, an in casu simili cõstitutio nona pfata loquẽs de bñficijs curã habẽtib. aĩarũ vẽdicet sibi locũ, qrit vtrũ decanus decanatũ prædictũ cũ alio bñficio seu dignitate curã animarũ habente iuxta cõstitutionẽ antedictam ex dispensatione dudũ obtẽta possit licite retinere, & sine pęna ɔstitutionis eiusdẽ.

Iurisdictio spiritualis in multis cõsistit.

Rñsio. [Curam habet, & sub constitutione cadit.]

Itẽ in regno Siciliæ cõiter ecclesię parochiales atq; curatę consueuerunt p Apostolicã sedem ac etiã per ordinarios plures vni dignitates & alias parochiales ecclesias siue curatas obtinenti cõferri, licet illi quibus conferebantur, essent impuberes quãdoq; vel legitima ætate minores, & ꝙ ecclesię supradictę quantũ ad eos, quibus taliter conferebantur, non censebantur esse secundum consuetudinem à longis retro tẽporibus in dictis partibus obseruatã: qa cura earũ in ipsis per capellanos etiam nõ perpetuos gerebatur. Cũ itaq; multi fuerunt in curia Romana, ac regno pdicto & alijs partibus, qui per collationẽ Apostolicę sedis, & ordinariorũ obtinuerint plura & multa talia beneficia, q̃ ex virtute constitutionis pfatæ nuper editę super curatis beneficijs dimittendis, oporteret eos dimittere, piũ esset ꝙ circa eocũ indemnitatẽ Apostolica benignitas prouidere dignaret, & si sanctitati vestrę placeret, modus congruus videtur. ꝙ quantum ad tenorem constitutionis prędictę, beneficia parochias habentia siue curas in partibus supradictis decernerẽtur perinde haberi ac si fuissent ipsa & ipsorum curę per perpetuos vicarios gubernatæ: & ꝙ futuris tẽporibus per vicarios perpetuos gubernentur, & ꝙ illi qui dicta beneficia obtinebant & nondũ dimiserunt, ipsa non teneantur dimittere. si qui vero dimiserunt eadẽ ad ipsa (quotcunq; fuerint) auctoritate vestra restituãtur in integrum, ac ad eadem redeant, ac si ea nullatenus dimisissent constitutione prędicta in cõtrarium super hoc edita non obstante.

Rñsio. [Dimittant, & de prouisione faciẽda deliberatur.]

Item quęritur, vtrum pręfata cõstitutio adstringat aliquem habentem ecclesiam curatam, & canonicatũ & præbendam sacerdotalem simul, qui canonicatus & præbenda requirunt residentiam personalem.

Rñsio. [Non cadit sub constitutione.]

Item in quadã ecclesia cathedrali fuit olim facta cõpositio inter episcopũ ex vna parte, & capitulũ ex altera, ꝙ vicaria: quę quãdoq; collata fuerat clericis quandoq; laicis, soli canonico p epm, ad quem spectabat collatio conferretur, qui vicarius nihil specialiter habet in ecclesia, nec habet aliquod officiũ, nec aliquam prærogatiuam, sed de obuentionibus curiæ vel iurisdictionis sæcularis ciuitatis habet tertiã partem, & in hospitio vicarię habet carceres & custodẽ, qui vnà cum custodibus episcopi custodit captos?

Rñsio. [Dimittat, & de prouisione facienda deliberabitur.]

Item in eadem compositione continetur, ꝙ vnus archipresbyteratus, qui appellatur à nomine cathedralis ecclesiæ, vtpote archipresbyteratus Ferrarieñ. soli canonico conferretur: non tamen archipresbyter hẽt aliquam prærogatiuã in ecclesia vel ciuitate, sed hẽt ecclesiam curatam annexam archipresbyteratui, & visitat certas ecclesias, etiam contra resistentes visitationi potest censuram ecclesiasticã exercere: sed aliã iurisdictionem non habet: dispensatum est cum tali auctoritate Apostolica, ꝙ possit dicta beneficia retinere vnà cum quadam ecclesia, cuius cura per vicariũ perpetuum gubernatur. Nũc dubitatur, an dicti duo vicariatus & archipresbyteratus possint dici beneficia in eadem ecclesia. Ratio dubitationis est, cum sola nomina habeant ab ecclesia cathedrali, & solis canonicis conferantur.

Rñsio. [Non cadit sub constitutione.]

Item dubitatur, an constitutio, Execrabilis, extẽdat se ad præfata tria beneficia.

Rñsio. [Constitutio non extenditur.]

Quidam habens vnam ecclesiam curatam sine perpetuo vicario, habet aliã curatã, in qua est perpetuus vicarius, Quęritur an possit, non obstante noua cõstitutione, vtrumque retinere, maxime si super hoc fuerat cum eodem legitime dispensatum.

Rñsio. [Respondetur quòd sic, secundum constitutionem istam.]

Item cum constitutio liget intra mensem à tẽpore notitiæ: & cõstitutio ipsa nõdum sit publicata nisi in Romana curia: sed ad aliquos extra curiã pueniat p famã seu rumorem, & ad aliquos p relatũ quorundã dumtaxat,

duntaxat. Quæritur à quo tempore incipiat currere dictus mensis, antequam constitutio ipsa per prælatos vel deputatos ab ipsis fuerit solemniter publicata in ecclesijs cathedralibus eorundem, & alijs locis solemnibus, in quibus consueuerunt talia publicari.

Responsio. [A tempore notitiæ, aliàs à tpe cõstitutionis nouę.]

Item cum per constitutionẽ eandẽ dimitti debeãt beneficia curata intra mensem vnico retento duntaxat: & illa dimitti debeant nedum verbaliter, sed ẽt realiter, & absentes à beneficijs, in curia vel alibi existẽtes verbaliter ea dimittant & realiter, qđ possunt. Quæritur an per hoc sit constitutioni satisfactum, dũ tamen postmodum nõ impediant per se vel per alios illos, quibus dominus Papa de beneficijs sic dimissis seu resignatis duxerit prouidendum.

Responsio. [Faciant realiter, vt citius possunt.]

Adomatus de Graphicano significauit paternitati nostræ, & infra. Prioratus curam animarum habentes cadunt sub constitutione, in quibus non sunt perpetui vicarij. Paschasius præsbyter significat paternitati nostræ, & infra. Ecclesia parochialis, in qua sunt plures sacerdotes, quorum quilibet officiat eam per certas hebdomadas ministrando sacramenta.

Responsio. [Cadit sub forma.]

Item Prioratus habens parochialem ecclesiam sine perpetuo vicario, cadit in cõstitutione, habens perpetuum non cadit: quoniam si habent curam, locum habet constitutio, aliàs non.

Item idem in domibus Beatæ Mariæ Theutonicorum, Bethleem, & similibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ Episcopatus Tholosanus in redditib. plurimum abundãs, in nouam metropolim propter multiplices causas hic expressas erigitur: cui pro suffraganeis ecclesijs sint deputatæ quattuor villæ in nouas ciuitates erectæ, adiecta cum illis ecclesia Apamiarum. Et quib. episcopis & archiepiscopis prius suberant, quidque earum cuilibet pro redditib. sit assignatum, hic exprimitur, & tandem censurę ecclesiasticæ in rebelles proferuntur. Aduerte, quòd ecclesia de Vauro, & ecclesia de Mirapice sunt sub ecclesia Tholosana tanquam suffraganeæ, licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoscimus causas erigendi & diuidendi ecclesias, alias alijs subijciendi, & alias ab alijs eximendi, & ad solum Papam hæc omnia spectare: cui in singulari priuilegio, maiores causæ, maioraque negotia reseruantur. patet in cap. 1. de transla. episcop. cum suis concordantijs.

CAP. V.

SAluator noster, cuius nutui cuncta seruiunt, in agro mundi huius messem multam aspiciens, & operariorum raritatem attendens, dominum messis rogandum esse, vt in illam operarios mitteret, censuit: & ipse idem etiam exiens mane veluti paterfamilias diligens horis diei varijs operarios in vineam suam misit. Romanus itaque Pontifex sicut eodem Domino disponente vicarius eius in terris esse dignoscitur, sic & ipsius actibus (in quantum sinit humana fragilitas) se conformare tenetur. Vbi ergo superexcrescere messem, populi videlicet multitudinem viderit, operarios debet opportunos adijcere, & iuxta propheticum verbum, augere custodiam: custodes & cultores idoneos in Dominicam vineam destinare. ¶ Sane considerantes attentius, & intra pectoris claustra meditatione sollicita reuoluentes, quòd in tanta multitudine populi, quanta fœcundauit altissimus ciuitatem & dioecesim Tholosanam, singulorum vultus nequibat (vt condecet) vnicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere: quodque durum erat atque difficile per talem latam & diffusam diœcesim ad vnum tantum à personis ecclesiasticis & mundanis recursum haberi: Attendentes etiam, quòd licet Tholosanus episcopatus redditibus abundaret immensis, non tamen supererat hucusque memoria, quòd ex suorum opulentia copiosa reddituum aliquid in ecclesia vel diœcesi Tholosana prouenisset in diuini cultus augmentum: immo sic ex adipe prodierat, & prodibat iniquitas, vt multo iam tempore luxus circa carnis desideria, euectionum pompa, immensitas clientelæ, immoderata diffluxio in parentes, sumptus enormes, aut vsus extraordinarij, sibi vendicassent ibidem quasi totum patrimonium crucifixi: & verendum erat ne præsul vnicus Tholosanus incrassatus, & dilatatus, & excessiuis huiusmodi opibus, aliàs superbus periculose recalcitrans Deum factorem dereliqueret, & à suo salutari recedens, perniciosum exemplum in subditos deriuaret. Pensantes quoque, quòd sanctæ memoriæ Clemens Papa V. prædecessor noster eodem etiam tempore, quo ciuitas & diœcesis antefatæ longe minus in populo ac redditibus affluebant: tamen extunc benedicente Domino incredibiliter creuerint in vtroque, & iugiter crescere dignoscantur, spiritu bea-

Messis multa, operarij pauci. Mat th.

Pastor singulariũ omnium vultus inspicere debet.

Psal. 72.

Diuitiæ quãq; sũt cã Dei relinquẽdi. Deute. 8

tæ considerationis inductus, ad diuisionem episcopatus eiusdem firmiter dum viueret, intendebat: licet morte præuentus suum in hac parte nequiuerit implere conceptum.

¶ Nos pium prædecessoris nostri propositum in effectum volentes adducere, & tam dissipare malum, quod prædictorum redditũum copia excessiua produxit, quàm etiam cultum augere diuinum & spiritualem animarum profectum, quos (si iuxta facultatis exigentiam & diffusam latitudinem dictæ diœcesis sufficiens numerus in eadem vtilitate præsulum deputetur) in dubio prouenire speramus, promouere salubriter intendentes. Præmissis & alijs suadentibus iustis causis, ex certa nostra scientia de fratrum nostrorum consilio concordi, & Apostolicæ plenitudine potestatis ad laudem Dei, exaltationem ecclesiæ, fideliumque salutem. episcopatum ipsum dictamque diœcesim Tholosanam apostolica auctoritate diuidimus in quinque diœceses, quas per certos distingui limites faciemus. Volentes ac decernentes, quòd præter ciuitatem Tholosanam, quæ suam propriam & distinctam habebit diœcesim certis finibus limitandam, subscriptæ quattuor villæ, quarum quamlibet, eisdem consilio & auctoritate in ciuitatem erigimus, & ciuitatis vocabulo insignimus, scilicet de monte Albano, pridem de Caturceñ. diœcesis, cui adijcietur certa pars dictæ quondam diœcesis Tholosanæ, ac sancti Papuli de Riuis & de Lumberijs, & de ipsa quondam Tholosana diœcesi existentes, quattuor separatas diœceses habeant certis limitibus distinguendas. Quodque beati Martini de monte Albano, vbi corpus sancti Theodori confessoris dicitur esse reconditum prædictæ ciuitatis montis Albani, & beati Papuli, dictæ ciuitatis sancti Papuli, Mariæ de Lumberiaco, ciuitatis præfatæ Lumberiaci, necnon beatæ Mariæ de Riuis Ecclesiæ ipsius ciuitatis Riueñ. sint de cætero & habeantur perpetuo ecclesiæ cathedrales. Et quia ecclesia Tholosana sicut solemniori statu, & conditione potiori refulget, sic & grandioris honoris titulo efferenda est, ipsam hucusque suffraganeam ecclesiæ Narboneñ. ac totam quondam diœcesim Tholosanam de fratrum nostrorum consilio & ex certa nostra scientia, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ab omni iurisdictione, potestate, ac subiectione archiepiscopi, capituli, & eiusdem ecclesiæ Narbonen. penitus eximentes, eam ad laudem diuini nominis, & honorem ecclesiæ sanctæ suæ, in archiepiscopalem seu metropolitanam erigimus, eamque honoribus & insignijs sedis metropolitæ decoramus: auctoritate Apostolica decernendo, vt ex nunc pro metropolitana ecclesia in perpetuum habeatur. Et quia etiam dignum est, vt ex quo de filia facta mater metropoliticæ dignitatis suscepit insignia, & suffraganearum congruum numerum filiarum, ac decentem prouinciam habeat, vt ad iudicium archiepiscopi Tholosani, qui pro tempore fuerit, omnes causæ suffraganeorum episcoporum, & personarum ecclesiasticarũ, ac ciuitatum eiusdem prouinciæ iuxta sacrorum statuta canonum referantur: Nos præfatas quattuor ciuitates & ecclesias cathedrales cum earum diœcesibus (vt præmittitur) distinguendas, necnon ciuitatem & ecclesiam Apamiarum cum sua diœcesi exnunc ipsius ecclesiæ Tholosanæ suffraganeas, ac de prouincia Tholosana in perpetuum fore decernimus, & iure metropolit. subijcimus, & subiectas esse volumus eas illi. Prænominatas montis Albani, quæ de diœcesi Caturcen. & Bituricen. prouincia, & Apamiarum ciuitates, & ecclesias, quæ de prouincia Narboñ. hactenus fuisse noscuntur: necnon reliquas tres ciuitates & ecclesias sancti Papuli Riuen. & Lumberiacen. quæ ab olim de diœcesi Tholosana fuerunt, cum earum diœcesibus, conuentibus, collegijs siue capitulis à iurisdictione, potestate ac subiectione quacumque Bituricen. & Narbonen. archiepiscoporum, ac Caturcen. & quondam Tholosan. episcoporum, capitulorum, & abbatum, atque conuentuum & ordinariorum quorumlibet aliorum ecclesiasticorum, quibus quomodolibet fuerant hucusque subiectæ, auctoritate præsentium perpetuo eximentes de prædictorum consilio & plenitudine potestatis.

¶ De bonis autem, redditibus, prouentibus, & iuribus dicti quondam episcopatus Tholosan. ipsi Tholosan. decem millia, & singulis alijs prędictis ecclesijs (Apamiarum excepta, cui de ipsis bonis, redditibus & prouentibus, iuribus, vltra illa quę habere dinoscitur, certam assignabimus portionem nostris alijs litteris distinguendam) singula quinque millia librarum Turonen. annui redditus, & perpetui prouentus, quæ quidem vnicuique illarum suisque pontificibus (dignitate ac onere & circunstantijs alijs attente pensatis) debere sufficere vidimus

Ecclesia Tholosana fuit olim suffraganea Narboneñ. ecclesiæ.

Ecclesia vna qñq; fit mater de filia.

Ecclesia Tholosana quãtũ habuit in redditib.

vidimus, præter redditus, prouentus, & iura, quæ ad prædictas ecclesias & conuentus earum antea pertinebant, de quibus ad honorem Dei & ipsarum ecclesiarum commodum intendimus ordinare: exnunc auctoritate prędicta de consilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipsarum ecclesiarum præsules, qui pro tempore fuerint, in rebus & locis cuilibet magis adiacentibus & vicinis, iuxta distinctionem seu limitationem diœcesum singularum per alias nostras literas faciendam. ¶ Interim tamen distinctione seu limitatione prædicta pendente, volumus q̀ eorum quilibet summam eum contingentem pro rata accipiat annuatim de bonis, redditibus, prouentibus & iuribus antedictis, per manus eorum, quos ad hoc prouiderimus deputandos. Residuum vero redditum, prouentuum & iurium ipsorum, quod facta de illis (vt præmissum est) assignatione, supererit, necnon iurisdictionem spiritualem & temporalem, quæ ad dictum quondam episcopatum Tholosanum vsq; ad tempus diuisionis huiusmodi pertinebat, & quæ distinctione seu limitatione post tacta pendente, faciemus per idoneas exerceri personas. Ac beneficia etiam si dignitates, personatus ac officia existant (exceptis his, ad quæ quis per electioné assumitur, & in quibus vel ad quæ auctoritate literarum Apostolicarum alicui seu aliquibus ius est aliquod acquisitum: quibus per id nullum volumus præiudicium generari) nunc & in antea vsq; ad distinctionem diœcesum vacatura, dispositioni nostræ, ac sedis Apostolicæ de fratrum ipsorum consilio reseruamus. ¶ Hæc igitur per dictæ sedis prudentiam circunspectam sic statuta salubriter & vtiliter ordinata, perpetuis esse valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædicta districtius inhibemus, ne aliquis cuiuscunque pręeminentiæ, ordinis, conditionis, aut status, etiam si archiepiscopali vel episcopali seu regia præfulgeat dignitate, huiusmodi ordinationem, Apostolicam reseruationem, & alia supradicta quouis modo turbare, seu quomodolibet impedire præsumat. Nos enim exnunc irritū decernimus & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium præsumpserint, nisi intra octo dierum spatium post publicationem præsentium resipuerint cum effectu excommunicationis in personas, & interdicti in vniuersitates, ac suspensionis in conuentus, capitula, siue collegia, de consilio & auctoritate prædictis sententias promulgamus: à quibus non nisi per Romanum Pontificem absolutionis beneficium (præterquam in mortis † articulo) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum diuisionis, voluntatis, constitutionum, erectionum, insignitionum, exemptionum, decorationis, subiectionis, concessionis, donationis, deputationis, reseruationis, inhibitionis, promulgationis, infringere, vel ei ausu, &c. Datum Auinion. vij. Calend. Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

[Margin: Irrita... interdictum, & ... suspensio ... diuersitatum ...]

[Margin: † In articulo mortis nulla est casuū reseruatio: atq; idō omnes sacerdotes quoslibet pœnitētes à quibuslibet peccatis & censuris absoluere possunt. Cōcilium Trid. sess. 14. c. 7 de casuū reseruatio.]

¶ Idem.

¶ Impedientes episcopatus Tolosani erectionem in ecclesiam cathedralem, & eius diuisionem in quinque diœceses, vltra pœnas in constitutione superiori declaratas, perdunt feuda & quæcunque beneficia spiritualia & temporalia. Et si sint personę ecclesiasticæ efficiuntur inhabiles ad quæcunque beneficia ecclesiastica.

CAP. VI.

NVper certis ex causis, quæ nostrum & fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam episcopatum Tholosanum in archiepiscopalem seu metropolitanam ereximus ecclesiam: quatuor villas, quarum quamlibet insigniuimus vocabulo ciuitatis, quatuor cathedrales ecclesias creauimus, vnam videlicet in villa montis Albani, quondam Caturcen. diœcesis, adijcienda sibi certa parte quondam diœcesis Tholosañ. alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa sancti Papuli, & aliam in villa de Riuis & de Robestria quondam Tholosañ. diœcesis. Quas quidem ecclesias vnà cum Apamiarum ecclesia, tamquam suffraganeas subiecimus ipsi metropolitanæ Tholosanæ ecclesiæ. De bonis quoque & redditibus dicti quondam episcopatus Tholosañ. tam ipsi Tholosañ. quàm prædictis ecclesijs suffraganeis certam portionem, quam vnicuique illarum debere sufficere vidimus, prouidimus assignandam, totali bonorum & redituum ipsorum residuo dispositioni nostræ & sedis Apostolicæ

a ¶ Litteris. intelligit dec. s. proxi. ꝙ propter istam & sequentem extrauagãtes iamdudum impressas, curauimus imprimendum.

residuo dispositioni nostræ & sedis Apostolicæ reseruato. Alia etiam circa præmissa fecimus, decreuimus, & ordinauimus ex certa nostra scientia, de ipsorum fratrum concordi consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, districtius inhibentes, ne quis cuiuscunque præeminentiæ, ordinis, conditionis aut status, etiam si archiepiscopali dignitate fulgeret, ipsam ordinationem nostram impedire præsumeret vel turbare: ac decernentes ex nunc irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos qui ex certa scientia contrarium facerent, nisi resipuerint cum effectu intra octo dierum spatium post publicationem ordinationis ipsius, excommunicationis in personas, interdicti in vniuersitates, ac suspensionis sententias in capitula, conuentus, siue collegia duximus promulgandas: prout hæc & alia in Apostolicis litteris a inde confectis plenius continentur. ¶ Verum quia ipsa nostra ordinatio eo efficacius & inuiolabilibus speratur seruari, quo plurium & grauiorum vallata fuerit adiectione pœnarum: Nos ad obseruationem inconcussam ipsius eo amplius anhelantes, quo euidentius in diuini cultus augumentum & salutem fidelium animarum noscitur redundare, præfatis adijciendo sententijs, omnes & singulos scienter turbantes aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta, seu turbantibus vel impedientibus dantes consilium, auxilium, vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuscunque sint conditionis, dignitatis, ordinis aut status ecclesiastici vel mundani, etiam si archiepiscopali vel episcopali, aut maiori vel superiori præfulgeant dignitate: nisi intra octo dierum spatium post publicationem præsentium ab huiusmodi impedimento seu turbatione ac impensione consilij, auxilij vel fauoris resipuerint cum effectu, feudis, locationibus, officijs & beneficijs quibuscunque spiritualibus & temporalibus etiam si dignitates vel prælaturę que eius fuerint, quæ ab ecclesijs seu in ecclesijs quibuscunque obtinebunt, ex certa nostra scientia, & de ipsorum fratrum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis priuatos esse decernimus ipso facto. Et sic libere ipsa feuda, locationes vel officia aut beneficia spiritualia & temporalia, dignitates & prælaturæ & ad ipsas, ad quas spectant, reuertantur ecclesias, & deuoluantur ad rectores, capitula seu collegia eorundem, quòd de illis pro sua voluntate disponant. Et ad dignitates & prælaturas per electionem aut alium modum licitũ idoneas personas assumant. Personasque ecclesiasticas, quæ culpabiles fuerint in præmissis inhabilitamus ad quæcunque ecclesiastica beneficia obtinenda. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Auiñ. iiij. Non. Augusti Pontificatus nostri anno. I.

¶ Idem Bartholomæo electo Narboñ. diœce. Aguelme de Blauia Engolimeñ Eduen. Archi & magistro Berengario de Lagijs Lemouiceñ. & Narboñ. ecclesiarum canonico.

¶ Executores quatuor dantur ad pœnas superiores solemniter publicandas.

CAP. VII.

ij NVper ex certis causis, quæ nostrum & fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, & cætera.

Vt supra proxime, vsque ad beneficia ecclesiastica obtinenda.

Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus priuationem & inhabilitationem nostram huiusmodi vos omnes seu tres, vel duo, siue vnus ex vobis, per vos vel alium seu alios in ecclesijs & solemnibus locis & alijs, de quibus & quotiens expedire videritis, solemniter publicetis: ne quisquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Auiñ. ij. Idus Nouembr. Pontificatus nostri anno octauo.

¶ Idem Arnoldo electo Lumbaneñ.

¶ Dispensat cum quodam abbate vt episcopus possit esse, licet defectum patiatur in ordinib. & ætate. Ex hac & sequenti cognoscimus causas & formas dispensandi. Quæcunque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Roma. xv.

CAP. VIII.

iij NVper ex certis rationabilibus & manifestis causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, ciuitatem Lumbañ. olim villam de Lumbanis, tunc intra Tholosanæ diœcesis limites constitutam, qui locus insignis ac multiplici commoditate

moditate dotatus existit, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, per litteras nostras sub certa forma in ciuitatem ereximus, ciuitatatisque vocabulo duximus decorandam: statuentes ac etiam decernentes, vt ecclesia abbatiæ illius loci de Lumbañ. ordinis sancti Augustini ex tunc haberetur & existeret cathedralis: ac deinde volentes eidem ecclesiæ de pastore idoneo salubriter prouidere, in abbatem eiusdem ecclesiæ virum vtique literatum & literarum scientia præditum, vitæ & morum honestate decoratum; discretionis & consilij maturitate conspicuum direxerimus oculos nostræ mentis, teque (non obstante defectu ætatis & ordinum quem pateris, cum tonsuratus modo in clericum & in xxvij. ætatis tuæ anno vel circa constitutus esse dicaris, super quo tecum gratiose duximus dispensandum) de fratrum nostrorum consilio ipsi ecclesiæ præfecimus in episcopum & pastorem, curam & administrationem ipsius ecclesiæ tibi in spiritualibus & temporalibus committendo. Vnde licet nondum sit tibi munus consecrationis impensum, nec Apostolicas literas promotionem tuam huiusmodi continentes (cum illas non habeas) possis ostendere: Nos tibi ut (constitutione felicis recordationis Gregorij Papæ octaui prædecessoris nostri, & qualibet alia super hoc in contrarium edita nequaquam obstante) possis eiusdem ecclesiæ Lumbañ. & quorumcumque bonorum ipsius administrationem accipere, ipsamque administrationem libere exercere, auctoritate præsentium indulgemus. Contradictis, &c. Datum anno quarto, vt supra.

Dispensatione facile obtinet, qui multis qualitatibus pollet.

¶ Idem uenerabili fratri Bertrando episcopo montis Albani ad vniuersalis ecclesiæ regimen exercendum diuina dispensatione vocato.

¶ *Hortatur quendam in multis commendatum, vt curam pastoralem administret in ecclesia, quæ de nouo fuerat in cathedralem erecta. hic autem inuenies multa notatu dignissima, quæ debent lectores ad deuotionem accendere.*

CAP. IX.

AD cuiuslibet status ecclesiæ aciem sollicitæ considerationis extendimus, pastorales partes officio vigilanti adhibentes, vt earũ singulæ pastorib. gubernentur idoneis, & prouidis rectorib. disponantur: quorum dispensatione prouida & prouidentia circumspecta (illius cooperante clementia, qui vere pastor & rector agnoscitur) spiritualium & temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis & rationabilibus causis, quæ ad hoc nostrum animum induxerunt, ciuitatem olim villam montis Albani, tunc intra limites Caturceñ. diœcesis constituta, qui locus insignis existit, ac vbertate multiplici hoĩum & rerum exuberat, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis, ciuitatis vocabulo duximus decorandam: statuentes ac etiam decernentes, vt ecclesia monasterij illius loci montis Albani monasterij Casa Dei ad Romañ. Eccles. nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Claremoteñ. diœce. tunc immediate subiecta, ex tunc haberetur & existeret ecclesia cathedralis. postmodum vero de celebri ac salubri prouisione ipsius montis Albani, vt sponsi solatio lætaretur, sollicite cogitantes, ac volentes illum eidem præficere in pastorem, de quo certam haberemus notitiam quod eum clara morum insignia redimerent, nec esset dubia eius charitas circa plebem suo regimini committendam, & in cuius fiducia consisteret salubriter securitas subditorũ: Ad te tunc monasterij prædicti abbatem, quẽ literarum scientia præditum, vitæ & morum honestate decoratum, discretionis & consilij maturitate conspicuum, in temporalibus prouidum, in spiritualibus circumspectum nobis & fratribus nostris placida tua conuersatio continuata diu apud sedem Apostolicam approbauit, direximus oculos mentis nostræ: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis & eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis eidem ecclesiæ montis Albani prouidimus, præficientes eidem sanctæ ecclesiæ teipsum in pastorem, tibique curam & administrationem illius in spiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo per venerabilem fratrem nostrum Berẽgarium episcopũ Tusculañ. munus consecrationis impendi: Firma

Ecclæ cuiuslibet status est per Papã attendendus.

Ecclæ spõsus prælatus dicitur esse.

Ecclæ uiduatæ p̃ficiẽdus, ĩ multis dẽt esse commendatus.

spe, fiducia tenentes, quòd eadem ecclesia monasterij Albani (Dominica assistente clementia) per tuæ circunspectionis & industriæ studium fructuosum seruabitur à noxijs & aduersis, & spiritualibus & temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei iugum tam leue collis humilium quàm suaue, ac dilectione, pascendum suscipe gregem eius, super quem noctis vigilias dilectus sollicitusq; custodi, vt liber non pareat aditus inuasori, & Dominus insuspicabili hora venturus si te inuenerit sic agentem, cursu consummato, qui tuo labori præponitur, & horum fide seruata, quæ tuæ sollicitudini committuntur, te repertum fidelem in modico, supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum, &c. anno quarto.

Prælatus bon⁹ multa bona facit ecclesiæ: iugū Dei ē leue & suaue.

Fidelis ī modico s. multa ↄstituet.

¶ Idem Hugoni de Mirabello canonico Ebredunen. collectori fructuum primi anni, & cætera.

¶ *Declaratur, an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum vacantium & vacaturorum vsque ad certi temporis spatium deputatorum pro cameræ Apostolicæ oneribus facilius supportandis, possit cum obtinētibus beneficia conuenire, & an altaria dotata cadant sub tali reseruatione, &c.*

CAP. X.

Postulasti per Apostolicæ declarationis euidentiam edoceri, quid tibi super dubijs infrascriptis circa commissam tuæ industriæ recollectionem fructuum prædictorum (aliàs præbendarum aut beneficiorum) imminentibus sit agendum; Tuæ itaque consultationi breuiter respondentes, te scire volumus beneplaciti nostri esse super fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in solutione decimę iuxta verum taxata valorem, quòd illum nequaquam excedunt, cum obtinentibus huiusmodi beneficia prout melius & utilius diœcesanis locorum (in quibus huiusmodi beneficia fuerint, quorum consilia in hac parte requiras) & tibi videbitur, valeas conuenire, Nos enim ipsorum diœcesan. & tuā conscientiam super his oneramus.

Conscientiā aliorum quādoque Papa onerat.

¶ Licet autem quotidianæ distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum prædictorum exclusæ, hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, quæ dantur eis qui horis intersunt, sic quòd illæ quæ soluuntur ijs qui sunt in ciuitate vel loco præsentes, quamuis horis non intersint eisdem, non sint ab onere dictæ recollectionis immunes.

¶ Porro declarationem illam factam per nos in deputatione seu reseruatione fructuum prædictornm, ut videlicet non extendātur ad vicarias seu capellanias vt plurimum à decedentibus institutas ad Missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis redditibus præsbytero inibi celebranti, locum h bere volumus in altarib. dotatis certis feudis vsuaticis seu censibus, ut capellanus inibi celebrare debeat pro dantium animabus certis vicibus, singulis septimanis, & in ecclesia cathedrali horis interesse diuinis, dummodo ualor annuus ipsorum altarium summam xx. lib. Turon. non excedat. Alioquin includantur in deputatione seu reseruatione prædictis. Vbi vero præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quòd parum posset canonico hebdomadario (cui certum pro illa seruitium imminet in ecclesia faciendum) post perceptionem taxationis huiusmodi remanere; uolumus quòd de taxatione ipsa pro huiusmodi seruitij onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera nostra residuum percepturus, Cæterum præbendas illorum, qui taxationem decimæ soluere recusantes abesse velle se simulant, vt taxationem ipsam diminuere compellantur, ut per illorum absentiam huius perceptione taxationis frauderis, quasi uel de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, nisi saltem in loco vel in ciuitate præsentes, cum tamen ecclesiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoscatur, declaramus sub deputatione seu reseruatione compræhendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis nostræ modum percipere valeas, canonicorum ipsorum absentia, non obstante. Ridiculum enim esset ut eadem fabrica potiori quàm nos priuilegio in talibus vteretur.

Redditus ꝓ missis celebrandis a decedētib. relicti, si sunt aliquatenus diminuendi.

Papa ī ꝑceptione fructuū ē fabricæ ꝓferendus.

¶ De illis denique qui licet per multos menses tenuerint ecclesias uel præbendas, nihil tamen se percepisse asserunt ex eisdem, cum iuxta consuetudinem patriæ prædecesso-

Testati & bonis ecclesiæ, an clerici possint. vi de not. in c. præsenti, de offi. ordi. li. 6.

decessores eorum testati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipsi obtinentes tales ecclesias tibi satisfacere nequeunt de fructibus antedictis: nihilominus offerentes, quòd tamdiu fructus ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie satisfactum, placet nobis & volumus, vt si est ita, oblationi huiusmodi condescendas: per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare prædictam. Datum Auinion. v. Idus Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Idem.

¶ *Cum Romanus Pontifex pro Ecclesię Romanæ necessitatibus fructus beneficiorum vacantium vsque ad certum tempus reseruasset, circa illam reseruationem plurimæ ambiguitates ortæ sunt, quas hic soluit.*

CAP. XI.

Fructus beneficiorũ si papa eõs ne pro Ecclesię Romanæ necessita tibus reseruatur.

CVm nonnullæ ecclesiasticæ personæ in cathedralibus ecclesijs canonicatus, prębendas, dignitates, personatus, & officia, ac alia beneficia ecclesiastica obtinentes, reuocare conentur in dubium, an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum etiam vacantium, & quæ in diuersis orbis partibus vsque ad triennium vacare contingeret, quos pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus per nostras sub certa forma literas duximus reseruandos, iuxta tenorem literarum ipsarum cameræ nostræ soluere teneantur, præsertim cum archiepiscopales & episcopales ecclesiæ ac regulares abbatiæ ab huiusmodi solutione fructuum (ut dicunt) in dictis literis eximantur. ¶ Nos dubitationem huiusmodi amputare volentes, auctoritate Apostolica declaramus, quòd cum sub appellatione archiepiscopalis uel episcopalis ecclesiæ aut regularis abbatiæ, huiusmodi præbendæ, dignitates, personatus & officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur, prædictos [a] necnon & præbendarum & officiorum monachorum, monasteriorum regularium, ac redditus abbatiarum, seu abbatum earundem, quæ in beneficijs ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus redditus & prouentus includi in deputatione prędicta, & dictæ cameræ iuxta prædictarum litterarum tenorem debere persolui: ac id idem super solutione omnium fructuum, reddituum & prouētuum commendatariarum, curtuum [b] seu grangiarum, monasteriorum, domorum & locorum conuentualium, quæ pro beneficijs ecclesiasticis (vt prædicitur) conceduntur (nisi dumtaxat in fructibus illorum, quę sunt forsan excepta) declaramus & præcipimus obseruari. ¶ Prętere a cum in aliquibus ecclesijs tam cathedralibus quàm alijs, panis & potus pro quotidianis distributionibus ipsarum ecclesiarũ canonicis & personis de præbendarum ipsarum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ summa, & aliquando alterum pro altero pro singulis mensibus vel hebdomadis etiam canonicis studiorum causa, aut aliàs pro eorum negotijs de licentia capitulorum ecclesiarum ipsarum ab ecclesijs eisdem absentibus exhibeantur, & etiam persoluantur: declaramus auctoritate prædicta, illam bladi quantitatem & pecuniæ summam, quæ pro quolibet mense uel hebdomada dictis canonicis (ut prædicitur) ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis distribuuntur sine fraude. ¶ Adijcimus insuper declarationi prædictę, quòd si obtinenti curatum beneficium, aliud sibi cõsimile collatum fuerit, uel etiam in posterum conferatur, post secundi pacificam possessionem adeptam & fructuum perceptionem ipsius, nihil de fructibus eiusdem primi beneficij (nisi forsan super hoc dispensatione canonica sit munitus) percipere possit: sed ꝑ dicta camera nostra iuxta formam dictarum literarum recipiantur, & etiam exigantur. Vbi uero fructuũ, reddituum & prouentuum beneficiorum ecclesiasticorum non reperiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prædicta, quòd fructus, redditus & prouentus beneficiorum huiusmodi cum uacare contigerit, per mediũ diuidantur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta; reliquam uerò medietatem ille pro sua sustentatione percipiat, qui beneficium huiusmodi dignoscitur obtinere. ¶ Grangias autem & alia loca Cisterciensis ordinis & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores seu custodes uel administratores ponuntur ad tempus, & remoueātur

Dubitationes sũt amputandæ.

Distributiões quotidianæ, qñq; consistunt in potu & pane, quandoque in alijs reb.

Horarum q̃dã sunt diurnæ, quædam nocturnæ.

CVM nonnullæ.]
a ¶ Prędictos.] aliàs prædicta.
b ¶ Curtuum.] aliàs cultuum.

Administratores ad uoluntatem superiorum qñq; sunt remouibiles.

tur ad voluntatem superiorum suorum, eorumque fructus, redditus, & prouentus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta ac literis nostris super illa confectis aliquatenus non includi, Nulli ergo omnino, &c. Datum Auinione Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

¶ Idem.

¶ *Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoque beneficiatus priuatur, cameræ Apostolicæ deputantur.*

CAP. XII.

CVm nonnullæ ecclesiasticæ personæ reuocare conentur in dubium, an si obtinenti dignitatem uel aliud beneficium ecclesiasticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo casu quo ambo beneficia ipsa successiue vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno quo uacant ratione deputationis fructuum, reddituum, & prouentuum ecclesiasticorum tunc uacantium, & quæ usque ad certum tempus uacare contingeret, quos pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus releuandis, per nostras literas duximus deputandos, nostræ cameræ debeantur: Nos ambiguitatem huiusmodi remouere uolentes, auctoritate Apostolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus & prouentus (cum vtrumque ipsorum uacet) pro eadem camera debere percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

¶ Benedictus xij.

¶ *Dispositioni Apostolicæ reseruantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium, si moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipsa curia non distantibus.*

CAP. XIII.

Bñficijs uacātib. sunt assumēdi uiri, qui illis psint & psint.

AD regimen Ecclesiæ generalis quamquam immeriti superna dispositione vocati, gerimus in nostris desiderijs ut debemus, quòd per nostræ diligentiæ studium ad quarumlibet ecclesiarum & monasteriorum regimina & alia beneficia ecclesiastica iuxta diuinum beneplacitum, & nostræ intentionis affectum, viri assumantur idonei, qui præsint 10 & prosint committendis eis ecclesijs, monasterijs & beneficijs prælibatis.

a ¶ Omnes patriarchales.] accipe infra in fine, reseruamus ordinationi, & cætera.

¶ Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis, nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum uestigijs inhærentes, omnes patriarchales a, ar-20 chiepiscopales, & episcopales ecclesias, & etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus & officia, necnon canonicatus & præbendas, & ecclesias, cæteraque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura, secularia & regularia quæcumque & qualiacumque fuerint, etiam si ad illa personæ consueuerint seu debuerint, per electionem seu 30 quemuis alium modum assumi, nunc apud sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura, necnon per depositionem vel priuationem seu translationem, aut muneris consecrationis suspensionem, per fœlicis recordationis Ioannem Papam vigesimum secundum, prędecessorem 40 nostrum, seu eius auctoritate factas, & per nos seu auctoritate nostra in antea faciendas vbilibet: Necnon si forsan tempore iam dicti prædecessoris aliqui in concordia vel discordia electi uel postulati, quorum electio cassata seu postulatio repulsa, uel per eos facta renunciatio, & admissa per ipsum prædecessorem vel auctoritate ipsius extiterint, 50 seu quorum electorum vel postulatorum, & in antea eligendorum seu postulandorum ac renuntiantium electionem cassari, uel postulationem repelli, aut renuntiationem admitti per nos vel auctoritate nostra contingeret apud sedem prædictam vel alibi vbicumque: Ac etiam per obitum Cardina-60 lium eiusdem Ecclesiæ Romanæ ac officialium dictæ sedis, videlicet camerarij, vicecancellarij, notariorum, auditorum literarum contradictarum, & Apostolici Palatij causarum auditorum, correctorum, & scriptorum literarum Apostolicarum ac pœnitentiarij præfatæ sedis, ac abbreuiatorum, necnon commensalium, & aliorum quorumlibet capellanorum sedis eiusdem, & etiam quorumcumque legatorum siue nuntiorum, ac in

Electio cassat, & postulatio repellitur.

Officiarij Papæ diuersi sūt.

ea in terris Ecclesiæ Romanæ rectorum & thesaurariorum, per dictum Ioannem prædecessorem, vel nos specialiter deputatorum, seu missorum hactenus, vel à nobis deputandorum aut mittendorum in posterum, nunc vacantia & in antea vacatura vbicunque dictos legatos vel nuntios seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis: Necnon quorumlibet pro quo quibuscunque negotijs ad Romanam curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis à dicta curia vltra duas diætas legales non distantibus iam forsan obierint, vel eos in antea transire contigerit de hac luce: Ac etiam simili modo quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, seu alia quacunque causa ad quæuis loca secedentium: si eos antequam ad dictam curiam redierint in locis vltra duas diætas ab eadem curia (vt præmittitur) non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem, iam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoueri: nunc per obitum huiusmodi vacantia, & in posterum vacatura: Rursus monasteria, prioratus, decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, & ecclesias, cæteraque beneficia ecclesiastica, sæcularia & regularia, cum cura vel sine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam si ad illa personæ consueuerunt & debuerint per electionem aut quemuis alium modum assumi, quæ promoti per dictum prædecessorem vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiscopalium, & episcopalium ecclesiarum, necnon monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum nunc vacantia: Et qui per nos seu auctoritate nostra in posterum ad eadem regimina premouendi tempore promotionis huiusmodi obtinebunt: Necnon etiam quæ per assecutionem pacificam quorumcunque prioratuum dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum & præbendarum ecclesiarum, & beneficiorum aliorum per nos vel eundem Ioannem prædecessorem, seu auctoritate litterarum nostrarum, vel ipsius Ioannis prædecessoris collatorum, & conferendorum in posterum, nunc vacantia & in antea vacatura (plena super præmissis omnibus & singulis cum fratribus nostris collatione præhabita, & matura deliberatione secuta) ordinationi, dispositioni, & prouisioni nostræ (donec miserationis diuinæ clementia nos vniuersalis Ecclesiæ regimini præsidere concesserit) de ipsorum fratrum consilio, auctoritate Apostolica reseruamus: decernentes extunc irritum & inane si secus super præmissis, & quolibet eorum per quoscunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis, quatenus obsistere possent super enarratis articulis, vel alicui, siue aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione tertio Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo. M. CCCXXXV.

¶ Paulus Venetus Papa secundus.

¶ *Beneficia quæcunque sint dispositioni Apostolicæ reseruata, per talem reseruationem sunt affecta, ita quòd illorum collatio non tenet, si per alium à Romano Pontifice fuerit facta.*

CAP. XIIII.

Ad Romani Pontificis prouidentiam & circunspectionem prouidam spectare dignoscitur, dubia iuris (ex quibus lites graues oriuntur indies) suæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate & temporum conditione inspectis, conspexerit in Domino salubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri per diuersas eorum constitutiones, quas suo tempore dumtaxat durare, voluerunt, quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ tunc & sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentium, & tunc

Lites ex iuriũ dubijs sæpe oriuntur.

tunc existentium Cardinalium familiares continui commensales obtinebant, & in posterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel aliàs recessissent, necnon illa quæ etiam fructuum & prouentuum cameræ Apostolicę debitorum collectores, & qui ipsorum prædecessorum temporibus sua officia exercerent, vniti subcollectores durantibus eorum officijs obtinebant, ac in quibuscunque locis vacauerint, cum irritantis appositione decreti, & deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriusque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curię sępe numero hæsitatum extiterit, an beneficia huiusmodi propter reseruationem & decretum prędicta, reseruata vel affecta remanserint: ita quòd nullus pręter Romanum Pontificem de illis disponere potuerit siue possit, reseruatione & decreto obsistentibus supradictis. Ac cum propter ambiguitatem huiusmodi varias quoque iurisperitorum opiniones & discrepationes ipsas aduerteremus: plerumque pro reseruatione & affectione præmissis, interdum vero econtra pronuntiatum & diffinitum fore. ¶ Nos qui vigilis more pastoris super his maturo prouidendum esse consilio non indigne censuimus, Et propterea in singulis causis super quibusuis beneficijs ecclesiasticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernētibus, vsque ad nostrum beneplacitum supersedere mandauimus: cupientes (quemadmodum nostro incumbit officio) dubijs huiusmodi finem imponere: subditorum obuiare dispendijs, & (ne lites fiant penitus immortales) de opportuno remedio prouidere: Felicis recordationis Vrbani quinti. Gregorij noni, Bonifacij octaui Romanorum Pontificum etiam prędecessorum nostrorum, qui ad submouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiusmodi lucidandas, declarationes similes per suas litteras ediderunt, vestigijs inhęrendo, ac prouide considerantes effectum per reseruationem manusque appositionem eorundem prædecessorum in dictis beneficijs inesse productum per obitum ipsorum nequaquam censeri debere reuocatum. Romani quoque Pontificis manus oppositionem prædictam tantæ efficaciæ tantęque virtutis existere, vt etsi litteræ Apostolicæ super prouisionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum & reseruatio huiusmodi apponuntur, ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum: facultatem tamen prouidendi de beneficijs taliter reseruatis quibuscunque alijs fuisse ademptam, huius perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto de venerabilium fratrum nostrum sanctæ Romænæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, omnia & singula beneficia ecclesiastica sæcularia & cuiusuis ordinis regularia, etiam si præpositatus, canonicatus, præpositurae, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint: etiam si ad illa consueuerint, qui illis præficiuntur per electionem assumi, eisque cura immineat animarum vt præmittitur) reseruata, & per Romanos Pontifices successores nostros canonice intrantes in posterum reseruanda, ac etiam quouis modo vacantia & in antea vacatura: per huiusmodi reseruationem & decretum remansisse, & remanere semper affecta, nullumque de illis (cum primum vacare contigerit) præter eundem Romanum Pontificem ea vice quouis modo disponere potuisse siue posse, harum serie decernimus & pariter declaramus. Quòd tam in pendentibus etiam per appellationem, quàm in futurum super eisdem beneficijs vt præmittitur, reseruatis, committendis causis, per dilectos filios magistros, capellanos nostros causarum Palatij Apostolici auditores, atque alios quoscunque delegatos & iudices vbilibet inuiolabiliter obseruari: & secundum præmissa, nec aliter sententiari & diffiniri volumus atque mandamus eis & eorum cuilibet, quauis alia super præmissis interpretandi facultate sublata: Decernentes extunc irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, voluntatis, mandati & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ M. cccclxvij. Calen.

Prælatus vigilē pastorem imitari debet.

Lites debent esse breues.

Romani Pōtificis man⁹ est magnæ virtutis.

Beneficia p q̄d dicuntur affecta.

Hæc ex vagãs reponit in tit.xx.lo. xiij. sub tit.đ ele. gl.dñi Zenzelini hic ve ro ponit gl.Gu lielmi de mõte Lauduno.

Svscepti 1.] Hæc decret. potest intitulari sub titulo, de rescriptis. vel sub tit. de elect. vel, ne sede vac. vel sub illo, vt eccl.bñ. vel sub illo, de verb. sign. Et diuiditur in quinque partes. Primo ponitur concedendæ constitutionis duplex occasio. Secundo facti, de quo agitur, summaria recitatio. Tertio super taxatis cõstituitur. Quarto de non taxatis annectit. Quinto nõ seruantib. diuersa pœna apponit. Secunda, [Cũ itaque.] Tertia, [Nos đ illo.] Quarta, [In illis.] Quinta, [Et si quicquam.] Et sic hæc facta est ad declaratio nẽ illorũ iuriũ s̃. vt eccl.bñ. ca. vnico. in fi. ne se. va. c. 1. per Inno. de ver. sig. tua. de priuileg. si Papa, & de præben. si tibi cõcesso. lib. 6. Gul. de monte Lauduno.

a ¶ Suscepti.] simile sup. de præbend. suscepti. lib. 6.

b ¶ Dispendio.] de his de rescrip. dispendia. in princ. lib. 6.

c ¶ Ministrorũ.] gñri n. taliũ intendit hic Papa prouidere, non aũt personis singularibus, & sic erit ppetuum & fauorabile. argu. 12. q. 2. liberti. maxime cũ fiat ĩ fauorẽ diuini cultus, vt patet inf. aliàs. n. mere personalia per sonas nõ transgrediuntur, immo cũ eis pereunt, & maxime dẽnt vt odiosa restrĩgi. inst. de iure natu. §. sed & ꝙ principi. s̃. de rescri. quia per ambitiosã. lib. 6. Notanter ẽt dicit, ministrorũ, sub nomine officij, nõ proprio: quasi dicat hic Papa, ꝓuidere intẽdimus arti & virtuosæ industriæ hoium, nõ naturæ; sicut econtrario vitiũ hoĩs debet haberi odio non natura. 82. dist. odio. & 86. dist. donare. Notabis ẽt hic, ꝙ Papa nedum diuino cultui, de quo ĩ. immo ẽt dispendio ministrorum prouidere intendit, ẽt principalius & fortius: quod patet in hoc, quod in scripturę ordine hic præmittit. arg. iurium. sup. de elect. si quis iusto, & de præb. mandato. lib. 6 Ex quo sequitur ꝙ nedum residentes vere, sicut sunt illi, qui intersunt horis diuinis: immo etiam præsumptiue & iuris fictione, sicut existentes in Papæ vel Cardinalium seruitio, vel studio theologiæ, vel similes gaudeant huiusmodi beneficio decre. de quo dicit infra. Guli. de monte Laudu.

Vitium odio ꝓse quamur, non natura.

d ¶ Et cultus.] multa sunt specialia in fauorẽ diuini cultus statuta s̃. de cõsti. ex parte. de rescrip. quia per ambitiosam. li. 6. de cele. Mis. graui. cõcil. Viennen. vñ cum cultus diuinus sit iuris publici. 1. dist ius publicum, pacto priuatorum tolli, seu ipsi renuntiari non põt. ff. de pac. l. ius publicum. s̃. de foro compe. si diligenti. maxime cũ videatur inhærere præceptis primæ tabulæ 32 q. 7. quid in oĩb. ex quo, vr̃, ꝙ ẽt Papa non possit super hoc sine magna causa dispensare: cũ sola infirmitas ab hoc excusat, ne vicarius tollat pensum à domino sibi spãliter super quemlibet viuentem de eius patrimonio reseruatũ. s̃. de ele. Mis c. 1. nec ẽt super subtracto: nisi illud restituat. vt sic non remittatr̃ peccatum: si cum potest (maxime Deo) non restituatur ablatum: cum ẽt idem esset de pẽsione alicui domino priuato subtracta arg. s̃. de vsur. cum tu. 16. q. 1. reuertimini. cũ simi. Sed nũquid poterit huic beneficio renũtiari? Credo ꝙ sic, inquantum tãgit ius cuiuscuis priuati: sed inquantum Ecclesiæ, non argu. sup. de arbi. cum tempore.

Cultui diuino renuntiari non põt.

Cal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Ne sede vacante aliquid innouetur.

¶ Ioannes vigesimus secundus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ *Papa volens prouidere diuino cultui & ministris eiusdem, & occurrere dispendijs, quę ipsis quotidie imminent propter occupationes vacantium ecclesiarum primi anni, quæ cõpetunt ex diuersis titulis aliquib. ecclesiis seu personis: statuit quòd quando talis occupatio imminebit in beneficijs, quæ consueuerunt in decimæ solutione taxari, collectores ipsorum annalium sint cõtenti ipsa summa, pro qua consueuit dari decima, si ipsam eligẽdã duxerint, tali residuo penes eum cui collatum est beneficium remanente: vel dimissa eidẽ summa prædicta, possint dictum residuum sibi assumere, dum tamẽ alterum intra decem dies dicti eligant collectores, aliàs post decem dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipso iure. In non taxatis aũt fructus decimabiles illius anni diuidantur per medium, & vtrique eorũ medietas tribuat: ita qđ si alter dimidia noluerit cõtentari, ipsa in volentem trãseat ipso iure. Et si quicquã aliquis cõtra dictã ordinationem receperit pœnas hic cõtẽtas incurrat.*

CAP. VNIC.

Svscepti regiminis [a] nos cura sollicitat, vt quæ in Ecclesijs non absq; dispendio [b] ministrorum [c], & cultus [d] detrimento diuini seruari videamus, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque [e] in nonnullis Ecclesijs [f]

e ¶ Cum itaque.] Secunda pars.

f ¶ Ecclesijs.] de quibus si in priuilegio vel statuto expresse actũ est, expressioni stabit. s̃. de priuil. accepimus. 9. q. 3. conquestus, saluo hoc qđ legiť ꝫ consuetudinẽ vel statuta inferiorum. s̃. de ele. sæpe. & de offi. ord. præsenti. lib. 6. alias vsus obtinuit, ꝙ monasteria seu loca collegiata non comprehendãtur: multominus ipsæ Ecclesiæ cathedrales. arg. s̃. de præb. c. si. de conces. præben. dilectus. Si quæras quam Ecclesiam dices collegiatam vel conuentualem quantum ad hæc? Credo ꝙ illa dumtaxat, in qua sunt duo vel plures tanquam facientes vnũ corpus, cõsueuerit cõuentus, capitulũ vel collegiũ vocari: & sic nihil faciet ibi pluralitas personarũ vel paucitas: dũ tñ sint duo vel tres: sed ipsa realitas, s. ꝙ ibi cõuersentur, vnũ corpus facientes insimul. Item credulitas gẽtiũ & opinio, s. ꝙ cõiter à gentib. consueuerunt sic appellari & haberi vt tales, hoc dico per iura. sup. de ele. nullus, de exces. prælator. dilecta. de proba. per tuas. q. si. sint legi. transmissæ 3 q. 7. §. tria, de præb. de multa. per Inno. Quid ergo erit de Prioratibus monasteriorum Oluinæ. Casæ Dei, Grandimonten. maioris monasterij Præmonstraten. vel similibus, in quorum aliquibus quandoque consueuerunt esse quattuor monachi, quãdoque octo associãtes Priores ibidẽ, nunquid collectores percipient taliũ annalia cũ vacabunt? Credo ꝙ nõ debeant collectores ab istis tamquam à collegiatis excludi: cũ tales potius sint tamquam per modum associationis, quàm collegij seu cõuentus per c. dilecta,

Ecclesia quæ dr̃ collegiata.

obseruetur a, & à longis b retroactis temporibus, fuerit obseruatum, quòd fructus † primi vel secundi, aut alterius c cuiusque sequentis anni, beneficiorum vacantium d in eisdem, defuncto, vel fabricæ, aut, ecclesijs vel perso-

dilectat de hoc plene notaui s̄.de rescript.& principalis, & de statu reg.ne in agro.Sed q̃d de celeraria Ecclesiæ sancti Stephani Tholoræ:in qua de anno in annū mutantur celerarij:vel de archipresbyteratib. diœcesis Bituricen.qui ad mutationem archiepiscopi vel capituli ĩ regimine cathedralis Ecclesiæ renouātur:nunquid à talib. percipient? Credo, q non, cū nō dicantur vacare proprie, nec institutio bñficiorum est apud celerarios seu archipresbyteros temporales:sed apud illos potius, quorū isti vices gerunt: sicut dr̄ de vicarijs temporalibus in fine extrauagantis, Execrabilis, & dixi s̄.de offi.vica. quæ de Ecclesijs,concil. Viennen.facit s̄.de consue.c. 1.li.6.in verb.perpetua.Et idem dico pari rōne de grāgijs monachorum alborum,vel monialium fontis E- brandi sanctæ Claræ, vel de Prolhano seu similium, & de alijs possessionibus traditis sub annua pensione fratribus de ordine, vel alijs ad vitam vel aliud tēpus modicum, quæ per eorum cessum vel decessum nō dicerentur vacare, vt sup.de præben.quamuis,in prin.li. 6.16.q.1.possessiones.facit quod legitur & not.sup.de præscrip.si diligenti.

Archipsbyteri Bituricen. mutantur mutato p̄lato.

†Vide extrau. Pij V. Pont. Max. incip. Durū nimis.

a ¶ obseruetur.] sub prætextu priuilegij vel statuti, de quibus inf.Guliel.de monte Lauduno.

b ¶ Et à longis.] & hic vbi consuetudo allegatur. Et sic nota sufficere consuetudinem longi temporis, de quo dicetur plenius infra.

c ¶ Primi, vel secūdi, aut alterius.] vel tertij, vel quarti, seu deinceps:sicut lex de replicationibus, instit.de excep.quod in infinitū est ire hodie in aliquibus locis, q̃ infinita, tamquam dispendiosa nouis beneficiatis, in illis partib. merito est reprobanda, arg.s̄.de rescrip.cum in multis,li.6.Hic quæro primo, si cōtingat in primo anno bis vacare beneficiū:an ille cui primi anni fructus cōpetunt, habebit eos p̄ duos annos? Dicunt quidam q habebit à tempore primæ vacationis vsq; ad secundam, & à secunda per totum annum cōpletum, per l.ff.ad senatusconsul.Turp.l.in senatuscōsultum.§.quamquam.Secundo quæro, an posito q de consuetudine mortuus primo anno, fabrica secundo inibi colligeret:si Papa pro se vel p̄ passagio hoc simpliciter leuādum iusserit, vel iussum per alios ex certa scientia confirmauerit:quo ordine isti leuabunt? Si esset hoc verbum, anteferri, non esset dubium:immo ēt dato q non sit, adhuc vr̄ q Apostolicus debeat præcedere, & in primo anno leuare:licet vltimus sit in cōcessione, ex quo concurrrit cum alijs;iuxta ea quæ leguntur supra de præben.hi.qui.lib. 6.maxime si adiecerit Papa in suo priuilegio, illis non obstantibus: de quibus legitur sup. de rescrip. aliàs de priuileg si Papa.lib.6.vbi dictum est satis de hoc in fine.

Infinitas reprobat̄.

d ¶ Vacamtium.] à tempore. s.introductionis, consuetudinis, priuilegij, vel statuti, & sic alia bñficia, q̃ ante istam introductionem.vacare inceptant, licet istis superuenientibus adhuc erant libera & vacantia: non cadunt sub aliquo istorum, cū constitutio iuris publici vel priuati non extendet se ad præterita vel pendētia, nisi de his expresse caueat̄ in ipsa, in authē. vt cū de appellat.cog.in princ.s̄.de iud.dispendiosam.in fi. cōcil. Viennen.Quod credo verū, si sit ibi adiectio aliqua certi tp̄is, vt quia dr̄, fructus vacantium per tres annos, quia tunc cursus illius termini incipiet statim post editam publicatam, vel editam si sit decretum.in authenti.vt fa.no.constit.in princip.sup.de elect.si eo tempore.li.6.sup.de verbo.signi.abbate, de elect.quisquis, vel etiam si verbum futuri temporis sit ibi insertum:puta, vacatura, vel vacabunt, vt s̄.de rescri. aliàs de priuil.si Papa.li.6.Secus si dixit simpliciter fructus vacātium, vt hic videretur, quia tunc intelligi debet

Constitutio ad prę ter ita uel pendētia, non extēditur:nisi in ipsa caueatur.

ēt de ijs, q̃ inueniuntur tempore concessionis libere vacare aliàs quàm per ademptionem pacificam secūdi:quia tunc etiam fructus primi non habebit, vt sup. de præben. si tibi concesso.lib.6. & pari rōne idem de permutatis vr̄, vt inf.dicetur, & dixi sup.de præben. si plures:cōciliū Viennen.Et credo q pacifica adeptio secūdi sufficit ad hoc, q primum quod incompassibile ē, ipso iure vacet:ad lucrandos in hoc casu fructus in quocumq; beneficio minori episcopatu, siue sit solemnis abbatia, seu q vis aliud:dumtamen aliàs sub tali forma caderet: per iura s̄.de præb.de multa, de elect. commissa.li.6. 21.q.2.si quis.excepto episcopatu p̄p quem quis non amittit priora beneficia statim adepta possessione, nisi post tēpora de consecrandis epis:q̄d est specialein ipsis, vt sup.de elect.cum in cunctis.§.cum vero.in princip. Sed q̃ beneficia dicūtur vacantia in hoc casu? Dic vacans proprie dr̄, quod à nemine est occupatum seu possessum, & ideo hæreditas iacens vacare dr̄:nec in eam furtum committi potest, ex quo adita non est. ff.de effrac.& expil.l. 2.ff. de furtis.l hæreditariæ. Et pōt dici vacans de iure & de facto. Item de iure tm̄, non autem de facto, vt sup.de rest.spo.c.2.Item de facto tm̄, non aūt de iure.sup. de cōces. præb. cū nostris. Sed in primo casu hoc cōtingit multipliciter, morte, renunciatione, depositione, permutatione.Mors.n. naturalis oīa soluit, in tm̄ q ēt si in instāti miraculose resuscitetur sicut Lazarus, nō recuperaret bñficiū: immo ipsum collectores leuarent.arg. eorum q̃ legūtur, & notantur.33. q.7.licite, nec in beneficialibus aliquid de iure mortui ad successorem trāsmittitur, seu ius vnius continuatur in alium:nisi sola lis incepta prius cū mortuo:& hoc fit de quadā æquitate, nō de rigore:cū ius bñficiale adeo p̄sonale sit, q personā non trāsgreditur: immo in successore per omnia ius nouū creatur:licet secus sit in successionibus hæreditarijs, in quib. successor secūndus in iure primi succedit cōtinuando ius primi ad s̄m fine innouatione iuris, vt hæc probant̄ sup. de p̄ben.c.1.7.q.1. Moyses.s̄. vt lit.penden.si hi contra quos.in fi. ff. de iud.tam ex ɔ̄ctibus, & idem in iure proprietatio reali, seu personali, quāuis ecclesiastico.s̄.de offi.del.q̄m, vt lite pēdē. ecclesia.maxime vniuersali. s̄. de testi.significauerūt. in prin.cū ibi notatis, de hoc dicet̄ in Extrau. Execrabilis.In alijs aūt modis sicut in cessione & similib. licet perdat̄ ius, dū tñ aliàs legitime fiat, nō tñ ipsa possessio, nisi hoc per sn̄iam iudicis declaret̄, vel nisi cui dēter appareat possidentem habuisse pro derelicto facto vel verbo.cum semel possidens semper possidēs p̄sumatur, hoc probatur s̄.de hæret.cum s̄m.de præb.licet eps.li.6 .inst. de rerum diui.§.fi.s̄. de priuileg.dudum.In quo ergo casu de p̄missis habebit collector vacantem? Dic q de ijs, q̃ constāt verbo & facto vacare, non est dubium: sed quia de aliquibus est dubiū hic. Primo quæro an beneficia permutata legitime vacare dicant̄? Et vr̄ q non. Primo p̄p rationem.s̄. de præb. si tibi cōcesso.lib.6.Secundo, nam permutatio initiū efficax non capit ex mutuo consensu seu voluntate permutantium, sed ex traditione rei:nam anteq̄ ego habeam tuam præbendam & tu meā, non ē cōpleta permutatio:licet secus sit in emptione & vēditione, q̃ hñt initium efficax ex ipso consensu. ff.de rerū p̄mu.l.1.§.itē emptio.Si ergo adeptio sola rei permutatæ hunc ɔ̄tum perficiat:clarum est, q antea nihil q sit ibi uacans, reperitur:cum totū sit in pēdenti, nec ēt re adepta, cum iam sit possessum, & sic non inuenitur aliquod instans uel momentum quo ista bñficia uacauerint, & sic nō debebuntur collectorib. istis.Cōtrariū patet.Nā ĩ resignatione reperit̄ libera iuris p̄perij resu-

Vacās q̄d p̄prie dicitur.

Mortuus si resurgeret beneficium non recuperaret.

Beneficia p̄mutata an dicant̄ uacare.

prij refutatio vtriusque: quę ambæ confuse & vno spiramine ad instar personarū diuinarū fieri non possunt immo ad diuersitatem suppositorum habet hic sequi diuersitas actuū, ita ꝙ in exercendis istis actib. impossibile est quin sit dare aliquod instās in quo vacās extat vnum antequam aliud subsequatur: quod de rigore credo verius, sed de ęquitate primū ꝑ c. ꝓdictum. si tibi concesso. & s̃. de rer. perm. licet lib 6. Sed quid

nis habentibus annalia de consuetudine a, priuilegio b, vel statuto applicetur in totum c, ita quòd illi qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, & ad quos aliàs de iure fructus ipsi spe-

erit si sine alia vacatione beneficij diuidatur in xij. iuxta decre. s̃. de consti. cum accessissent. sicut factum fuit de præpositura Cæsaraugustana: ita ꝙ præpositus, qui tunc totum tenebat, habeat nūc tantū vnā de xij. numquid aliæ partes dicentur vacātes? Vr̃ ꝙ in altera parte quantumcunque modica saluetur totus titulus, & sic nō dicat̃ vacare: talia em̃ nomina, quæ sunt iuris potius quā facti: sicut sunt dignitates, nobilitates, corpora, vel similia, in qualibet parte modica, integra perseuerāt: maxime quātū ad ea, quę in honoribus cōsistūt. hoc dico ꝑ iura s̃. de iurepat. c. 1. ff. de seruiię. not. 16. q. 7 piæ mētis. facit ff. ad munici. l. sicut municipij. §. vlt. de consec. dist. 4. vbi pars. & dist. 5. nō mediocriter. cum similibus. In cōtrarium videtur: qa cum separatorū separata sit ratio, & aliud sit de parte separata à toto, & de specieb. subtractis à genere, quā esset de ipso toto in se integre persistente, & non possit dici quin ex quo partes diuisæ & separatæ fuerint ꝑ momentū antequā alicui cōferrentur vacantes existerent. & sic affectæ fuerint ꝑ iura specialia alicui de cōtentis in hac decret. arg. iuriū s̃. allegatorum. facit s̃. de rescrip. pastorali. s̃. de offi. deleg. præterea. in fin. glo. à ꝯrio sensu. & de reg. iur. in toto. lib. 6. Primū videt̃ verius. Si enim ante concessionē vacantiū Ecclesia aliqua sit vnita alicui dignitati vel præbendæ post cessum vel decessum rectoris: iuxta decr. s̃. de resti. spo. cū venissent. & de re. eccl. non alie. si vna concil. Vieneñ. si post talē cōcessionē moriat̃ rector vel cedat non habebit eā collector. s̃. de rescr. eā te. Sed q̃d erit de altaribus vel beneficijs alijs, quę ex deuotione decedentiū, & aliorū quotidie post dictam cōcessionem de nouo constituuntur perpetuo & dotantur? Nunq̃d ipsa ipsi collectores habebunt? Videtur ꝙ non: ꝑ iura. s̃. de consti. quoniā constitutio. de rescrip. litteras. cōcil. Vieneñ. Contrarium videtur per c. de offi. archi. dilecto. vbi illa consuetudo, quæ de se stricti iuris est, ad monasterium quod de nouo creatur se extendit. Credo ꝙ vbi causa priuilegij, statuti, vel consuetudinis huiusmodi de se extēsiua sit in futurum, sicut est hic, futura ēt respiciat, maxime in realibus, q̃ quasi sunt fauorabilia, vt in secundis concordantijs, secus qē cā est actus trāsiens, maxime in ijs q̃ fauore ꝑsonarū fiunt: q̃ quasi sunt odiosa, vt in primis. De hac notaui satis s̃. de vi. & hone. cler. quoniā. cōcil. Vieneñ. q̃d crederē verum, nisi fructus seu ꝓuentus dictorū beneficiorū essent ad certos vsus deputati: puta ad vitā sacerdotis & suæ familiæ, vel cæterorum pauperū in hospitalibus, vel monialiū seu aliorum religiosorum: qui vix de illis possent sustentari: nec habēt vnde aliàs viuerent, nisi per suffragia inde dicata: sicut est de illis redditib. deputatis pro vita pauperū in sede Barchę: quia de talibus nec leuabitur decima, nec cadūt sub vacātib. arg. s̃. de præben. significatū. & c. per litteras. & de reli. do. quia contigit. concil. Vieñ. immo nec alia q̃ non excedūt. vij libras Turoñ prout interpretatus fuit Grego. x. in cōcil. Lugdu. tēpore quo concessit decimam passagio vltramarino. Guiliel. de monte Lauduno.

a ¶ De cōsuetudine.] & sic valet consuetudo ꝙ fructus vnius Ecclesię ad tēpus alij applicent̃, vt sit mēbrū vni⁹ & eiusdē corporis cū ista eccl̃a militās sit vnica, & vnū corpus mysticū faciat, vt s̃. de sum. trin. firmiter. §. vna. & de exces. prælat. frequens, concil. Vieñ. alij seruiat. facit s̃. de elect. cum non deceat. li. 6.

b ¶ Priuilegio.] Istud concedit quotidie Papa, vt s̃. de rescrip. aliàs de priuile. si Papa in verbo, cōcedam⁹. de præb. in verbo, à nobis. & de verb. sig. tua. super verbo, duxerimus. indulgēdū. ergo à cōtrario sensu nullus alter inferior hoc poterit: nisi forsan de vno, vel d̃ duob. certis beneficijs, & ex causa ante collationē cū capitulo suo, & sic intelligitur quod legitur & notat̃ s̃. vt eccle. benefic. vt nostrum. in fine. Sed contra videtur per cap. si. s̃. de ijs quæ fi. à maio par. c. & videmus quòd quotidie faciunt episcopi cum capitulis suis assignādo vacantia ipsi fabricæ, mortuo, vel similib pijs operibus. Hic crederem distinguendum: quia aut hoc priuilegium sit maxime per modū statuti pro aliquo pio vsu & necessario vt in casibus prædictis: non tñ vtilitati mensæ episcopi vel capituli applicando, & tunc vr̃ ꝙ ipsi possunt hoc facere: secundum ꝙ decimam vel aliam partem beneficiorū suorum ibi possessorum posset episcopus nedum cum maiori parte capituli, immo cum minori, cum sit in hac parte sanior, ēt inuitis alijs deputare, vt in c. ex parte. de ijs q̃ fi. à maio. par. c. aliàs pro vtilitate mensæ suæ vel sua nō possent sine expressa licētia Papæ, vt in iurib. s̃. allegatis. hoc excepto tñ quod dictum est s̃. vt eccle. bñfi. vt nostrū. hoc dico arg. s̃. de reb. eccle. nō alie. si vna. cōcil. Vieneñ. Legatus tñ vr̃ indistincte hoc posse facere: cū nō inueniatur hoc expresse reseruatū Papæ. arg. c. q. 5. quę de causa. de hoc not. in prima parte Spe. tit. de legato. §. nunc ostendēdum. versi. legatus igit̃, Sed quid erit de alijs inferioribus ordinarijs, nunq̃d hoc facere poterunt saltē in beneficijs ad eos pleno iure spectantibus: sicut sunt dignitates, officia, priora tus, & aliæ administrationes ad ipsos immediate spectantes? Vr̃ ꝙ sic, cū distinctione facta de epo & capitulo s̃. Sed nunquid vigore priuilegij vel statuti epi & capituli poterunt ista leuari à beneficijs spectātib. ad inferiores prælatos ipsius diœcesis? Planū est, ꝙ si sint exempti, non s̃. de offi. ordi graue. & de priui. ex parte. vnde solus Papa & legat⁹ à latere posset eos adstringere ad hoc, vt s̃. de off. leg. c. 1. de verb. sig. veniēs. in prin. Et idē vr̃ de non exemptis beneficijs, q̃ ad eos pleno iure spectāt. 16. q. 1. in summa & c. de monachis & q. 2. visis In alijs autem & quibus epi habent institutionem, seu confirmationem, videtur ꝙ possint sicut de proprijs habent statuere: cum plus habeat in talibus eps quàm patronus. s̃. de offi. leg. dilectus. & de priuileg. cū & plantare. §. in Ecclesiis. ergo, & cætera.

c ¶ In totum.] Not. ꝙ dicit hic, in totum, & hoc ꝙ sequit̃ nihil inde percipiunt. & j̃. §. sequitur. in prin. integre. & eo. §. circa finē, versi. forsan cū integritatę percipere, &c ex quibus concludit̃, ꝙ Papa nō intellexit hic prouidere, nec prospicere nisi in casu in quo beneficiati ex toto amittebāt fructus & obuentiones annorū primi, secundi vel vlterius, ergo à ꝯrio sensu si aliq̃d remanebat beneficiatis, ꝙ nō cōsueuerint collectores leuare, in isto casu non prouidet decret. Pone ergo ꝙ Prior sancti Eusebij Altissiodorensis, qui cōsueuit ab antiquo accipere grossos fructus præbendarum primi anni in Ecclesia Altissiodorēsi ex integro, reseruatis quotidianis distributionibus nouis canonicis, nūq̃d dictis canonicis inibi residētib. vel in seruitio Papæ seu Cardinalium existentib. habebit iste prior iuxta hanc decreta summam, pro qua dictę glossæ ꝑbendæ soluunt decimam vel residuū quod maluerit eligere: vel potius poterit prout hactenus consueuit totā grossam præbendā accipere relictis quotidianis distributionibus illis qui volūt inibi residere? Videt̃ quòd

Iuris nomina in qualibet parte pseuerāt integra.

Bñficiorū vacantiū fruct⁹ an possint mēsæ vel alij vsui applicari.

Fructus minus Ecclesiæ possunt alteri applicari de consuetudine.

quòd totā grossam, prout cōsueuit, habebit, per ea q̄ dixi: Nam satis debent sufficere quotidianę distributiones illis qui residēt: alij aūt sibi imputent: quia tales absentias forsan voluntate sibi quærunt, voluntarium. n. & exquisitum seu procuratum impedimentū neminem excusare dēt. arg. de accus. veniens. de appel. cum parati. de dila. expo. suit. cum ibi not. In 𝔷rium vē: nam Papa in vtroque casu huiusmodi decret. intelligit prouidere ipsis beneficiatis, qui cōmode neque unt ad impendendū seruitium debitum residere vt inf. sequitur. Sed isti nequeūt cum solis distributionibus quotidianis, dato ꝙ resideant, impendere seruitium: cum illud dicatur commode fieri in talibus, quod fit consideratis nobilitate, scientia, & dignitate, de quo plene not. sup. de rescip. cum adeo. Item intelligit prouidere circa illos: & de illis fructibus duntaxat, qui erant in Ecclesia decimabiles, & de quibus decima solui consueuit: siue decima esset taxata, siue non: qđ plene innuit §. inf. eo. in illis vero, in princ ibi dum dicit, quòd fructus & obuentiones beneficij tunc vacantis, quos in decima soluere consueuit, &c. vnde cum distributiones quotidianæ non sint decimabiles: ergo de illis nō curauit hic Papa: sed de grossa præbenda dumtaxat, quæ erat decimabilis, vnde cum ista sit ab antiquo taxata, tenetur prior eligere alterum quod maluerit iuxta primum dictum: maxime inter illos qui causa necessitatis vel euidentis & probabilis vtilitatis sunt absentes: iuxta ea quæ leguntur & not. 7. q. 1. §. ambitionis. s̄. de cle. non residen. cum dilectus, durum etenim esset si rector Ecclesiæ posset exigere totam integram decimā à rustico: qui non fraude, vel dolo vel negligētia, vel maiori sua vtilitate permisit suā segerem destrui: nec passus fuit eam ad perfectionem venire: sic in proposito de istis quotidianis distributionibus, q̄ sine fraude sua & culpa istis deficiūt: duorū esset si grossa sua ipsis auferret. qđ alij tribueret: & sic quasi bis puniretur de illis idē 𝔷 oīa iura, & hoc uerius. Sed quid dices de illo residuo, qđ superest canonicis quolibet anno in cathedralib. & collegiatis Ecclesiis fructibus, quos habēt ad partem solutis grossis præbendis & distrubutionibus quotidianis: uel ꝑꝑ nimiam absentiā canonicorum, quæ interuenit in illo anno, uel aliàs, nunquid illud cōputabitur inter grossas ꝑbendas: sic ꝙ existentes in seruitio Papæ uel studentes in Theologia, uel aliàs priuilegiati habebūt de his partē: uel potius inter distributiones cōputabit̃, sic ꝙ soli p̄sentes hic totū sibi retineant? Crederē ꝙ vbi sunt distincti fructus & redditus, de quib. soluūtur grossæ, à reditib. de quib. quotidianæ soluuntur: tunc absentes tales haberēt partem de solo residuo grossorū: sed vbi totū est insimul, & nihil diuisum: tūc de toto residuo dēnt habere absentes, ex quo à solis distributionib. quotidianis, & nō ab alio sunt exclusi. fauorabile est n. priuilegium eorum saltem in illis casibus, de quibus s̄. de cler. non resid. cū dilectus. de magistris. c. fi. & per consequens exclusio odiosa: cum 𝔷riorū eadem sit disciplina, vt 32. dist. hospitiolum. Distributiones. n. proprie dicuntur, q̄ actu distribuuntur, & non aliæ. arg. s̄. de præb licet, vnde de toto residuo in hoc casu habebunt partem suam dicti canonici: & per cōsequēs isti collectores iuxta ordinationē istius decretalis. Si quæras q̄ sit rō, quòd in hoc casu nihil recipiatur de quotidianis distributionibus, & tamen de grossa præbenda percipitur? Dic quòd hoc est: nam vt frequentius quotidianæ distributiones accipiunt̃ de bonis indistinctis talium locorum collegiatorum, vñ ipsa collegiata loca sunt exempta à talib. collationibus, vt dictū est s̄. sic & quæuis bona ipsis adhærētia. arg. s̄. de parochi. c. penul. de reg. iur. ac cessorium. li. 6. Secus aūt de separatis. arg. eorum quæ legūtur & not. de proba ex litteris, per inno. ff. de separa. per totū. Vel si forsan de bonis distinctis soluantur, dic ꝙ non cadūt sub gratia: quia non sunt proprie Ecclesiastica bñficia, sed potius quædam salaria, q̄ dantur seruitoribus pro labore diurno, sicut stipendia militibus, vel diurni denarii. Per primam autem rationem credo quod de Ecclesiis, in quibus nulla est distinctio: sed omnia sunt communia, quæ per quotidianas distributiones soluuntur, nihil isti recipiant leuatores: sicut fit inter istos regulares quasi communiter, & inter sæculares etiam quandoque: iuxta ea quæ notātur sup. de præben. ratio, & c. exposuisti. secus autem de officiis, de præbendis, seu dignitatibus: etiam inter corpora istarum Ecclesiarum collegiatarum existentibus, ex quo habent bona distincta ab ipso capite; iuxta ea quæ leguntur sup. de præben. mandatum. §. ad beneficia. lib. 6. Quotidianum tamen victum, quem camerarius in monasterio recipit, non recipient isti collectores: licet fructus camerariæ recipiātur: licet contrarium fieri viderim, & male. Sed quæ est ratio, quòd ista membra intra corpus existentia non gaudeant priuilegio capitis, sicut graudent in illo casu sup. de præbend. quamuis. §. quamquam. lib. 6. Dic quod fauor, qui est hic, & odium ibi, soluunt contrarium. sup. de regulis iuris, lib. 6. odia. de hoc notaui in dicto cap. quamuis.

Impedimētū exquisitum non excusat.

Distributiōes quotidianę de quib. bonis capiūtur.

Decima integra exigi nō pōt a rustico, cuius seges ē destructa.

Distributiōes sūt q̄ actu distribuuntur.

ctare deberent, nihil inde percipiunt, vnde illud incōueniens sequitur, quòd commode a nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in Ecclesijs, in quibus beneficiati existunt. ¶ Nos de illo b super his remedio prouidere volentes, per quo hi & illi in fructuum perceptione prædictorum participent c, & Ecclesiæ debitis d seruitijs non fraudentur; præsenti e decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quòd illi qui fructus prædictos sibi hactenus integre f vendicabunt g ex priuile--

a ¶ Commode.] Nihilominus tamen tenebitur impēdere seruitiū, aliàs peccat, ad instar viri, cui vxor non pōt reddere debitum: qui nihilominus eam alimentare tenetur: sed imputet sibi qui talem accepit. vt legitur 32. q. 7. quod proposuisti, & not. 91. dist. clericus.

b ¶ Nos de illo.] Tertia pars.

c ¶ Participent.] ista. n. est bona prouisio, quæ æqualitatē eligit: lucrum & damno pensat, & diuidit ęqua lance: & ideo statera in manibus eius est posita, vt sic cum ea gratias, quas facit aliquibus ponderet, vt non per eas alii enormiter aggrauentur: iuxta ea quæ leguntur sup. de re iud. cum causam, in princ. de decimis, suggestum, quia durum est, quòd aliqui de fletu rideant aliorum, sup. de priui. petisti, & quod vnus tātum habeat onus, alius totum lucrum. sup. de præb. extirpandæ. Guliel de monte Lauduno.

Fletus vnius non dēt esse risus alterius.

d ¶ Debitis seruitiis.] est ergo seruitium vel obsequiū diuinum pensio Deo debita, vt sup. de celeb. Missa. c. 1. & c. graui. concil. Viennen. a qua non videtur quis posse absolui nisi ipsam restituat, si citra infirmitatem eam subtraxerit, cum non remittatur peccatum. &c. vt sup. de vsur. cum tu. & 91. dist c. 1. & 2. de hoc plene dixi in dicto c. graui. sup. eo. in princip.

e ¶ Præsenti.] versiculus.

f ¶ Integre.] subaudi, vel in tam pauca quantitate, quod in ea commode residere nō posset, vt sup. dixi, vt sic nullum & inutile hic æquiparentur, sup. de trāsla. inter corporalia. de frigi. fraternitatis.

g ¶ Vendicabunt.] cōdictione ex statuto, cōsuetudine vel priuilegio: cum alia actio non sit hic prodita, licet non sit multum de nomine actionis curandum: dum tamen

tamen sit recta intētio, & uerbis apertis & cōgruis ꝓponatur, ut s. de iud. dilecti. & c. examinata. vel alias directa rei uēdicatio intētetur, cum dominium istis de iure speciali cōpetere in his fructibus uideatur, sicut de decima de iure communi ecclesijs parochialibus, vt s. de deci. parochia nos. Quis habeat uerum dominum in rebus Ecclesiæ, dic ut not. Host. de pecul. cle. c. fi.

Actionis nomē nō educuran dum.

gio, de consuetudine vel statuto, nihil exinde vltra summam pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit[a] in decimæ solutione taxari, prætextu cuiusuis priuilegij, consuetudinis vel statuti quouis modo percipiant: sed ipsius summæ perceptione dumtaxat sint omnino contenti, totali residuo[b] prædicta obtinentibus beneficia remansuro[c], nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti[d] fuerint (vt præfertur) cum integritate[e] percipere, pro se mal-

¶ Verum ne parochiales ecclesiæ & ipsarum curati siue rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de iure [b] competere, prædicare, seu proponere uerbum Dei, & confessiones audire fidelium, debitis & necessariis beneficiis defraudentur, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apostolica constituimus & ordinamus eadem, ut dictorū ordinum fratres de obuentionibus omnibus tam funeralibus quā quibuscunque & quomodocumque relictis, distincte uel indistincte: ad quoscumque certos uel determinatos usus, de quibus etiam quarta siue canonica portio dari siue exigi non consueuit, uel non debet de iure, nec non de datis uel qualitercunque donatis in morte seu mortis articulo in infirmitate donantis uel dantis, de qua decesserit quomodocunque directe uel indirecte fratribus ipsis uel aliis pro eisdem, quartam [c] partem (quam auctoritate Apostolica taxamus, & etiam limitamus) parochialibus sacerdotibus, & ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur: facturi & curaturi, quòd nec alij nec aliis, a quibus quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem, uel commodum huiusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data uel donata procedant, seu quod in morte, uel ab infirmis huiusmodi dandū uel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundem dantium uel donantium sanitate, sibi dari uel donari procurent: In quibus per ipsos uitādis eorū intēdimus cōsciētias onerari: ut si (quod absit) per fratres ipsos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortasse contigerit (præter id quod eos propterea dictis sacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri uolumus) etiam districta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiusmodi nihil ualeant parochiales, rectores, curati & prælati exigere supra dicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id

eam. Tertio. versi. vltra mādat ampliorem portionem non exigendam Sed nunq̄d idē est seruandū in alijs religiosis Mendicantibus & non Mēdicantibus? Dic, prædicti duo articuli gratiose cōcessi Prædicatoribus & Minoribus, ut supra patet, ad consequētiā non sunt trahēdi. Sed hic §. in quo limitatur ius cōmune, ad consequentiam est trahendus. ff. de legi. nō possunt. & l. sequenti, & extra. 6. lib. de re iudi. quæ à iure, & hoc dico quo ad emolumēta sepulturæ, non quo ad ipsam sepulturam: q̄a de iure communi nō est concessa sepultura: hoc est ius recipiēdi ad sepulturam oēs. Sed qui habent ius recipiendi ad sepulturam quo ad partē curatorum, cēsetur hoc ius commune. Vel dic alios religiosos iure antiquo censeri, & Prędicatores & Minores hoc iure arctari, ut istud quodammodo sequatur ex præcedentibus, quæ nō sūt cōcessa alijs religiosis.

a ¶ Memoratis.] etiā si essent minus religiosa. extra, lib. 6. de sepul. cum q̄s. §. si q̄s.

b ¶ De iure] extra de testa c. si. Et verbum, in fraudē, ibi positū fecit hoc adijci, ne locus fraudi relinqueretur: quoniam frequenter fraus fiebat in animarum contra agentium periculum & rectorū detrimētū q̄b. vtinā sit occursū.

c ¶ Quartam.] sed nūquid ista quarta debebitur curatis de legatis relictis fratribus, & si legantes apud fratres non elegerunt sepulturā? Dic q̄ nō. Et sic not. extra de sepul. c. 1. & ratio redditur hoc § Nam iure communi quis debet sepeliri ubi recipit ecclesiastica sacramenta. extra de sepultu. cap. 1. quia tamen contra hoc ius datur electio sepulturæ in ultima uoluntate, decuit ut data electio prædicta fieret sine iniuria curati, & ob hoc canonica portio, quę quandoque erat tertia, quandoque quarta, quandoque dimidia, hic limitatur & taxatur, vt sit quarta ad remouendum discordias, ut hic. & extra de sepul. c. certificari. Et ubi hoc consuetudine canonica uel statuto, ut hic, vel alio modo legitimo non taxaretur, dicerem illam dimidiam in dubio. arg. ff. de ver. sig. nomen filiarum. §. portionis. ff. de usufru. etiam Nam priuilegium datum fauore vltimæ uoluntatis, debet intelligi sine cuiusque iniuria. C. de emanc libe. nec auus. & ideo fit hæc compensatio hic non in q̄stione proposita. Et si curatus de omnibus relictis haberet quartam: esset fortunatus si haberet subditum, q̄ centum millium marcharū legasset. Item legatarius integrum debet habere legatum regulariter, & ideo defalcationem eiusdē denego, vbi nō est iure expressum. arg. ff. de reg. iur. l. 1. p̄sertim ne ultimę uoluntates, quę p̄ lege seruant̄. auth. de nupti. §. disponat. coll 4 minuantur, & ut ultima uoluntas prorsus sit libera. C. de sacrosā. eccl. l. 1. Sed quæro eligēs sepulturā apud fratres habet Missam anteq̄ portetur ad fratres in parochia sua: nunquid de isto emolumento aliquid habebūt fratres, vel p̄p hoc diminuetur quarta dictorum curatorum? Dic q̄ nō quia hoc casu stabo iuri cōi, vbi non reperio ipsum infractum. extra. 6. lib. de electi. constitutio Sed q̄ro, nūquid funus debet portari primo ad parochiā p̄priā? Dic q̄ sic si sit cōsuetudo, q̄ in his seruatur, extra de sepu. certificari, & in §. proxi non tollit consuetudo simpliciter, sed consuetudo aduersa præcedentibus. Sed quid si non est consuetudo? Idem dico, quia sicut iste funeratus sacramenta recepit a proprio curato dum viueret, sic honestū est, ut ultimum uale recipiat a suo curato habendo Missam in propria ecclesia. arg. de consec. dist. 1. non oportet. Item eligēdo alibi sepulturam vł eligere p̄pter fructū animę, qui in ecclesia propria p̄ sacramenta ecclesiæ habuit exordiū, vñ nō decet, q̄ in fine frustraret̄ Missa in propria ecclesia, & sic augebit q̄ intendit: q̄ enim faciendū erat sine electione, q̄ factę electioni nō repugnat, sed

Sepultura libera electio.

Voluntas vltima p̄ lege seruatur.

Mortuus an prius sit ad suā parochiā portād⁹, si alibi elegit sepulturam

à quoquam poſſint aliqualiter coerceri. Nos etenim [a] (ut in cũctis æqualiter & pacifice fauente Domino procedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias uerbo ſeu ſcripto ſub quacũque forma uel expreſſione, ſeu conceptione uerborum a nobis uel prædeceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus cuicũque ordinum prædictorum conceſſa, nec non cõſuetudines, conuentiones, ſtatuta, & pacta inquantum ſunt præmiſſis uel alicui præmiſſorum contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus & irritamus, quinimo caſſa, uel uacua & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis.

¶ Cęterum vniuerſos eccleſiarum prælatos cuiuſcumque præeminẽtię, ſtatus, uel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parochiales & curatos, ſiue rectores prædictos præſentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominuſque eis diſtricte ꝑcipiendo mandamus, quatenus pro diuina & Apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines & profeſſores eorum habentes affectu beneuolo cõmendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales, ſe ſtudeant exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs ſupradictis tanquam cooperatores eorum idoneos & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuoſe admittere non omittant, vt proinde illis ęternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa felicia procurentur. Nec ipſos lateat, quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines & profeſſores eoſdem ubere fauore proſequitur, & gerit in uiſceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur: nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cæleſtis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cuius obſequia fratrum ipſorũ ſedulitas curioſa proſequitur, minime præteriret.

¶ Nulli ergo omnino, & cętera.

De decimis.

¶ Bonifacius octauus collectori decimæ.

¶ *Cum Bonifacius decimam certis ex cauſis hic in principio expreſſis ab eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis exigi ſtatuiſſet, multa dubia circa illam ſuborta ſũt, quę hic clare & prolixe manifeſtãtur*

ſed concordat, eſt implendum: ſicut intentioni eligẽtis & iuri conſonum. arg. ff de euict. in creditore. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. Labeo.

a ¶ Nos etenim.] ſed nũquid hic. §. reſpicit tres articulos præcedentes, vel ſolum immediatum de ſepulturis? Dic quòd omnia, præſertim propter verba quę ſequuntur, præmiſſis, uel alicui pręmiſſorum. Sed quæro, pactum eſt ſuper ſepultura, quod haberi poteſt regulariter, licet hoc modificetur. extr. 6. lib. c. 1. & 3. mota controuerſia ſuper hoc eſt ſententiatum & cõfirmatum per ſedem Apoſtolicam, ut de facto uidi ante hanc conſtitutionem: Nunquid per hunc §. tollitur dicta ſententia & cõfirmatio? Videtur quod ſic, quia ſi pactum tollatur, & quod ſequitur ex uirtute pacti. arg. C. de duobus reis. l. fin. Dic contra. hæc ordinatio exorbitat à iure communi, & hoc quod non eſt expreſſe ſublatũ, ſtat. C. de appel. præcipimus. in fin. nec ſententia pactum eſt ſublatum, ergo pactum eſt ſic fortificatum ſicut ſententia & confirmatione. arg. extra 6. lib. de pact. quãuis. & 6 lib. de iureiu. licet. & 6. lib. de foro comp. cap fin. Plus enim hoc poteſt ſimpliciter, ut dictis iuribus. Item arg. auth. vt cum de appellatio. cog. no. in prin. & § 1. & ibi not. legem nouam non referri ad cauſam pendentem in iudicio ſeu decisã ſentẽtia: etiam ſi lex ad præterita referatur. dominus Io. Monac. de partibus Picardiæ Cardinalis.

Additio Ioã. Fran. de Pauinis.

ADDITIO. Ad intellectum iſtius decretalis, ſuper cathedram. eſt omnino uidendus tractatus ſiue conſilium Oldradi, quod incipit, Grauamina, quæ fratribus ordinum Mendicantium inferuntur. & eſt in numero meorum 185. ubi examinantur & determinãtur ꝑ partes difficultates reſultãtes tam ſuꝑ verbo, libera, de quo in textu, q̄ ſuper alijs, de quibus ibi: vbi cõcluditur in effectu ꝙ verbũ, libera, notat quandã ꝓrogatiuã abſolutã, & dominiũ ſuꝑ actu cui adijcitur. de elect. cũ nobis olim. in fi. & c. Itẽ ꝙ licitũ eſt fratribus etiam ꝓceſſionaliter ire ad aſſumendum funus ꝑ alienas parochias, cũ eis uideantur cõceſſa omnia, per q̄ perueniť ad fi. l. 3. §. vlt. de ſer. urb. præd. Item, ꝙ de relictis ab his, qui apud eos non eligunt ſepulturã, nulla quarta debetur: quia ceſſat ratio cõſtitutionis l. quod dictũ. de pac. Item ꝙ de relictis fratrib. affectione sãguinis, amicitię uel meriti, dẽt ſolui quarta Item ꝙ decretalis nõ habet locum niſi ĩ relictis fratribus, apud quos eligiť ſepultura per infirmum, qui in ea infirmitate deceſſerit. arg. not. in l alũ. nę. ff. de adi. leg. Item ꝙ non hẽt locum vbi teſtator expreſſe relinquit canonicã portionem eccleſiæ parochiali. argu. in l. cum quo. ff. ad legẽ Falci. Itẽ, ꝙ nõ debeť quarta de oblationibus, q̄ fiũt in anniuerſario, & alijs officijs ſequẽtibus. Itẽ, nec de mortuarijs inquãtum differunt a funeralibus. Itẽ, ꝙ parochia debet recipere quartam de manibus fratrum. & non hęredũ defuncti. Itẽ, ꝙ quarta debetur de relictis ꝓ ornamẽtis, libris, & fabricis, & luminaribus, &c. Item ꝙ de datis inter uiuos, & in ſanitate quorũ dominiũ ſtatim tranſiuit, quarta non debeť. Item ꝙ parẽtes poſſunt eligere ibi ſepulturã ꝓ filijs. Itẽ, ꝙ quarta debetur de pecunia relicta ad cõplendã eccleſiam: licet ſi quarta detraheretur non ſufficeret pecunia ad iſtũ vſum. Item ꝙ dicta dec. nõ extendit ſe ad eos, qui mortui ſunt ante eam cõditam: ſed in illis ſeruari debuit decre. inter cũctas Benedicti xj. Ioannes Franc.

vide

vide textum cum glossa in clementina secunda, eo. tit. vbi hæc extrauagans in multis declaratur.

CAP. VNICVM.

DEclarationes, quas in negotio decimæ per nos nuper impositę pro prosecutione guerræ ac negotij regni Siciliæ contra hostes, de ecclesijs & personis ecclesiasticis, per totam Italiam, & cætera loca constitutis volumus obseruari (cuius quidem decimæ in illis partibus te superintendentem seu collectorem duximus deputandum) tales sunt: De redditibus & prouentibus leprosariarum, domorum Dei, & hospitalium pauperum, qui in vsus leprosorum, infirmorum, & pauperum conuertuntur, decima non soluetur: Moniales aliæque regulares personæ, quarum redditus & prouentus ecclesiastici adeo sunt tenues & exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habendo vitæ suæ sustentationem necesse habent publice mendicare, & eleemosynas publice petere, dictam decimam non persoluent. Sæculares quoque clerici, quorum ecclesiastici redditus & prouentus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non præstabunt.

¶ Si vero vna persona plurâ habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis prouentibus summam memoratam excedant, quotquot vel quantumcunque modica fuerint de omnibus & singulis decima persoluetur: sed non soluetur de pitantijs monachorum. Similiter de his, quæ à Christi fidelibus relinquuntur ecclesijs: vt ex his perpetui emantur redditus: Item de xenijs prælatis & alijs personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non soluetur.

¶ Soluentium decimam electioni seu arbitrio committitur, vtrum ipsam velint soluere per totum tempus quod durabit decima, pro rata prouentuũ, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis prouentuum eorundem. Sed vna via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo. Et fiat & redigatur per collectores in scriptis electio huiusmodi expresse in prima solutione decimæ supradictæ: alioquin iuxta ęstimationem communem per totum tempus soluere tenebuntnr.

¶ Declaramus autem, quod hi, qui elegerint soluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & soluant decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona, quæ in ecclesia sua vel beneficio (quod residentiam personalem requirit) non residet, sed facit in eodem per firmarium vel vicarium deseruiri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum prouentuum portionem: non de vicariatus seu firmarij portione: sed de vniuersis ipsius ecclesię vel beneficij prouentibus decimam exhibebit.

Beneficia aliqua sũt q̄ personalem residẽtiam nõ requirunt.

¶ Declaramus etiam quod de syluis seu nemoribus, quæ non consueuerunt vendi, nil soluetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima: & tunc æstimabitur quantum valere debent annui redditus partis venditæ secundum assisiam, quæ consueuit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit: & de sola æstimatione decima persoluetur, & non de eo quod perciperetur de dictis syluis seu nemoribus, quæ vendi non consueuerunt, nisi forte vendantur durante decima: quia tunc soluetur ex venditione pascuagij seu herbagij, aut alterius consimilis prouentus eorundem nemorum & syluarum. Et si non vendantur huiusmodi pascuagia, & similia, non soluetur decima de his: ita tamen quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemque de pascuis, herbagijs, & consimilibus obuentionibus syluarum volumus obseruari.

¶ De stagnis & piscarijs decima sic soluetur: videlicet quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretij ex ipsa venditione vltima recepti: vt pretio diuiso in partes secundum annorum terminum, durante decima soluatur decima ipsa de tot partibus pretij ex ipsa venditione recepti, quot fuerunt anni prædicti: vt si forte sunt quinque anni elapsi, ex quo fuerat stagnum

venditum, & tunc vendantur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis quibus durabit decima, soluetur ipsa decima de tribus partibus prætij tantum, videlicet, lx. florenorum, & multiplicabuntur & minuentur partes pretij prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piscarijs autem fluminum & lacuum, & venationibus si vendantur, & syluis cæduis idem quod de stagnis fiet. De piscibus stagnorum vel beluis garenarum, quos pro vsu vel esu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non soluetur. Et quia nonnulli obtinent à monasterijs & ecclesijs prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones, & census, in soluenda de his decima credimus distinguendum: videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, siue hoc sit concessum per sedem Apostolicam, siue per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de illorum prouentibus soluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc vterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis vel firmæ de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel post concessionem huius decimæ ad vitam propriam emit prouentus prioratum vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantum æstimatione communi valeant annui prouentus, prioratus, grangiæ, domus, terrarum, seu redditunm huiusmodi: & secundum hoc ab illis quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori prætio quàm valeant, sunt talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, & non monasterium vel ecclesia de illo in quo gratia facta est ipsis, & de reliquo illi quorum est proprietas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro iusta mercede seu remuneratione laboris vel obsequij præstiti vel præstandi talia sunt concessa: ij quorum est illorum proprietas in decimatione prouentuum suorum, etiam horum prouentus merito numerabunt, & de illis (sicut de alijs quos pro certis suis vtilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hæc per illos qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos, quæ prædiximus seruabuntur. Nec deducentur expensæ, quæ pro monachis, qui in talibus prioratibus, grangijs seu domibus, in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent, fieri dignoscuntur. Expensę autem illorum monachorum vel personarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangijs seu domibus ad iustam firmam seu pensionem concessis, siue determinatæ, siue non, æstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimationem monasterrum vel ecclesia, cuius illorum est proprietas cum suis prouentibus, decimabit.

Redditus obtinent ab ecclesijs varijs modis.

Labor est remunerandus.

Res transit cũ onere suo. 1. si laicus

¶ Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persoluent: sed qui eis præstant huiusmodi victualia in decimatione suorum prouentuum & redditunm numerabunt & soluent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas prælati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, & quas perciperent etiam si non visitarent, decimam præstare tenentur. Prælatus autem qui procurationem (quam sine visitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit: quia remittit quod sibi debetur, & de quo soluisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem quam tantum in victualibus licet percipi, fortasse remittit, persona ecclesiastica cui remissio facta est, huiusmodi victualia cum alijs prouentibus suis cum soluet, decimam æstimabit: cum etiam si non esset remissa, hoc facere teneretur.

Procurationes que in victualibus, quãq; pecunia recipiuntur.

¶ In soluendo decimam supradictam solæ expensæ necessariæ, quæ fiunt in re ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducentur. Expensæ autem quæ fiunt in castrorum custodibus, cum fiunt extra rem, vel etiam in ædificijs construendis vel conseruandis, nullatenus deducentur: sic vt nec illæ quæ in villis tuendis fierent in guerris seu etiam caualcatis. De ijs quoque quæ consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus, atq; similibus, soluetur decima deductis salarijs moderatis, quæ ante concessionẽ decimæ consueuerunt solui iudicibus &

Expensæ quæ deducuntur, quæ extra.

& officialibus, similibusque personis, sine quibus iurisdictio & cætera similia nequeunt expediri: ita tamen quòd in fraudem decimę nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expensæ officialium, iudicum, & consimiliũ personarũ factæ in vestibus siue victualibus, minime deducentur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa familiam prælatorũ. Ratione autem æris alieni, quo persona soluens decimam obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiam si certæ res ecclesiasticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis & de molendinis decima præstabitur. Soluetur autem de oblationibus, siue fiãt pro benedictione nubentium, siue pro exequijs mortuorum, necnon de prouentibus singulorum prælatorum, & de emendis, quę ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque sibi & alijs personis ecclesiasticis non personarum, sed ecclesiarum vel officiorum ratione relictis, decima persoluetur.

Emendæ possũt ab excõicatis recipi.

¶ Pro decima supradicta non exhibebitur pecunia, nisi illa communiter curreret de mandato domini terræ, & quæ est moneta in locis, in quibus consistet fructus & redditus, vnde decima persoluetur: nec aliqui peccuniam cambire cogentur eandem.

¶ Sed si ex probabilibus seu verisimilibus præsumptionibus apparuerit quisquam pensatis eius prouentibus minus debito notabiliter de decima persoluisse, ita quòd super hoc merito suspectus debeat reputari, ex officio nostro per viros idoneos deputandos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio diœcesani episcopi, vel alicuius deputandi ab ipso, si sit eius subditus, & non aliter, si episcopus ipse uel deputatus ab eo commode possit haberi: & tunc demum & non prius, ille cuius prouentus fuerint taliter æstimati, pro eo quòd minus soluerit etiam nominatim excommunicabitur: si eius contumacia exigerit & visum fuerit expedire. Episcopi autem & abbates, cæteræque personæ ecclesiasticæ honorabiles non suspectæ, propriæ conscientiæ relinquantur: ita quòd sufficiat, quo ad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo modo soluentes vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter proferretur. Super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout nobis & illi cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire. Proferatur autem (si expediens visum fuerit) excõmunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimæ vel suorum æstimationem prouentuum, cum fuerit facienda, fraudem uel malitiam scienter duxerint adhibendam. Fiet autem solutio decimæ non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus, sed in pecunia numerata. Soluetur autem decima illis, quos ad hæc contigerit deputari. Rector parochialis, qui urgente necessitate ecclesiæ, puta quia ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curæ propter multitudinem parochianorum uel diuisionem parochiæ suæ: sed necesse habet unum uel duos uel plures capellanos conducere, & eis propter uictum salarium constituere, salarium huiusmodi poterit in decimæ solutione deducere: sed ratione uictus capellanorum ipsorum aliquid non deducet. Quòd si in diuersis ciuitatibus & diœcesibus diuersa beneficia obtineantur, de unoquoque beneficio in ciuitate uel diœcesi, in qua illud fuerit, decima persoluetur. De eleemosynis uero seu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationinibus, quæ in ciuitatibus & aliquibus castris & locis dictarum prouinciarum in certis festiuitatibus, in candelis & alijs consueuerunt dari & offerri ad opus fabricæ deputatis, decima non soluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui consortiales dicuntur: interdum per clericos, quæ ad opus consortij reducuntur, & quæ offeruntur ut luminaria in ecclesia, cruces & calices & reparentur, & etiam ex illis pauperibus subueniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem & clerici exules cuiuscunque conditionis ant dignitatis existant, de suis prouentibus ecclesiasticis decimam persoluent. Illę quoque expensæ, quæ fiunt pro fossatis & alias pro terris ædificandis, vt vberiores fructus producant, & illæ quæ fiunt in conseruandis & reperandis ædificijs molendinorum, domorum, seu apothecarum & similium, & ex quibus fructus & pensiones reci piuntur, & nisi reparentur fructus ex eis per cipi non valerent: de decima huiusmodi mi nime deducentur. Nec etiam illæ, quæ fiunt

Capellani possũt operas suas locare, vide not. in c. significatum. de præbe.

Oblationes quãq; p laicos, quãque p clericos colliguntur.

pro custodia castrorum, quamuis fiant maiores solito. Insuper de oblationibus minutissimis, quas percipiunt ecclesiasticæ personæ rōne ecclesiarum suarum pro sepulturis & dandis pænitentijs, decima persoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianæ distributiones prouentus ecclesiastici sint, de distributionibus, quæ dantur in horis canonicis præsentibus, debere solui decimam declaramus. Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis qui debent soluere decimam, de aliqua certa summa soluenda pro decima, nequeunt conuenire. De fructibus arborum & hortorum soluetur decima. De his autem quæ consumuntur vsu vel esu animalium, si sint ecclesiarum, soluetur decima, deductis expensis necessarijs, quæ fiunt pro custodia: si vero sunt personarum, decima non soluetur.

Deum in negotijs nostris habere d̄bemus præ oculis.

¶ Tu ergo in his solum Deum & iustitiam pro præmissis præ oculis habens, ex prædictis declarationibus in decidendis huiusmodi dubitationibus, quæ pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem accipias: super maioribus vero decisionem Apostolici oraculi expectes.

¶ Volumus quoque & præsentium tibi auctoritate mandamus, vt in vnamquanque personam ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cuiuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis existat, quæ decimam ipsam nullo modo, vel non integre, scienter, aut non secundum verum valorem fructuum suorum perceptorum, siue non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illorum exhibitione malitiam commiserit siue fraudem, excommunicationis sententiam auctoritate nostra promulges: Et etiam in singulos, qui scienter impedimentum præstiterint directe vel indirecte, publice vel occulte quominus decimæ prædictæ soluantur. Et omnes & singulos, qui huiusmodi sententias latas in currerint: per te & per alios, singulis diebus Dominicis & festiuis pulsatis campanis & candelis accensis, vsque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nunties, & facias ab omnibus publice euitari: Aggrauaturus aliàs manus tuas contra ipsos prout proteruiam & contumaciam exigere videris eorundem: quòd si satisfacerent, post plenam

Excōmunicatiōis publicandę mod'.

& integram satisfactionem ab huiusmodi excommunicationibus iuxta ecclesiæ formam absoluas eosdem, & dispenses cum eis super irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint à diuinis: Prouiso hactenus quòd contra decimam huiusmodi non soluentes nullatenus sine speciali mandato Apostolicæ sedis inuocetur brachium sæculare. Quodque ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinum, vel ad priuilegia ecclesiarum & monasteriorum, aliorumque locorum ecclesiasticorū: ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Calen. Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

De regularibus & transeuntibus ad religionem.

¶ Martinus quartus.

¶ Religiosi Mendicantes sub excommunicationis pœna prohibētur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocūque quæsito colore: quam ipso facto incurrunt tam recepti quàm recipientes quacūque licentia non obstante. Quid iuris sit de iam receptis subdit.

CAP. I.

Iam ambitiosæ.

Cupiditas oibus p̄sertim religiosis Mendicātibus est præcludēda.

Viam ambitiosæ cupiditatis religiosis potissime Mendicantibus præcludere cupiētes, ad alios ordines præsertim monasticos (fucatis tamen coloribus, asserētibus ob frugem melioris vitæ, aut arctoris obseruantiæ) tam sancti Benedicti, quā Cisterciensis, Camaldulensis, Vallis vmbrosæ, canonicorū regularium sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinū cōuolare nitentibus, licentiam à sede Apostolica seu legatis aut nuntijs eiusdem sedis ad transferendum se de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, præsertim ea ratione (vt verisimile est, prout facti euidētia docet) vt liberius degant, dignitatesque & beneficia monastica consequi valeant, & ex certis

a ¶ Debeat.] cape verbum, apmitti, aut recipi. quod est infra.

tis alijs causis honestati non consonis obtinentibus. Ac volentes etiam conseruationi ordinum Mendicantium prouidere: auctoritate Apostolica, ex certa scientia, tenore præsentium declaramus, & etiam decernimus, statuentes quòd decætero nullus religiosus ordinum Mendicantium quorumcunque, cuiuscunque gradus, status, conditionis, vel religionis existat, quantumcunque & qualitercunque, possit & debeat a virtute cuiuscunque licentiæ, etiam indulti Apostolici, seu pœnitentiarij nostri curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per litteras Apostolicas facultatum quarumuis tam legatorum vel nuntiorum sedis Apostolicæ, quàm alia auctoritate, maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus præsertim ordinum Mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus huiusmodi Mendicantium, sub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi, per aliquos etiam superioris ordinis, seu monasterij, aut loci monastici, seu aliàs in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis supradictis, vel alijs expressis (ordine Carthusiensium dumtaxat excepto) sub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quàm recepti ipso facto incurrunt. Et quam ex nunc, prout ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientia & auctoritate antefatis proferimus in his scriptis. Et à nemine, nisi dumtaxat à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo †) excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneant, & nullius existant efficaciæ vel momenti. Decernentes etiam & volentes, quòd si quis hactenus virtute cuiusuis licentiæ seu mandati huiusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, & habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis suscepisset, siue professionem emiserit siue non, sub dicta pœna teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit (etiam si beneficia ecclesiastica seu rectorias ecclesiarum quarumuis obtineat) stare in eius totali ordinatione, & in huiusmodi ordine monastico Altissimo deseruire.

Ordo Carthusiẽsiũ ꝗ cæteris ampliori potiẽ prorogatiua.

† Vid. cõciliũ Trident. sess. 14. ca. 7. de casuũ reseruatione.

¶ Si quis autem prætextu huiusmodi licentiæ, vel sine habitu, vel cum habitu vagando incederet, monitione præuia teneatur & debeat intra terminum quindecim dierum à die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius religionem vel ordinem, vnde cum licentia vel sine licentia recesserat, remanere. Quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum tamquam notorius apostata excommunicatus in omnibus & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari: etiam per inuocationem auxilij brachij sæcularis, quotiens fuerit opportunum.

¶ In futuris autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiusmodi in aliquem monasticum ordinem (Carthusiensium dumtaxat excepto) possit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti virtute alicuius licentiæ vel indulti, absque sedis huiusmodi licentia speciali sub dictis pœnis: & nihilominus secus facta non teneant ipso iure: Huiusmodi licentijs & indultis, necnon constitutionibus Apostolicis, & Mendicantium ordinum prædictorum, etiam si de illis specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris litteris mentio habita foret, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, statuti, prohibitionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Senebis iij. Calen. Augusti, Pontific. nostri anno primo.

¶ Ioannes XXII.

¶ *Religiosi sine sui superioris licentia vltra mare euntes, sunt ipso facto excommunicati; nec ibi sunt ad prædicationem vel diuinorum celebrationem admittendi.*

CAP. II.

Religionis habitus sine ipsius veritate parum prodest.

AD nostrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli religionis

ligionis gestantes habitum, sed à veritate religionis omnino vacui, & à modestia penitus alieni, ad partes quandoque transmarinas se transferant, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur: Et vt illi decipere facilius simplicium animos, ac ipsos & alios in errores præcipitare seu retinere valeant, sub ouili veste ac humilitatis habitu lupinũ animum occultantes, per doctrinas suas reprobas & erroneas fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere satagunt: In ipsis partibus periculum nimium spargere non omittunt, necnon & os suum ponentes in cœlum, lingua eorum falsidica transeunte super terram, sanctæ Romanæ Ecclesiæ detrahere constitutionibus, & alia multa à fide deuia in suis sermonibus & secretis collocutionibus euomere insanis ausibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos.

Lupinus aĩus sub ouili veste, à multis gerit.

Os in cœlũ ponũt, qui Romanæ ecclesiæ detrahũt cõstitutionibus.

¶ Nos itaque tantis obuiare periculis paternæ diligentiæ studijs cupientes, vniuersis & singulis religiosis cuiuscunque conditionis, religionis, ordinis vel status existant: de fratrum nostrorum consilio districtius auctoritate præsentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris ordinis sui licentia, sibi per ipsius litteras patentes concessa, decætero ad partes se transferat antedictas. Superioribus ipsis nihilominus iniungẽtes, ne quibusuis sui ordinis fratribus (nisi dumtaxat viris litteratis, prouidis & expertis) huiusmodi licentiam impertiri præsumant. Nos enim quoscunque præsumentes contrarium quouismodo excommunicationis sub iacere sententiæ volumus ipso facto: A qua nullus ab alio quàm à Romano Pontifice possit (nisi dumtaxat in mortis articulo) absolutionis beneficium obtinere.

¶ Cæterum vniuersalis Ecclesiæ prælatis in virtute sanctę obedientiæ districtæ præcipiẽdo, præsentium tenore mãdamus, quatenus nullos religiosos ad partes se transferentes prædictas: nisi per patentes superioris sui ordinis litteras de licentia speciali se illuc trãsferendi sibi concessa prę latis eisdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus suis & diœcesibus ac locis, & terris alijs ad prædicationis officium vel diuinorum celebrationem admittant: sed ipsos potius velut apostatas capiant seu capi faciant, eos carcerali custodiæ (donec de dicta licentia speciali modo prædicto sibi constiterit) detinendo.

Religiosi sine sui supioris licẽtia se absentare nõ dẽnt.

Et nihilominus si quos religiosos approbare, quæ sedes Apostolica reprobauit, vel quę aliàs sunt fidei obuia in suis prædicationibus seu secretis collocutionibus dogmatizare persenserint, vt tales (quibuscunque cessantibus priuilegijs) possint licite capere, & carcerali custodiæ, sicut suos possent subditos mancipare, licentiam impertimur. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, vt de præmissis summarie, simpliciter & de plano, ac sine strepitu iudicij & figura, per se vel per alium seu alios se solerter & fideliter studeant informare: quosque de prædictis seu eorum aliquo repererint reos esse, iuxta statuta canonum & in aliorum exemplum castigare pœnis debitis non postponant: Non obstantibus exemptionibus, & alijs quibuscunque priuilegijs, & litteris Apostolicis eisdem religiosis vel eorum ordinibus ab eadem sede concessis vel in posterum concedendis, etiam si de illis plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda. Quæ quantum ad prædicta vel aliquod eorundẽ eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auin. 6. Idus Maij Pontificatus nostri anno nono.

Approbata p sedẽ Apostolicã à uene sunt reprobãda.

De religiosis domibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Licet Beguinarum status sit propter multas rationes per Clementem quintum reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis, quæ nec sunt culpabiles nec suspectæ sub habitu Beguinarum viuere: nec sunt tales per ordinarios molestandæ. vide capitul. prim. eodem titul. in clemen.*

† Vide 2. eo. tit. cle. & ca ad nrum in clemẽ de hæret. & extrauagantẽ Io. 22. Sãctã Romanã eo. tit. de religi. D. Guide nẽ Carmelitã ĩ summa de hæresib. tit de hæreticibus Begunorum & Eymericum in Directorio inquisitorũ par. 2. q.

CAP. VNICVM.

Ratio † recta non patitur, ut innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. Sane felicis recordationis Clemens Papa Quint⁹ prædecessor noster,

ster, cum de mulieribus, quæ Beguinę vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuissent, præcipue de Alemaniæ partibus insinuata sinistra, & præsertim quòd earum quædam de summa Trinitate & diuina essentia dispu tarent & prædicarent, ac circa articulos fidei, & ecclesiastica sacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducerent, & multorum simplicium animas in diuersos errores inducerent: ex his & alijs frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione suspectas, in illas quæ statum huiusmodi nouiter assumptum sectarentur vlterius, aut quæ illum de nouo assumerent, excommunicationis sententiam promulgauit.

Religiosę mulieres quid facere debēt.

¶Verum quia in multis mundi partibus plurimæ sunt mulieres, quæ similiter vulgo Beguinæ vocatæ, segregatæ, quandoque in parentum aut suis, interdum vero in alijs aut conductis sibi communibus domibus insimul habitantes, vitas deducunt honestas, ecclesias de nocte frequentant, diœcesanis locorum & parochialium ecclesiarum rectoribus reuerenter obediunt, curiositatem disputandi, aut auctoritatem seu temeritatem potius prædicandi nullo modo sibi vsurpāt, nec se vel alias seu alios quoslibet præmissis opinionibus erroribusque inuoluunt, nec ulla super his est, aut fuit hactenus nota seu suspicio contra eas, quæ ipsas dissimiles à luce sua constringeret: Vt nullis earum, quæ perpetuam forte Domino continentiam de uouerunt, occasio præbeatur ad lapsum: & ne periculis, damnis & scandalis plurimis, quæ proinde verisimiliter sequerentur, pro prouisione ecclesiæ moderna occupentur: Beguinas huiusmodi inculpabiles (ut præmittitur) nec suspectas sub prohibitione & abolitione præmissis (quia de ipsis prædecessor noster præfatus nullatenus sensisse dignoscitur) de fratrum nostrorum consilio declaramus & uolumus non includi.

¶Locorum ordinarijs nihilominus iniungētes, ut eas sub prætextu huiusmodi nullatenus molestari permittant. Et si quid forsan ex hoc in bonis aut iuribus à quibuscunque contra eas attentatum est hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auctoritate nostra in statum reduci debitum volumus: Inuocato si opus fuerit, auxilio brachij † sæcularis.

†Brachiū sæculare pōt quōq; ab ecclesia inuocari. ca. 1. de of. ord. in antiq.

¶Cæterum statum Beguinarum huiusmodi, quas esse permittimus (nisi de his per sedem Apostolicam aliter ordinatum extiterit) nullatenus ex p̄missis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios, & alios ad quos prædicta spectabunt, curam per uigilem, & sollicitudinem debitam præcipimus adhibere, ne præmissarum sequentes in uia, & ipsarum actus temerarios imitando, præmissis erroribus & disputationum & prædicationum temeritatibus se inuoluant: eas quæ contra prædicta presumpserint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Porro mulieres, quodcunque nomen habentes, quæ de illis ex quibus prohibitio pręcesserit, culpabiles se reddiderint, aut merito notabiles vel suspectas esse, si statum vel habitum quoquo modo mutauerint, vere sub predicta decernimus remanere censura: & taliter contra eas, per illos ad quos pertinuerit, procedi volumus & mandamus, quòd ab errore de more reuocatæ, non vltra inficiant sanas oues.

a ¶Benedictus.] Iste Benedictus fuit duodecimus natione Tholosanus Sanardanus Apamiarum diœcesis: primum appellatus Iacobus Fornerij, abbas fontis frigidi, ordinis Cisterciensis, & magister in sacra pagina, deinde episcopus Apamiarum, & deinde episcopus Mirapiscen. postea tituli sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis, assumptus ad Papatum anno domini M.cccxxxiiij. xx. Decembr. & anno M.cccxlij xxv. Aprilis vita functus est, Pontificatus sui anno quinto, successit Ioanni xxij. sibi vero successit Clemens vj. Io. Fran.

b ¶Perpetuam.] sic & omnia instrumenta ad hoc fiunt. 1. q. 7. saluberrimum. 25. quæst. 1. omnes fœminæ. & quia hoc graue negotiū est & ut magis timeatur hæc prouisio, merito ē perpenæ memoriæ seruanda. facit de pœnis, in quibusdam. de schismaticis. ca. 1. de pœnis. in cap. felicis. libr. 6. & quod not. in capitu. ad Apostolīcæ. in princip. de re iud. eo, libr. 6. vbi nota quòd solus Papa sine cōcilio potest hoc facere. & facit hæc extrauagans ius commune c. ca. pastoralis. de fide Instrumento. & ibi not. Io. Fran.

De censibus, exactionibus, & procurationibus.

¶Benedictus a duodecimus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam b rei memoriam.

¶*Taxat procurationes, pabula charitatis, & subsidium charitatiuum: Saluat priuilegia, conuentiones, consuetudines, & præscriptiones, & indemnitatem pauperum: inhibet contrauenire, punit transgressores & eorum familiares &c. Et locari debet sub rubrica, de censibus & procurationibus.*

Vas

† De materia huius extrauagantis vide cōciliū Lateran. sub Alexan. iij. c. Conciliū Lateran. sub Inn. iij ca. 33. Conciliū Oxonien se c. vt singula. & Conciliū Trid. sess. 24. de reforma. c. 3.

† Actuū cap. 20.

1 Hāc extrauagātē gloss. hic Ioannes Frācīscus Pauinus.

Vas electionis 1.] ¶ Diuiditur in quinque partes principales: Nam primo exorditur. Secundo: ibi, (Statuimus.) taxat procurationes. Tertio: ibi, (insuper.) punit transgressores. Quarto: ibi, (Præmissis.) extendit constitutionem. Quinto subdit clausulas consuetas cum data: ibi, (Nulli &c.) Prima pars tres habet rationes exēplares impulsiuas ad condendam hanc constitutionem. Secunda pars tripliciter taxat quantitatem procurationum exigendarum, iuxta triplicem diuisionem prouinciarum & regnorum, & qualitatem visitantiū: etiam si per alios visitant, modificando, & extendendo ac declarando, vt infra patet. Tertia pars punit visitatores, trangressores, & eorum familiam, etiam si à sponte volentibus recipiant, vel receptum remittentibus non restituant. Quarta pars extendit cōstitutionem ad charitatiuum subsidium. Taxat valorem Turonensium; & excipit tres casus. Vltima ibi, (Nulli.) subdit clausulas consuetas cum datis.

a ¶ Vas.] hoc nomen fuit sibi impositum cælitus in eius cōuersione. Actuum. 9. cap. & hoc principium sumptum est ex c. cum Apostolus. in princ. de censib.

b ¶ Electionis.] & ideo non vitiosum, in quo omne oleum & vinum facile corrumpitur. de pę. dist. 3. §. siue à me. adde textū Marci 2. in fine.

c ¶ Exhibebat.] idest, procurabat. 18. q. 1. iam nunc. 21. q. 1.

d ¶ Pseudo.] id est, falsis: Et est græcum nomen indeclinabile vt not. in dicto c. cum Apostolus. contra quos nota monitionem concilij generalis. de qua in cap. irrefragabili. in

Vas [a] † electionis [b] Paulus Apostolus egregius prædicator, se & eos, qui secum erant, proprijs manibus exhibebat [c] †, vt Pseudo [d] & subdolis operarijs sub prædicationis specie lucra sectantibus locum præcluderet, & his quos ipse pascabat pabulo [e] verbi Dei, non existeret onerosus.

¶ Sane licet circa modestiam in exigendis procurationibus, obseruandam à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus salubria emanauerunt instituta: quia tamen (sicut experientia docet) nonnulli prælatorum [f], necnon diœcesis nunciorū, vel legatorū Apostolicæ sedis, de quibus nullam faciunt mentionem expresse, sic se reddiderunt & reddunt in dictarum procurationū exactionibus onerosos, vt oppressi subditi huiusmodi onera nequeant supportare, & victum longi temporis breuis hora consumat. Nos attendentes, quod parentes [h] debent thesaurizare filijs, non delitijs fastidiosis eorū substantiam absorbere: ac cupientes pro diuersitate conditionum visitantium prælatorū, & prouinciarum ac ecclesiasticarum etiam facultatum certum modum sufficientem visitantibus & supportabilē visitatis in præmissis fore decætero obseruandum de fratrum nostrorum consilio [i] præsentis constitutionis edicto, Statuimus, quòd cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum regnis, ac 10 terris, prouincijs, & partibus adiacentibus, & in vicinis eisdem, necnon in Delphinatu, Burgundiæ Sabaudiæ prouinciæ, & Forcalquerij comitatibus archiepiscopi [k] & episcopi, ac 20 alij prælati & personæ ecclesiasticæ, quibus id de iure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter visitabunt: Ijdem archiepiscopi à suis vel suffraganeorum suorum cathe- 30 dralibus ecclesijs pro procuratione vnius diei siue in victualibus, siue à volentibus in pecunia, vltra trecentorum, à monasterijs vero & alijs ecclesijs vel prio- 40 ratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium vel conuentum duodecim vel plurium personarum, vltra ducentorū ac quin- 50 quaginta: Ab habentibus vero paucarum personarum collegium seu conuentum, & quibuscunque alijs ecclesijs, prioratib. & locis, vltra ducentorum: Episcopi ve- 60 ro ab ecclesijs cathedralibus, vltra ducentorū: A monasterijs vero & ecclesijs alijs ac prioratibus sæcularibus uel regularibus habentib. collegium, vel conuentum duodecim vel plurium personarum, vltra ducentorum, quinquaginta: Ab habentibus vero paucarum personarum col-

fine, de offic. ordina.

e ¶ Pabulo.] est enim verbum Dei pabulum animæ ex quo viuit. c. inter cætera. de offic. ordina. quia nō in solo pane, &c. sed in omni verbo, &c. vt ibi.

f ¶ Prælatorum.] etiam Cardinalium, vt probat textus in ca. cum Apostolus. versic. Cardinales, de censibus & in cap. procurationes. in princi. eod. titu. & ibi not.

g ¶ Onerosos.] vsque ad exinanitionem extremæ virtutis. 10. q. 3. cauendum, & 1. q. 3. placuit. ideo seruandum est quod statuit concilium Viennen. in cle. ad nostrum. §. fin. de censibus.

h ¶ Parentes.] 16. q. 1. prædicator. vbi Paulus dicitur diuinus Apostolus, &c. & quod beatius est dare, quàm accipere. Et cum mysterio accumulantur tot rationes, vt si aliq cessarent, non cessat dispositio. Insti. de nup. §. affinitatis.

i ¶ Consilio.] ad quod non arctabat sequendum, nec petendum, secundum glo. & doctores, in cap. Apostolicæ, de re iudi. & in cap. 1. de schismat. lib. 6 licet Ioan. Mona. in hoc variauerit factus Cardinalis. Sed quod Papa regatur consilio Cardinalium probatur in cap. licet. & cap. in Genesi. & cap. ecclesia 2. in fin. de elect. sicut episcopi consilio canonicorum regi debent. cap. nouit. & cap. quanto. de ijs quæ fiunt à prælat. cap. quæsiuit & capit. final. de ijs quę fiunt à maio. par. c. Host. in summa. in ti. de offic. archipresb. §. quæ pertinent. ver. potest. pręsertim in arduis 2. & hoc seruat consuetudo.

k ¶ Archiepiscopi.] idem, & in patriarchis, primatibus, & alijs etiam pluribus: id est & abbatibus, de quibus vide Infra. idē sunt enim primates & patriarchæ. 99. distin. prouinciæ, & dixi supra in

Cōsiliū Cardinaliū an debeat Papa sequi.

2 Vtrū in arduis teneatur Papa regere cōsiliū Cardinalium vide late p Fi lippū Frācū & doctores ic. super eo. dei hęret. li. 6. adde Abbatē c. q̄siuit. de his q̄ fiūt à pl.

legium seu conuentum, & quibusuis alijs ecclesijs, prioratibus & locis [a], vltra ducentorum: Episcopi vero ab ecclesijs cathedralibus vltra ducentorũ: A monasterijs vero & ecclesijs alijs ac prioratibus sęcularibus vel regularibus collegiũ habẽtibus duodecim vel plurium personarum, vltra centum & quadraginta: Ab habentibus vero personarum collegium paucioꝛũ, & quibuslibet alijs ecclesijs, prioratibus & locis, vltra centum & quadraginta: Abbates [b] quoq; à monasterijs vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium, vltra centum: Ab alijs quoque habẽtibus minus collegium ab ecclesijs, prioratibus & locis quibuscunque vltra octuaginta Archidiaconi quoque vltra triginta quinque Archipresbyteri quoq; vltra viij. Turoneñ. argenti valorem recipere nõ pręsumãt. Si vero [c] præfati archiepiscopi, prælati, & personæ ecclesiasticę ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: Iidem archiepiscopi à suis & alijs cathedralibus ecclesijs, vltra centum xx. A monasterijs vero & ecclesijs alijs ac prioratibus sæcularibus & regularibus habentibus collegiũ duodecim vel plurium personarum, vltra centũ: Ab habentibus vero minus collegiũ, & quibuslibet alijs ecclesijs, prioratibus & locis, vltra lxxx. Episcopi etiam ab eisdem ecclesijs, monasterijs, prioratibus, atq; locis vltra lxxx. Abbates vltra lx. Archidiaconi vltra xxx. Turoneñ. argenti valorem nõ recipiãt quoquo modo. ¶ In Alemanię quoq;, Angliæ, Hungarię, Bohemiæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Suetię regnis, terris, ac prouincijs, & partibus eisdem adiacentibus archiepiscopi, & episcopi, alij quoque prælati & personæ ecclesiasticæ cũ (vt pręmittitur) personaliter visitabunt: Iidem archiepiscopi & episcopi, etiam si primates existant à suis vel suffraganeorum suorũ ecclesijs cathedralibus & personis earũ pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue à volẽtibus in pecunia vltra trecentũ & viginti: A monasterijs vero & alijs ecclesijs, prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarũ vltra cc. & lx. Ab alijs vero monasterijs, ecclesijs seu prioratibus minus collegium habentibus, alijs quoque ecclesijs, prioratibus & locis, vltra ducentorum & viginti: Episcopi etiã à cathedralibus eccclesijs, vltra ducẽtorũ & viginti: A monasterijs vero & alijs ecclesijs & prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegiũ duodecim vel plurium personarũ, ultra centũ & lxxx. Ab habentibus vero collegiũ minus, & quibuslibet alijs ecclesijs & prioratibus atq; locis, vltra centum & quinquaginta: Abbates insuper à monasterijs, prioratibus, seu ecclesijs habentibus collegium xij. vel pluriũ personarũ, vltra centum: Ab habentibus vero minus collegium, ac ecclesijs, prioratibus, & alijs locis quibuslibet, vltra lxxx. Archidiaconi vero ultra quinquaginta: Archipresbyteri [d] etiam ultra decem Turonen. argenti ualorem recipere non præsumant. Si uero ijdem archiepiscopi, episcopi & pręlati, ac personæ ecclesiasticæ ex priuilegio [e] Apostolico per alios [f] uisitare, & procurationes recipere ualeant in pecunia numerata: dicti archiepiscopi, etiã si primates

sup. in secunda quęstione primæ partis & idem archiepiscoarchiepi & metropolini & nudis tantũ verbis differunt. no. in cap. duo. de offi. ord. vide in Spe. in titu. de offic. ordina. §. sunt quoque. & in versi. & nota sic & archiepiscopi sunt episcopi. nota. in cap. quàm periculosum. de sent. ex com. lib. 6.

a ¶ Locis.] non credo comprehendi hospitalia pauperum ꝓpter infra dicenda, puta leprosorum & aliorum infirmorum mendicantium panẽ sicut nec grãgias per cap. fin. de censi. & idẽ forte de fabricis & commissarijs, de quibus canonica portio non detrahitur. cap. fin. de testa. & de alijs, de quibus non esset soluenda decima, de qua in clem. si beneficiorum. de deci. de quibus omnibus dic vt ibi plene not. Circa hoc tamen tenendum est illud, quod concludit Fridericus de Senis in consil. 111. Et an episcopus possit priuilegiare hospitale tempore constructionis, vt non possit ab eo vel successoribus visitari, vide eundem in consil. 148. Et quid de domibus leprosorum, vide per eundem in consil. 130 Et adde in simili quod firmat Pet. de Ancharano de testatore, in consil. 128. & quod examinat Guliel. de de monte Lauduno in glos. super extrauagan. suscepti. Ioan. xxij. super ver. in toto tum. Ioan. Franc.

b ¶ Abbates. idem credo de prioribus etiam canonicorum regularium. arg. cap. quod Dei timorem. de sta. mona. & aliorum quorumcunque visitandorum. etiam Mendicantium, exceptis tantum Fratribus Minoribus, de quibus in clem. Exiui. de verb. sig. Io. Fr.

c ¶ Si vero.] hic determinat quę habentur in c. felicis, de censi. lib. 6.

d ¶ Archipresbyteri.] quid autem de archipresbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupantur, subdit infra, in versi. illud quoque. Ioan. Franc.

e ¶ Ex priuilegio.] sine priuilegio vero non possunt, aliàs cõtrafacientes puniuntur, vt in c. felicis. de censib. lib. 6.

f ¶ Per alios.] hæc constitutio approbat quod not. Ioan. And.

mates existant, ab huiusmodi ecclesijs, monasterijs, prioratibus atque locis, vltra cētum: Episcopi vltra lxxx. Abbates [a] vltra lx. Archidiaconi vltra triginta Turoneñ argenti valorem pro procuratione qualibet vnius diei reci pere non præsumant. ¶ In Castellæ quoque, Legionis, Aragoniæ, & Portugalliæ regnis & dominijs, terris & prouincijs regum Castellę, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adiacētibus etiam vicinis eisdem, excepto Sardiniæ & Corsicæ regno, archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac personæ ecclesiasticæ cum (vt præmittitur) personaliter visitabunt ijdem archiepiscopi à suis & suffraganeorum suorum ecclesijs cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue à volentibus in pecunia, vltra centū & quadraginta: A monasterijs vero & ecclesijs alijs, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, vltra centum & uiginti: Ab habentibus uero minus collegium, alijsque ecclesijs, prioratibus atque locis, ultra centum: Episcopi etiā à cathedralibus ecclesijs, ultra centum: A monasterijs uero & prioratibus sæcularibus uel regularibus habētibus collegium xij. uel plurium personarum, ultra octuaginta: Ab habentibus uero minus collegium, aliisque ecclesiis, prioratibus & locis ultra sexaginta: Abbates [b] etiam à monasteriis uel prioratibus habentibus collegium xij. vel plurium personarum, vltra quinquaginta: Ab habentibus minus collegium, & quibuslibet alijs ecclesijs, prioratibus & locis, vltra quadraginta: Archidiaconi vero, vltra xxv. Archipresbyteri vero, vltra v. Turoneñ. argenti valorem recipere non attentent. Si vero proxime nominati archiepiscopi, episcopi, & prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ ex priuilegio Apostolico per alios visitare, & procurationes recipere possint, in pecunia numerata: Iidē archiepiscopi ab eisdē suis & suffraganeorum suorum ecclesijs, vltra octoginta. A monasterijs vero & ecclesiis alijs ac prioratibus sęcularibus uel regularibus habentibus collegium xij. uel plurium personarum, ultra sexaginta: Ab habentibus vero minus collegiū, & quibuslibet alijs ecclesijs, prioratibus siue locis, ultra quinquaginta: Episcopi lēt ab eisdē ecclesijs, monasterijs, prioratibus siue locis, ultra quadraginta: Abbates uero ab eorum monasterijs, prioratib[9] ecclesijs siue locis, ultra triginta, Archidiaconi uero ultra uiginti Turoñ.

Prælatorū vicem gerentes varijs cēsent nominib.

in c. felici. de censib. in glo. super ver. officio. Et adde ꝙ prælati aliquando habēt officiales de offi. vic. c. 2. & 3. de appel. Romana. de offi. ord. c. Romana. de offi. deleg. c. 4. in fi. lib. 6. & c. insinuante. Quandoque habent vicariū in spiritualibus. de temp. ord. cap. 3. §. 1. lib. 6. Quandoque habent vicarium generalem. dicto c. 3. §. episcopo autem. de temp. ord. & de offic. vic. ca. fin. de præb. ca. statutum. lib. 6. Quandoque habent simpliciter vicarium. c. statutum. & cap. vt officium. & c. vt cōmissi. de hære. lib. 6. Quandoque tales vocantur locum tenētes. 93. dis. cap. fi. Siue ergo quis vicarius à sede Apostolica deputetur, vt in c. is cui. de elect. li. 6. siue à capitulo ecclesiæ cathedralis episcopali sede vacante, vt in c. penul. de supplen. negli. præla. lib. 6. vbi potest ex consuetudine visitare saluis notatis in clem. 1. de hęre. siue ab electa in abbatissam à maiori parte capituli, indemnitatibus. de elec. lib. 6. siue ab alio prælato electo cōcorditer in casu capituli, nihil. de elect. cum visitat, poterit recipere procurationē iuxta istam taxam. arg. notatorum in dicto cap. felicis. de censi. facit cap. si episcopus. de offic. ord. eod. lib. Et si sunt plures, tunc solum principalis, sed non foraneus poterit hoc generaliter facere, vt probat clem. & si principalis. de rescr. Quid si plures essent omnino æquales officiales vel vicarij? Dic vt ibi not. Quid de foraneis in locis suis? Dic attēdenda illorū mandata. adde tex. in l. 1. C. de offic. eius ꝗ vic. alteri[9] gerit. I. Frā.

Vicarius pōt visitare & procurationem recipere.

a ¶ Abbates.] de patre abbate Cluniacensiū, quo modo teneatur visitare subditos suos mediatos & immediatos, vide Oldr. in cōsi. 155. quod incipit: Prima quæstio. & adde quantum ad abbates, idē videtur esse effectus inquisitionis generalis & specialis, vt dicit idē Oldradus in consi. 227. quod incipit, licet quātum. Ioan. Franc.

Abbas Cluniacēsis subditos mediatos & immediatos visitare potest.

b ¶ Abbates.] honeste facerent abbates, & alij religiosi nō exigere pecuniā, sed cōformare se laudabilibus consuetudinibus & cōstitutionib. monasteriorū, & cōtentari comedere cū alijs in refectorio, & dormire in dormitorio cōmunibus, vt meli[9] valerent oculo intelligere qūo se habeāt omnia, tā in ecclesia quàm in mensa, & tam de die quàm de nocte, & ꝓpter bonū exemplum. arg. eius quod not. in clem. ad nostrū de censi. in versi. voluerint. & in ca. magnæ. de voto. quia quod agitur à p̄latis, cito à subditis trahitur in exemplū, vt ibi & in c. præcipue. 11. q. 3. alias tot mortib. digni sunt quot ꝑnicio sa exēpla, &c. vt ibi. & hoc satis dicit §. nostræ tñ intentionis. in ver. nec vltra & versi. cęterū. Tenenť. n. visitatores nō minus exēplo quàm verbo ædificare & plantare c. qm̄ & c. inter cætera. de offic. ord. facit c. Romana. in fi. de censi. lib. 6. vbi vide not. ꝑ Ioan. An. in nouel. & in ca. singulis. de sta. mon. In huiusmodi nāque actibus regularib. nō sunt subtilitates neq; glossæ exquirēde, nec appellationes admittendæ, sed simpliciter oīa sunt expedienda c. ad nostrā. reprehēsibilis. & cū specialis. de appel. Nō est tñ ommittēdū, ꝙ si p̄latus religiosus in mortali cōstitutus notorius vel infamatus sit incorrigibilis, & propterea à subditis, appelleť, dēt appellatiōi deferri; alias ꝑ tanto

Prælatorū gesta sunt subditorum exempla

argenti valorem recipere non attentent.

¶ An Apuliæ vero, Calabriæ, terræ Laboris, Siciliæ [a], Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, & cæteris alijs Italiæ partibus: necnon Sclauoniæ, Achaiæ, Cypri, & cæteris regnis, insulisque, & alijs prouincijs & partibus omnibus vltramarinis & etiam transmarinis, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi ac prælati alij & personæ ecclesiasticæ cõsistentes, cum (vt præmittitur) personaliter visitabũt: Iidem patriarchæ & archiepiscopi à suis vel suffraganeorum suorum ecclesijs cathedralibus pro procuratione vnius diei, siue in victualibus, siue à volentibus in pecunia, vltra sexaginta: A monasteriis vero & ecclesiis aliis, ac prioratibus secularibus vel regularibus habentibus collegiũ xii. vel plurimum personarum, vltra quinquaginta. Ab habentibus vero minus collegium & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis, vltra xl. Episcopi, etiam à cathedralibus ecclesiis, vltra quinquaginta: A monasterijs vero aliisq; ecclesiis, & prioratib. secularibus vel regularib. habentibus collegiũ duodecim vel plurium personarum, vltra quadraginta: Ab habẽtibus vero minus collegium, & ecclesiis aliis seu prioratibus vel locis quibuslibet, vltra triginta: Abbates [b] vero à suis monasteriis vel prioratibus simile collegium vel maius habentibus, vltra viginti: Ab habentibus vero minus collegium & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis, ultra sexdecim: Archidiaconi vltra decem Turon. argenti ualorem non audeant recipere quoquo modo. Si uero plati, patriarchæ [c], archiepiscopi, & personæ ecclesiasticæ proxime nominati, ex priuilegio Apostolico per alios uisitare, & procurationes recipere ualeant in pecunia numerata: dicti patriarchæ seu archiepiscopi ab eisdem suis uel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus ultra quadraginta: A monasteriis quoque & ecclesiis aliis ac prioratibus sæcularibus uel regularibus habentibus collegium duodecim uel plurium personarum, vltra triginta. Ab habentibus uero minus collegium, & ecclesiis aliis, prioratibus siue locis & subditis quibuscumque, ultra uigintiocto: Episcopi quoque à suis cathedralibus & quibuslibet aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis, ultra uiginti. Abbates etiam ultra decem, necnon archidiaconi ultra quinque Turonen. argenti ualorẽ recipere non præsumant. Ita quòd expẽsæ seu sumptus uniuersi seu taxatio pecuniaria huiusmodi procurationis totius diei [d], uidelicet in pecunia uel uictualibus & necessariis aliis prædictam summam uel ualorem aliquatenus non excedat: nec ultra dictas summas uel taxationes seu ualores earum prætextu cuiusuis consuetudinis uel aliàs, uel ab ipsis prælatis uel familiaribus

---

tanto excessu satisfacere compelletur. de appella. de priore. quia ad talem non pertinet iudicialis correctio. 3. q. 7. iudicet. Misericorditer etiam, & non passim sunt corrigendi monachi, & non more latronum in grauem carcerem detruendi de statu mona., cap. ea quæ. & non debent esse prælati nimis graues in corrigendo, aliàs de consilio conuentus idest, capituli, est correctio temperanda. dicto cap. reprehensibilis. in fin. de his quæ fiunt à præla. nouit. & cap. ea noscitur. & ideo dicit textus in dicto cap. Romana. in fin. consuetudines rationabiles & approbatas, secundum Host. & Ioan. Andr. ibidem in nouella. Ioann. Franc.

Monachi sunt misericorditer corrigendi.

a ¶ Siciliæ] not. quod huiusmodi insulæ sunt pars prouinciæ cui adhærent. l. insulæ. ff. de iudi. cum ibi not. facit ff. de ver. sign. l. notionem. §. 1. faciunt not. in cap. quoniam à nobis. de deci. ex quo sequitur, quod qui in Sicilia vel Corsica est, aut Sardinia, debet respondere in Italia, vt not. in dicta l. insulæ. probatur ff. ad municip. l. qui ex vico. Idem dico de eo qui est in insula Maioricarum, vt teneatur respondere regno Nauarræ, vt patet supra. §. statuimus, vbi dicitur illi adiacere, &c.

b ¶ Abbates.] de abbatissa vero dicit Archid. quod etiam pro visitandis monasterijs sibi subiectis ei non licet egredi monasterium, per textum in cap. 1. de stat. regu. lib. 6. ibi, quacunque ratione, sed debet per alium visitationem facere, circa quòd vide not. in Clem. 1. in princ. eod. titu. in glo. istorum. mouetur etiam archidiaconus: quia quod generaliter scriptum est, generaliter est accipiendum. cap. 2. de coniug. lepros. Item fortificatur prohibitio in eo quod ibi duo casus excipiuntur, in alijs ergo stet valida. de deci. ad audientiam. 31 distin. omnino. 31. quest. 1. quomodo, &c. 8. distin. si consuetudinem. Et licet textus ille non videatur loqui de abbatissa, nihilominus appellatio monachorum includit abbatiss. vbi de salute animæ agitur. cap. fin. de simo. Item ibi in §. verum. exprimit de abbatissa, & hæc opinio multum sapit honestatem, de quo per Ioann. Andr. in dicto cap. 1. de statu. reg. in 6. & dixi in tractatu visitationũ. quæst. 2.

Abbatissę monasteriũ egredi nõ debent.

Monachorũ appellatione includuntur abbates.

c ¶ Patriarchæ.] nota patriarchæ. & sicut cap. exigit. extendit cap. Romana. de censi. ita fortius vna clausula debet extendere aliam argu. in l. doli clausula. de ver. oblig. & cap. 2. requiris. supra de appella. & l. 3. ff. de vi bono. rapt. Ioan Franc.

d ¶ Diei] hoc intelligo nisi quando ex causa oporteret visitantem ibi stare per plures dies ex causis necessarijs & culpa visitandorum, vt habetur in cap. con querente, de offic. ordi tunc enim sibi debent imputare visitandi: quia necessitas legem non habet, de quo plene dixi in tractatu visitationum. quæst. 3. primæ partis. Ioan. Franc.

a ¶ No

ribus

ribus earundem quicquam exigere vel recipere liceat etiam à volentibus, quando ex conuentione vel consuetudine minus soluere consueuerint,[b] quòd propter prædicta non plus soluant. Illud quoque quod de archidiaconis superius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpositis, alijsque personis ecclesiasticis superius non expressis, quibus visitationis officium, & procurationis receptio ex priuilegio sedis Apostolicæ, vel de iure seu consuetudine competere dignoscuntur: Decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipresbyteri nominantur[a], circa quos in receptione huiusmodi procurationis id quod supra statutum est de alijs archipresbyteris, volumus obseruari.

¶ Nostræ tamen intentionis existit, quòd si ex conuentione vel consuetudine tam ecclesiæ cathedrales quàm collegiatæ, & aliæ quælibet sæculares, ac etiam monasteria, prioratus conuentuales, & loca alia quæuis ecclesiastica, earumque capitula, collegia seu conuentus, rectores etiam & personæ prælatis quibusuis visitãtibus (vt præfertur) minus debeant vel consueuerint [b] quàm per nos superius est statutum, ad soluendum vltra conuentionem vel consuetudinem huiusmodi nullatenus adstringãtur, sed super ijs circa eos consuetudo & conuentio huiusmodi obseruentur. Huiusmodi etiam moderationes & taxationes ad prælatos quoslibet, qui prætextu cuiusuis consuetudinis in monasterijs, siue locis aliis ecclesiasticis gratis recipiantur ad pabulum charitatis [c] extendimus, & etiam prorogamus [d]: prouiso nihilominus, quòd in locis quibuslibet secundum quòd maior vel minor rerum copia fuerit in ijsdem, necnon iuxta maiorem vel minorem personarum & euectionum [e] numerum huiusmodi visitatiuum, expensarum maiorum vel minorum debita moderatio teneatur: ita tamen quòd maiores expensæ non excedant summam superius limitatam.

¶ Insuper prædictis omnibus archiepiscopis, primatibus, episcopis & alijs superius nominatis visitantibus, ne vltra conuentionem vel consuetudinem huiusmodi circa personas & loca vbi fuerint, nec vltra moderationes & taxationes prædictas quicquam præsumant recipere districtius nihilominus inhibemus. Volentes etiam constitutionem præsentem pœnæ [f] adiectione iuuari, statuimus, quòd si dicti visitantes per se, vel (si ex priuilegio eis competat) per alios visitationis officium exercuerint, & procurationes receperint (vt præfertur) ipsi, vel familiares eorum vltra taxationes prædictas aliquid scienter exegerint, vel receperint etiam à volẽte:

a ¶ Nominantur.] vt no. in dicto c. cũ Apostolus. super verbo, decani. Ioan Franc.

b ¶ Consueuerint.] hoc dicit, propter ea quę habentur in cap. cum ex officij. de pręscri. & not. in cle. ad nostrũ. circa princ. de censi. adde quod habetur per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de censi. in fin. & in mercu. super regula, plus semper. de reg. iu. lib. 6. & in c. fi. eo. titu. & lib. & per Lapum allegatione 30.

c ¶ Charitatis.] hoc dicit propter ea, quæ habentur in clem. ad nostrum. circa fin. de censi. & in dicto. c. cũ Apostolus. ad finem.

d ¶ Prorogamus.] patet ergo hic, & infra versi. præmissis. ꝙ hęc constitutio quamuis pœnalis extẽditur ad casus similes ex identitate rationis: quasi tunc non dicatur extensio, quia quod est ex ratione, est & ex mente, vt not. in c. si postquã. de elect. lib. 6. & in c. sciant cũcti. præsertim vbi est omnino eadẽ ratio. not. de temp ordi. c. 1. eo. lib. & not. Archid. de pœni. dist. 1. c. vulgaris. in §. pœnę. aliàs secus, vt not. Butriga. in clem. 1. de rescript. facit deci. 277. qđ. not. Ioa. And. in nouella. de reg. iur. odia. ad fi. & in clem. 1. de consang. & affinit. & in cle. auditor. de rescri. & in clem. 1. de foro comp. & per Bart. in l. furti. §. fin ff. de ijs qui not. infam. & Butri. de præb. in c. dilectus. facit l. tantum §. 1. ff. de ser. corrup. & quod habetur in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. maximum vitium. C. de libe. & posthu. & l. si quis seruo. C. de fur. & Butr. in cle. 1. de officio vica. & in auth. quas actiones. C. de sacro san eccle. & in l. 2. C. de pat. qui fil. distra. & per modernos in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. vide Io. de Milis in repertorio, in verbo, lex siue constitutio, &c. habebit enim locũ in speciali visitatione, de qua in c. excommunicamus. in §. adijcimus. de hęre. & in ea de qua in c. Eleutherius. 17. q. 2. & in ea de qua in ca. seruitium ead. causa & quæstione, de quibus not. in c. accedentes, de præscript. & in cap. præterea. de iure patro. & in c. procurationes de censi. & in omnibus alijs similibus procurationibus.

Constõ ẽt pœnalis qñq; ampliatur ex idẽtitate rationis.

e ¶ Euectionum.] & an numerus personarum & euectionum dẽat aliàs esse ęqualis, vide plene per doctores in cap. cum ad quorundam đ excess prælа. & dixi sup. q. proxi. circa princip.

f ¶ Pœnæ.] vt quos De timor, &c. de vita & hone. cleri. vt clericorum. 82. dist. plurimos. & c. felicis. §. pręmissis. de pœnis. lib. 6. quia non semper omnia deducuntur in iudicium, & ideo sola prohibitio quando. Lex quæcunque parum proficit, & inter leges illa dr̃ imperfecta, in qua nulla pœna deuiantibus sancitur, vt refert dicere Macrobrium Io. And. in dicto c. exigit. de censi. Et nota hic imponi pęnam pecuniariam pro delicto: quia non applicatur visitanti neq; parti, sed Ecclesiæ: sic & qñ esset applicanda pauperibus, vt in cap. ad liberandam, de Iudæ. & in c. quia plerique. đ immunit. eccl. etiã vsque ad quadruplũ. 18. dist. quoniam quidam. 1. q. 7. sancimus. 23. q. 1. militare. Si autẽ applicaretur visitanti, procederet de radice auaritiæ & cupiditate: & ideo imponi non posset nisi in casibus à iure expressis. c. licet đ pen. 16. q. 2. cum deuotissimam, & de rapt. in archiepatu. qa nec conuentionalis in foro ecclesiastico exigi debet: aliàs modestię põtificalis obliuiscerẽr, qui inhonestis quęstibus

Lex quæ deuiãtes nõ punit, est imperfecta.

Pœna pecuniaria quãdoq; imponii pro delicto.

duplum a eius quod ipsi ijdem prælati, vel eis scientibus aut ratum habentibus eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menses post receptionem seu scientiam huiusmodi ecclesijs, monasterijs, & alijs locis à quibus illa recepe rint, restituere teneantur Si vero dictis prælatis per alios visitantibus, hi qui pro eis visitationis officium exercebunt, per se vel alios vltra moderationes seu taxationes prædictas quicquam exegerint seu receperint etiam à volétibus: duplũ eius quod vltra receperint, ecclesijs & monasterijs vel locis alijs, à quibus id receptũ fuerit, intra præfatũ terminum restituere teneantur. Alioquin extunc dicti prælati, qui vltra moderationes & taxationes prædictas seu conuentionem vel consuetudinem huiusmodi receperint in pecunia numerata duplũ ipsum eisdem ecclesijs, monasterijs siue locis vltra dictum tempus restituere differentes, ingressum ecclesiæ sibi nouerint interdictũ. Hi vero pro dictis prælatis uisitationem huiusmodi (ut præmittitur) exercentes, ab officio & beneficio nouerint se suspensos, quousque grauatis ecclesijs, monasterijs, siue locis de huiusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. Adijcientes constitutioni præsenti, quòd si quis de familia prælati personaliter uisitãtis, aliquid ultra moderationes & taxationes præfatas per se uel alios prelato ignorante, nec ratum habente receperit ab ecclesiis, monasteriis, & locis alijs uisitatis, duplum eius quod ultra receperit, de suo proprio intra duos menses post receptionem huiusmodi ecclesijs, monasteriis & locis aliis, à quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin extunc b recipiens, si clericus fuerit, tamdiu ab officio & beneficio sit eo ipso suspensus. Si uero laicus c, tamdiu ingressum ecclesiæ sibi nouerit interdictum, & à communione Eucharistiæ ipso facto nouerit se suspensum, donec de duplo huiusmodi grauatis ecclesiis monasteriis siue locis satisfecerit cum effectu: Nulla eisdem ultra moderationes & taxationes prædictas recipientibus, in his donantiuum remissionem d liberalitate, uel gratia ualitura. Cæterum moderationes & taxationes huiusmodi in illis locis uolumus obseruari, in quibus id fieri poterit secundum ecclesie, monasterii, uel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcepimus modestiam adhiberi, quòd per hæc quę ad exonerationem locorum ecclesiarum statuendam prouidimus, non doleant se grauari, nec per hoc dicti prælati exigendi amplius quàm ipsi subditi pati possint, indultam sibi existiment potestatem.

¶ Præmissis quoque adijciendo statuimus e, quòd si dicti prælati uel aliquis eorundem ex Apostolica indulgentia uel consuetudine, seu de iure, petant sibi ab ecclesiis, monasteriis, & locis aliis, eorumque capitulis, collegiis, uel conuentibus, rectoribus, seu personis moderatiuum seu charitatiuum f subsidium exhiberi, non possint à singulis eccle-sijs,

bus anhelando desideraret cum aliena iactura ditari. cap. suã. & cap. constitutus de pœn nisi pro mensura interesse. dilecti. de arb. Est enim naturæ congruum pœnas exigi, quæ cum competenti cõferuntur moderatione vel à legibus certo fine conclusæ statuuntur. l. 1. C. de sententia quæ pro eo quod inter. prof. hoc tenent Card. & Butrig. post Host. in dicto cap. dilecti. sed Abbas contra, & male, saltem in spirituali & ecclesiastico. Io. Franc.

a ¶ Duplum.] hoc sumptum est ex cap. procurationis. in fin. de censi. & cap. quia plerique. de immu. eccl. & credo. quòd in isto duplo computetur exactum, & receptum, facit 23. q. 1. militare. 18. dist. quoniam 1. q. 1. concussionis. & cap. exigit. de censi. lib. 6. vbi nota illud quod hic dicitur de familia. Et quòd prælatus tenetur de facto ipsorum facit. 86. dist. an putatis. & de electio generali. §. fin. Ioan. Fran.

b ¶ Extunc.] scilicet elapso secundo mense, vt not in dicto c. exigit. super ver. extunc. & facta restitutione, statim sunt absoluti sine alia sententia 81. dist. si qui cum suis. & de spon. in ca. non est. Ioan.

c ¶ Laicus.] puta cocus. clem. ad nostrum. de censibus. vel notarius, vel alij, de quibus in cap. Romana. §. procurationis. de censibus & ibi not. de sigillatoribus, quod tamen debet intelligi secundum quod ibi declarat Ioan. An. in nouella. Ioan. F.

d ¶ Remissionem.] hoc sumptum est ex cap. exigit. de censi. lib. 6. vbi not. quòd quis rem suam vel sibi debitam remittere non potest, licet in re sua quis sit moderator & arbiter. l. iure mandata. C. man dati. & nihil tam naturale, &c. vt in §. per traditionem. Inst. de re. diui. Et si post restitutionem factam ille iterum donaret, credo idem propter verba hic geminata scilicet remissionem liberalitate vel gratia, quia præsumeretur in fraudem facta, arg. ff de don. inter vir & vxo. l. si spõsus. §. recte & ff. ad Velleian. l. quam uis §. si cum essem. & quod habetur in ca. commissa. de elect. cum similibus, & quod not. 14. q. 3. plerique. & in cap. quanto. de priui. Licet Ioan. And. videatur innuere contrarium in simili. in ca. statutum. circa fin de rescrip. lib. 6 super. versi. remissionẽ. per l. sed si ego. ff. ad Velleian. & ea quæ habentur. in cap. Gemma. de spons. quia aliàs facile fieret fraus legi, &c. Ioan. Franc.

e ¶ Statuimus.] concor. cum dicto c. cum Apostolus. §. fin. de censib.

f ¶ Charitatiuum subsidium.] quod ex manifesta & rationabili causa tãtum peti potest cum charitate. vt dicto cap. cum Apostolus. § prohibemus. hæc enim duo simul

Chartatiuũ subsidiũ quare & à quibus peti potest.

[Rem suã] vel sibi debitam quis quã doque remittere nequit.

sis, monasteriis, siue locis pro subsidio huiusmodi ultra petere uel recipere (etiam à uolentibus) nisi quantum ascenderent singulæ procurationes in pactum per nos superius moderatum, quas iidem prælati possent recipere, quādo ex priuilegio per aliū uisitarent.

¶ Porro Turonenses prædictos tales fore intelligemus, quòd duodecim ipsorum ualeant unum florenum [a] auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunii Florentini.

¶ Per constitutionem autem huiusmodi nolumus quòd prædicti prælati, uel alii, quibus uisitationis officium & procurationum receptio ex priuilegio sedis Apostolicæ, uel aliàs de consuetudine uel de iure competere dignoscuntur, ius uisitandi seu procurationes recipiendi sibi ualeant uendicare [b]. Nec per constitutionem eandem aliis constitutionibus super præmissis per predecessores nostros dudum editis, quo ad alia contenta in eis aliqua tenus derogetur. Insuper abbates Cisterciensis [c] ordinis sua monasteria uisitantes, sub præfata constitutione nostra nolumus comprehēdi, cum super his per aliā constitutionem nostram duxerimus specialiter prouidendū. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarū constitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis, & præcepti ac uolūtatis [d] infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationem [e] omnipotentis Dei, ac beatorū Petri &

requiruntur, & quia hęc est charitas, non currit ꝫ eā pręscriptio, secundum Host. aliàs multum longe à paterna pietate uideretur, si præpositi subditis suis graues existent, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fouere, & potest episcopusmet cōpellere eos ad hoc soluendum, secundū Inno. & Hostien. allegant 43. dist. qui emendam. dumtamen non excedant, vt c. sane. & c. cum ad quorundā. de exces. prælat. aliàs posset appellari secūdum cōmunem sententiam doctorū ibi, per quam appellationē essent tuti ab excommunicatione, & vbi esset dubium superioris arbitrio esset determinandū. arg. 10 q. 3. quia cognouimus. & 11. q. 1. si clericus. & not. in dicto c. cum Apostolus. Adde quæ plene habentur per Inno. in c. ex parte. de verb. signi. & Butri. in c. venerabilis. de censi. Quæ autem sint iustæ causæ petendi charitatiuum subsidium, vide Oldradum in consil. 205. quod incipit, circa propositam quęstionem. & ꝙ possint prælati conuocari ad conciliū generale imponere clero charitatiuum subsidium, tenet Inn. in c. 1 de statu mona. & not. 10. q. 3. vnio. & quid de priore Generali ordinis Camaldulensiū, an pro expensis factis in sua ꝓmotione & cōi seruitio cameræ Apostolicæ, possit à subditis petere charitatiuū subsidiū, & qn̄ per ep̄os possit exigi, vide per Calderinū in consil. 30. in titu. de censib. Et adde ꝙ ad subsidium impositum per Papam tenentur Cardinales, etiam pro beneficijs, quæ tenent vt administratores. Et quædam alia circa subsidiū Papę, vide per Ludouicū in cōsil. 498. Adde ēt ꝙ si c. sede vacante statuit & iurat de minuendo charitatiuo subsidio p̄t postea soluere debitā summā constitutione hmōi nō obstante, secundū Lapum allegatione 20. Consulo ꝙ clerici impetrent à sede Apostolica priuilegium ad instar priuilegij cleri Paduani, dudum à sede Apostolica obtēti, ꝙ pro charitatiuo subsidio nō possint grauari vltra certā & specificā summam soluendā in termino annorū duorū, maxime propter crebras translationes, q̄ hodie fiunt cū magna iactura cuiusq; cleri. Adde etiam quòd an à pęna suprapoſita, & non repetita hic, scilicet quando exigeretur subsidium charitatiuum vltra taxam prædictam valeat exigens, maxime si exigat à sponte soluentibus, excusari: videtur tenenda conclusio Lapi allegatione. 38.

a ¶ Florenum.] quid si mutentur monetæ, & facultates ecclesiarū crescant? Vide quæ plene habentur in c. quanto. & c. olim. de censib. Et hæc intelligo, nisi sup hoc in aliquib. partib. essent beneficia taxata ad minorem summam: quia tunc illa taxa esset seruāda, qđ videtur esse de mente huius constitutionis. & probatur ex notatis in clem. si beneficiorū. de deci. in glo. in ver. taxationem. facit ad hoc extrauag. Ioan. xxij. q̄ incipit. Suscepti. iunctis declarationibus, q̄ sup ea emanauerunt, de quibus plene habetur in dicta clem. si beneficiorum. quas doctores post glossam dicūt extendi debere ad casus similes.

b ¶ Vendicare.] simile in c. 1. de sta. reg. lib. 6.

c ¶ Cisterciensis.] ꝓpter istud verbum patet, ꝙ clem. Ad nostrū. de cēsi. quæ principaliter ꝓpter Cistercienses facta fuit, de quibus hic subijcit, in quantum præsertim loquitur de charitatiua hospitalitate remanet in suo vigore, & q̄uō per clausulas derogatorias consuetas poni in litteris lega totū derogeт de rogatorijs clausulis cōtentis in priuilegijs hmōi monasteriorum super procurationibus soluendis, vide plene per Frider. de Senis in consilio 233. & plura dubia circa mandatū Apostolicū de compellendo exēptos ad contribuendū cū alijs clericis ad onera legatorū & nūtiorū sedis Apostolicæ, vide per eundem Frid. in consilio. 138.

d ¶ Voluntatis.] de importantia istorum verborum, vide gl. in c. statutum. de hæret. lib. 6. & clem. de off. vic. & in clē. 1. de rer. permu. & in cap. statuimus. de offi. deleg. in 6. & in c. vt litigantes. de offi. ord. eo. lib. per Butri. in c. p̄terea requisisti. de appel. & Abb. in c. cū te. de rę iud. De verbo autē, iniungimus, habetur in cle. q̄a cōtingit. de relig. domi. De verbo, volumus, ꝑ Abb. in c. fi. qui fil. sint legi. De verbo, decernimus. not. in clē generalē de ęta. & qual. & in clem. per litteras. de p̄b. & in clem. si vna. de reb. eccle. nō alie. & in cle. quāuis. de appel. & in cle. litteras de rescr. in c. fi. de verb. sig. lib. 6 De verbo, censemus in clem. 1. de prob. De verbis simul iunctis, decernimus & declaramus. in c. 1. de cler. ægro. li 6. Adde ꝙ qn̄q; ista verba improprian tur ꝑ c. in his. de versi. sig. Adde decis. 206. in antiq. q̄ incipit, vtrū si contra reū secundū scilicet subiectam materiā. & qn̄ in materia magis est erratū quā in forma, sic, & vbi Papa loquitur vt magister, vt in c. litteras. de rest. spol. & cap. cum Marthæ. de celeb. Miss.

e ¶ Indignationem.] humano more loquitur, quoniā non indignatur neque irascitur Deus. 32. q. 4. incōmutabilis. & not. in c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alien. vbi probatur, ꝙ ista important talē anathemate ferendū, quo Deus iratus animas percurit. Vel pōt dici, ꝙ ēt aliàs iudicis arbitrio punire possit & debeat, ex quo nō est certa pęna statuta, ꝑ ea q̄ habent in c.

Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum [a]. Datum [b] Auinione xv. Calend. Ianuarij, Pontificatus uero nostri anno ij.

De celebratione Missarum.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Narratis perturbationibus plurimis, quæ ecclesiæ præsertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, quòd dum Missæ celebrantur, in quibus deuotius oratur, certæ preces hic expresse ad Deum effundantur. Et ut Christiani ad id sint promptiores, uiginti dies indulgentiarum cunctis hoc facientibus elargitur. Aduerte quòd sub hoc tit. aptè potuisset locari extrauagās, Docta. quæ est supra de uita et honestate clericorum, ut ibi tractatum est.*

CAP. VNI.

Discipulorū Christi gesta nos instruunt, ut in pelago huius mundi procella surgentes, ad diuinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem commotione maris adeo grandi facta, ut fluctus in nauiculam, quam Iesum sequentes intrauerant, operirēt, Christum dormientem uocibus excitauerunt supplicibus, & aduersus ingruentes tempestatis impetus ab eo salutis præsidium postularunt. Cum itaque catholicam Ecclesiam, quæ congregationem † fidelium comprehendit, uideamus (quod dolentes inferimus) pacis æmuli, zizaniorumque satoris malitia procurāte, discordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeo eleuatos, quòd quasi operiant ipsam totam: hæreticos insuper Ecclesiam ipsam cernamus, & schismaticos impugnare ferociter, ac ut inconsutilem † Domini tunicam scindant, multipliciter laborare: Cum fratribus nostris deliberatione præhabita diligenti, expediens (immo necessarium potius) æstimamus, ut ad illum qui ad dexteram patris residet in excelsis, qui caput est congregationis eiusdem, cūique potestas omnis tam in cęlos quàm

Lucæ 8.

† Vide Turrecrematā in sūma de ecclesiā lib. 1. c. 1.

† Vide l. Federici Imp īcip. Incōsutilē tunicā habetur post Directoriū inquisitorum inter litteras Apostolicas pro officio S.Inquisitionis.

in c.de causis.de offi.deleg & c.super his.de accu. & c. fin.de dolo & contu.& l. 1.de iure deli.no.in ver ult. in c.si canonici.& in uersi.condigna.in c.quia pleriq;. de offi ord.lib.6. Adde etiam quòd pœna maledictionis est pœna æterna, ut no Ioan.And.in c.Romana in versic.pen.super uer. maledictionem de cēsib. lib.6.in nouella post Hosti. iniungitur enim pro quolibet mortali peccato. Gen. 3. & nō remittitur nisi restituatur, &c. de usur. cum tu. nec aliter potest absolui 14. q. 3. si res. & in regula, peccatum.de reg iur. ubi si iudex, id est episcopus non potest dispensare: alias sec*, ut no. in ca. licet.de pœnis. Adde quod refert Io. And.in cap.1.in fi. de suppl. negl præl. lib. 6. in nouella & quòd per salutationem Papę & osculum talis indignatio remittatur, ui detur tenere Ioan. And. in solutione 6. lib. in nouella. licet post excōmunicationem propterea non consequeretur absolutionem. cle. si summus. de sent. excom. a ¶ Incursurum.] & sic est canon ferendæ sententiæ, & non latæ, ut probatur in ca. relatum. de iure pa. & mitius agitur cum lege quàm cum homine. cap. si celebrat. de cle. excom min. l. Celsus. ff. de arbi c. dolentes. de celeb. Mis & habetur in ca vnico. de sagit. in ca. vno. de eo qui fur ord. sus secus si diceretur, excōmunicamus sic faciētem, &c. & ita intelligitur c.1.de deposito. & ca. Salonitanæ. 63. distin. de quo plene in ca sicut tuis de simo. & in l. in criminali. de iurisd. omn. iud. Et quòd monitio debeat præcedere, ui de per glo. in clem. attendētes. in fi. de sta. reg. etiam cōtra rebelles visitare uolentibus, & illos impediētes. ubi autem ipso facto pęna incurrere, licet requireretur quòd deberet de excessu cōstare parte citata, tamen absq; alia snīa declaratoria posset pœna publicari & exigi, & hoc sufficeret per no. in c. pro humani. in fin. de homici. lib. 6. in clem. præsenti. de censib. & in clem. multorum. in fin. de pœnis. & ita intelligi potest Lapus allegatione 135. & not. in ca. commissa. de elect. clem. 1. de seque. poss. & fruct. & in cap. eum qui. de preben. in 6. & decis. 33. in antiq. & adde quod not. glos. in clemen. 1. de immuni. eccle. super versi. pro infectis.

b ¶ Datum] de concernentibus datas, vide plene per Ioan. And. super data lib. 6. in glo. Et quare non ponatur indictio, sed solum anni pontificatus ibi uide plene in nouella. & an error in talibus uitiet Et adde quòd usque ad tempora Eugenij non ponebantur in litteris Apostolicis anni Dñi, prout factū est ab eius tempore citra, & hodie fit ad faciliorem habēdam notitiam temporum tunc currentium, unde error in illis haberet uitiare rescriptū, per ea quæ plene allegat Ioan. An. ibidem, maxime propter stylum cancellariæ, qui etiam habet, quod ultimum uerbum temporis debet complere ultimam lineam, qui stylus est attendendus, ut in c. quàm graue. in fi. de crimi. fal. cum similib. Et adde quòd à natiuitate Domini, idest, ab ipso die natiuitatis Iesu Christi, & non a die circumcisionis est computandum & incipiē dum principium anni in Romana curia, ut vult Deci. in nou. 50. Item quòd secundum cursum Franciæ & Angliæ, annus incarnationis non incipit post annum natiuitatis, sicut secundum cursum Romanæ curiæ, sed post mensem Martij concurrunt sub eodem numero tam annus à natiuitate præcedens, quàm annus incarnationis sequens, vt vult alia decisio in nou. num. 18. Et adde quòd mensis intelligitur tot dies habere, quot habet mēsis, in quo negotium faciendum occurrit, & quod deficit in mēse occurrenti, suppletur de mense sequenti. not. Ioan. And. in c. quā sit. de elect. li. 6. & ita communiter seruatur, ut no. But in c. licet. de sup. negli. prælat & Bar in l. cum bissextus. ff. de uerb. sign. licet Hostien. dixerit pende re ex arbitrio iudicis, qui magis dēt ampliare quā arctare. Adde quòd dies incipit a media nocte more Romano. l. more Romano. ff. de fer. & adde not in c. consuluit. de of. deleg. Quid autem de loco loci, vide Bar. in l. cum tabernam. §. idem quæsijt. ff. de pig. per Io. An. in nouella in c. abbate sane. de re iu. li. 6. & in c. inter. de fide instru. Et omnino vide glo. in c. pronuntiandū. de consec. dist. 3.

in

in terra noscitur tradita, eique venti & maria obsecundant †, leuemus cum manibus corda nostra: Ipsumque deuotis pulsantes precibus, apud eum sedulis orationibus insistamus, ut insurgentes præmissæ fremitus tempestatis, quæ quasi uniuersorum Christicolarum regna concutit, subditos contra dominos uiolato fœdere erigit, hæreticis & schismaticis ac rebellibus Ecclesiæ Dei, insurgendi contra ipsam, eiusque iura usurpandi insania damnabili ausum pandit: flatus cessare, fluctusque prædictos quiescere sua faciat omnipotenti uirtute: Cordaque hæreticorum, schismaticorum, aliorumque rebellium ad Dei Ecclesiæ unitatem ac deuotionem inclinet & habilitet: vel forsan, cum præmissis pertinaciter intendant persistere, ipsorum elidat superbiam, eorumque obstinatam malitiam suæ uirtute dexteræ conterat & prosternat. Corda quoque subditorum ad eorum superiores, & eorum superiorum conuertat ad subditos, ipsosque diffidentes in concordiæ veritate conciliet & confirmet, sicque det ipsis superioribus præsidere, quod sic regnent vt dirigantur, eorumque regimen cedat subditis ad salutem perpetuam, quietem & pacem: nobisque ipse cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, modos & vias aperiat, per quos hoc quod in votis gerimus, efficaciter promouere possimus.

¶ Et quia in Missarum solemnijs ad Deum consueuerunt preces effundi deuotius, de eorundem fratrum consilio ordinamus, quòd in singulis Missarum celebrationibus post dictum a celebrante Pater noster, Responsioneque secuta, antequam in Missa ulterius procedatur, illud canticum, Lætatus † sum in ijs, quę dicta sunt mihi, totum cum Gloria patri, à religiosis clericis, & aliis litteratis præsentibus cum deuotione dicantur †. Et primo dicantur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et post isti uersiculi subsequantur: Domine saluos fac reges: Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ. Et rege eos, & extolle illos usque in æternum. Fiat pax in uirtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te ueniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Collecta.

Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte, ut destructis aduersitatibus, & erroribus uniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum.

Hostium nostrorum quæsumus Domine elide superbiam: eorum contumaciam dexteræ tuæ uirtute prosterne. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Benedicat celebrans consequenter. ¶ Nos aũt Christi fideles ad exequẽdum supradicta promptius donis uolẽtes spiritualibus animare, omnibus uere pęnitentib. & confessis, tam his celebrantibus, quàm ipsis assistentibus obseruantibus supradicta, quàm alijs preces tunc deuotas Deo fundentib. pro pręmissis diebus, & Missis singulis, quibus hęc fecerint. xx. dies omnipotentis Dei misericordia, & B. Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, de iniunctis sibi pænitentijs relaxamus. Nulli ergo, &c. Datum 12. Calen. Iulij, anno 12.

De reliquijs & veneratione sanctorum.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Qui Conceptionem immaculatę Virginis deuote celebrabunt, in eodẽ festo et eius octauis officio intererunt, tales tribuuntur indulgẽtiæ, quales consequuntur Christi fideles in corporis Christi solemnitate.*

CAP. I.

CVM præexcelsa meritorum insignia, quibus regina cælorũ Virgo Dei genitrix gloriosa sedib. prælata æthereis, syderib. quasi stella matutina prærutilans deuotę considerationis indagine perscrutamur, & intra pectoris arcana reuoluimus, quòd ipsa utpote via misericordiæ, & mater gratię & pietatis, amica humani generis, cõsolatrix pro salute fidelium, qui delictorum onere grauantur sedula oratrix, & peruigil ad regem, quẽ genuit, intercedit: Dignum, quin potius debitum reputamus, uniuersos Christi fideles, ut omnipotenti Deo (cuius prouidentia eiusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconcilianda suo auctori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui unigeniti habitaculum sancti

sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsius immaculatæ virginis mira Conceptione gratias & laudes referant, & instituta propterea in Dei Ecclesia Missas, & alia diuina officia dicant, & illis intersint, indulgentijs & peccatorum remissionibus inuitare, vt exinde fiant Virginis meritis & intercessione, diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti, eiusdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, auctoritate Apostolica, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli Christi fideles vtriusque sexus, qui Missam & officium Conceptionis eiusdem Virginis gloriosæ, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij magistri Leonardi de Nogarolis clerici Veronensis notarij nostri, & quæ desuper à nobis emanauit, Missæ & officij huiusmodi institutionem in die festiuitatis Conceptionis eiusdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuote celebrauerint & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quotiens id fecerint, eandem prorsus indulgentiam & peccatorum remissionem consequantur, quam iuxta fęlicis recordationis Vrbani † iiij. in concilio Viennensi approbatas † ac Martini quinti, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, consequuntur illi, qui Missam & horas canonicas in festo Corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi à primis vesperis, & per illius octauas iuxta Romanæ Ecclesiæ constitutioné celebrant, dicunt, aut Missæ officio & horis huiusmodi intersunt: præsentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę M. cccclxvi. iij. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

Cõceptionis beatæ Virginis officiũ à quo fuit ordinatũ.

Hanc cõstitutionẽ Vrbani habes ĩ sextam in Clemen. .i.d reliq. & venera.

† Forte, approbatum.

¶ Idem in eadem materia.

¶ Excommunicationem ipso facto incurrunt prædicatores asserentes diuinam Virginem in peccato mortali fuisse conceptam: qui etiam dicunt quod festum Conceptionis eius celebrantes grauiter peccant. Et vult præsentem constitutionem in locis populosis publicari.

CAP. II.

Grauet nimis gerimus & molestum, cum sinistra nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur. Sed in eorum, qui ad Euangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus prædicãdo commissis, eo grauius prouocamur, quo illi periculosius remanent incorrecti: Cum facile deleri nequeat, qui multorum cordibus sic publice prædicando diffusius & damnabilius imprimuntur errores.

† Vide cõcil. Trid. sessione 5. i decreto de peccato originali §. vlt. & extrauagantẽ Pij v. Pontificis maximi ĩcip. Super specula Domini. vbi hoc statutum confirmatur & approbatur.

¶ Sane cum sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis Mariæ Conceptione publice festum solemniter celebret, & speciale ac proprium super hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuersorum ordinum prædicatores in suis sermonibus ad populum publice per diuersas ciuitates & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut asserunt eandem gloriosam & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos: eiusdem immaculatæ Conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmant, peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt; ex quorum assertionibus & prædicationibus non leuia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, & maiora merito exoriri formidantur in dies.

Scãdalis ecclesiasticis obuiandum est à prælatis.

¶ Nos igitur huiusmodi temerarijs ausibus, ac peruersis assertionibus ac scandalosis, quæ exinde in Dei ecclesia exoriri possunt (quantum nobis ex alto conceditur) obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & certa scientia huiusmodi assertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula sua Conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium Conceptionis celebrantes, seu huiusmodi ser-

mones audientes, alicuius peccati reatum incurrare, vtpote falsas & erroneas, à veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc auctoritate Apostolica tenore præsentium reprobamus & damnamus. Ac motu, scientia, & auctoritate prædictis statuimus & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicumque alij cuiuscumque status, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui decætero ausu temerario præsumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu aliàs quomodolibet affirmare huiusmodi sic per nos improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eoipso incurrant, à qua ab alio quàm à Romano Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere.

¶ Item motu, scientia, & auctoritate similibus, simili pœnæ ac censuræ subijcientes eos, qui ausi fuerint asserere contrariam opinionem tenentes, videlicet, gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum sit à Romana Ecclesia & Apostolica sede decisum. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque, quibus communiter vel diuisim à sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

¶ Et ne de præmissis aliquãdo valeant ignorantiam allegare: volumus quod locorum ordinarij requisiti præsentes litteras in ecclesijs consistentibus in eorum ciuitatibus & suarum diœcesum, & locis insignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, sermonibus ad populum mandent, & & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit deferre: etiam volumus & dicta auctoritate decernimus, quod earundem litterarum transumpto † manu publici notarij, confecto, & authentico alicuius prælati ecclesiastici sigillo munito, vbique stetur, prout staretur eisdem originalibus litteris, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginã nostræ reprobationis dãnationis statuti, ordinationis volũtatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Domicæ M. ccccl xxxiij: pridie nonas Septembris, Pontificatus nostri anno xiij.

† Instrum ex originali trãsumptũ quãq; facit plenã fidem.

De immunit. eccle.

¶ Benedictus xj.

¶ *Decretalis, clericis laicos. eo. tit. lib. 6. habet locum tantum quo ad laicos tallias à clericis exigentes, & dantes illis auxilium, & nõ quo ad soluentes: præcipit deinde Lateranense & generale concilia diligenter obseruari.*

C A P. I.

Vod † olim per felicis recordationis Bonifacium Papam octauum prædecessorem nostrum contra laicos exigentes, siue recipientes à clericis & ecclesiasticis personis tallias, decimam, vel aliam quotam seu quantitatem aliquam de prouentibus bonorum suorum, aut ecclesiarum: nec non aduersus soluentes, aut promittentes, vel consentientes, se soluturos, pœnis adiectis statutum est [a], quantum ad pœnas ipsas ex causa de consilio fratrum nostrorũ restringimus ad exigentes [b] tantummodo, & ad exigendũ dantes auxiliũ [c], cõsiliũ vel fauorẽ: non autẽ quo ad easdem pœnas in soluentibus aut recipientibus à sponte dantibus deinceps vendicet sibi locum. ¶ Cæterum attendant sollicite ecclesiarum prælati, & alij clerici Late-

† Vide c. 1. eo. tit. in Cle. cum notatis ibidẽ per doctores.

Q V O D olim.] ¶ Hæc cõstitutio diuiditur in tres partes: Nam primo recitans constitutionem Bonifacij illam restringit. Secundo §. Cæterum. sententiam duorum conciliorum subiungit. Tertio §. Attente. trãsgressoribus dictorum conciliorum pœnas comminatur.

Diuisio textualis

a ¶ Statutum est.] extra. 6. lib. de immunita. ecclesi. clericis.

A D D I T I O. In ca. clericis laicos. eo. titu. in 6. quod hodie reuocatum est, & etiam hæc declaratio saltem quo ad primam partem, vt c. 1. eo. ti. in Clemen.

Exigere est ab inuitis extorquere.

b ¶ Ad exigentes.] hoc est ab inuitis extorquẽtes. ff. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si rem. secundo respon. & alias significationes habet hoc verbũ, vt notaui extra 6. lib. de iud. ca. iuris. Ioan. Mona.

c ¶ Dantes auxilium.] omnes isti pari pœna puniuntur. argum.

extra de offi. deleg.c. 1. instit. de oblig. quæ ex delict. nas. §. penu.
a ¶ Lateranēse.] extra eod. tit. c. non minus.
b ¶ Necessitatis, &c.] Nota necessitatem & vtilitatem æquiparari.
c ¶ Generale.] extra de immu. eccl. si aduersus.
d ¶ Concilium.] Nota istud conciliū debere scribi per c dī. n. à cō, & ciliū, quadam similitudine ciliorū: quia sicut cilia iunguntur cum oculi qniescere cupiunt: ita quoque ɔcorditer iūguntur homines in concilio. Est autem cilium folliculus quo oculus tegitur: quia oculos celat. Sed consilium per s, est quod ex animi prouidentia alicui tribuitur, inde consiliolum & consiliarius.
e Pastoralis.] ¶ Tale vel simile puto fuisse exordium decisum de decre. pastoralis. in compilatione Gregoriana sub diuersis collocata tieu. qui sequūtur; de rescr de sacra. non ite. de offi. ind. delega. de offi. or. de iud. de cau. pos. & propr de fide instr. de except. de appe. de ijs quæ fi. a præla. de do. de deci. de iure pat. de priuil. Item habetur ī 6 de cle. ægro & in cle. de sen. & re iu.

ci Lateranense[a] cōciliū, quod in huiusmodi subuentionibus solum casū necessitatis[b], aut communis utilitatis, ubi laicorū ad id non suppetant facultates, deliberatione prouida noscitur excepisse: & deinde generale[c] statuisse concilium[d] propter quorundam imprudentiam, etiam in hoc casu Romanum Pontificem (cuius interest communibus prouidere utilitatibus) primitus cōsulendum. Attente igitur caueant, ne prædictorū conciliorum transgressores existant, aliq̃d in casu prædicto, & multo magis si casus ipse nō subsit, quoquo modo vel titulo inconsulto Romano Pontifice occasione subuentionum dictarum concedendo laicis, uel etiam promittendo: Alioquin tanquam canonum & tam solemnium conciliorum temerarij transgressores, quas proculdubio Deo propitio idem infliget Pontifex, grauissimas pœnas poterūt merito formidare. Nulli ergo omnino hominum, & cętera.

Pastoralis[e] cura sollicitudinis super cunctas populi Christiani nationes inuigilare remediis subiectorum, eorundem periculis obuiare, ac scandala remouere compellit. Sane quoniam ex constitutione felicis recordationis Bonifacij, &c. ut in cle. 1. eod. tit.

FINIS LIBRI TERTII.

Quartus liber vacat.

QVINTVS LIBER.

De simonia.

¶ Vrbanus iiij. aliàs v.

¶ *Pastus uel iocalia exigentes, & etiam dantes pro religionis ingressu, si sint singulares personæ, excommunicationis: si conuentus uel capitulū, suspensionis sententias ipso facto incurrunt, cuius utriusque uinculi absolutio soli Papæ reseruatur: alijs pœnis in suo robore duraturis, nisi ingredientes aliquid spōte & sine pactione obtulerint. Quid de personis iam tali labe fędatis, & bonis sic receptis faciendum sit, tandem patefacit.*

S Ane.] ¶ Aliàs incipit: Sane ne in vinea. alias, Ne in vinea. Hāc extrauag. allegat ī ca. de simoniace. extra d̄ simonia. acutissimus iuris utriusque interpres dom. Felinus Sādæus Ferrariēsis, sacri Palatij Apostolici auditor. Et ibi dicit se audiuisse a fide dignis, q̄ Vrbanus v. non intendebat comprehendere Moniales pauperes, quæ cōsueuerunt aliquid recipere uigore consuetudinis. Allegat etiā ibidem Felinus extrauagātem Martini v. quæ incipit, Multæ. & extrauagantē eiusdē, quæ incipit, Damnabile. Itē extrauagātem Eugenij 4. quę incipit, cum detestabilē. quas asserit fuisse reuocatas: ideo nec dignas occupare mēbranas. dist. 19. si Romanorū. §. itē si ideo.
f ¶ Prandia.] Vide c. Iacobus, eo. tit. in antiquis.

CAP. I.

SAne † ne in uinea Domini, nostre (licet insufficiētibus meritis) commissa custodiæ, nascentes vepres & spinæ adeo conualescant, quòd spera tam fructificationem ipsius ualeant impedire: diligentiæ nostrę incumbit officio, ut illas extirpare radicitus solerti studio procuremus.

¶ Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonullis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, & aliis locis religiosis, tam virorum, quā mulierum, ordinum, regionum, & partium diuersarum detestabilis & a canonibus reprobata seruatur abusio, quòd cum personæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obseruantiam regularem, ipsæ temeritate præsumptuosa pastus seu prandia[f] capitulis & conuentibus ipsarum ecclesiarum, monasteriorū, prioratuum & locorum, aut pecunias, aut iocalia, seu res alias ipsis ecclesiis, monasteriis, prioratibus & locis, seu præsidentibus, ex statuto seu consuetudine, quæ corruptela est potius dicēda, tribuere compelluntur: Ex quibus de-

cori ecclesiasticæ & immaculatę religionis detrahitur: Quamplures etiam tam execratione huiusmodi criminis, quã expensarum onere à sacræ religionis proposito retrahuntur: Ipsæque ecclesiæ, monasteria & loca famulantium Deo consuetis numeris remanent destituta, & in multorum mentibus fidelium scandalum generatur.

¶ Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis pœnis in talia pręsumentes inflictis a iure in suo robore duraturis, pœnam adiicere grauiorẽ: Vniuersis abbatibus, prioribus, decanis, præpositis & magistris, necnon abbatissis & priorissis, aliisque prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunque etiam ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum & locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quàm non exemptorum, quocunque nomine censeantur, ac capitulis & conuentibus & singularibus personis eorum, tenore præsentium auctoritate Apostolica, (quamuis sit eis à iure inhibitum) districtius inhibemus, ne tam a maribus quàm a mulieribus uolentibus ingredi eorum religionem, ecclesias, monasteria, prioratus, domus seu loca in earundẽ personarum receptione, aut ante uel post illã, quoscunque pastus, prandia seu cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad usum ecclesiasticum, seu quemuis pium usum alium deputata uel deputanda, directe uel indirecte petere, uel exigere quoquomodo præsumãt: Sed eas potius cũ omnimoda pietate recipiãt ac in uictu & uestitu sicut alias personas suarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuũ, domorum & locorum syncera charitate pertractent. Illa dumtaxat, quæ personæ ipsæ ingredientes pure & sponte, & plena liberalitate, omnique pactione cessante dare uel offerre ecclesijs, monasteriis, prioratibus, domibus, & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi: Nos enim qui secus egerint, si sint singulares personæ, tam dantes quàm accipientes, huiusmodi excommunicationis: si capitulum vel conuentus fuerit, suspensionis sententijs eo ipso decernimus subiacere: A quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeãt absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Cæterum personis illis utriusque sexus, quæ iam labe huiusmodi sunt fœdatæ, earum prouidentes saluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quòd per suos locorum diœcesanos hac uice dumtaxat à crimine huiusmodi & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apostolica absoluantur: canonica proinde ipsis pænitentia salutari imposita, de qua ipsorum discretioni videbitur expedire: & demum cum ipsis ut in earum ecclesijs, monasteriis, prioratibus, dignitatibus, & locis licite valeant remanere, misericorditer dispensetur. Insuper erga personas illas, quæ in præmissis recipiendo aliqua contra canonicas sanctiones peccasse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi, si ad communem vsum monasteriorum seu locorum eorum, sunt applicata, ea ad dictum usum licite concedimus retineri. Si uero ad specialem usum abbatis seu abbatissæ, prioris aut priorissæ, aut alterius singularis personę retineantur: illa vnire præcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, concessionis, & præcepti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum 2. Nonas mensis Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

¶ Paulus Venetus Papa secundus.

¶ *Omnes simoniaci cuiuscunque dignitatis aut status, sunt ipso facto excommunicati: nec habent simoniace ordinati ordinis executionem. Et electiones, aut aliæ prouisiones per simoniam factę non ualent, nec ius percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam simoniæ eadem censura ligantur, qui à solo Papa absoluentur. Et omnes prædicti sunt Romano Pontifici reuelandi.*

C A P. II.

CVm † detestabile scelus simoniacę prauitatis, tam diuinorum quàm sacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: Nos considerantes, quòd plures pœnarum grauitas, quàm Dei timor arcere solet a uoluntate peccandi, ac summis desideriis affectantes, ut horum pestiferum u[i]tium non ex u[s]u solum, sed etiam ex

† Vid. extrauagã. Sixti v. incip. Cum primũ §. Et vt simoniacæ prauitatis, p quã hæc cõstitutio inuiolabiliter obseruari mandat. Et de itellectu decis. Cassadori 5. tit. de cõstit.

ex mentibus hominum saltem propter pœnarum metum penitus euellatur: prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigijs inhærentes, ac etiam omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, priuationis, & interdicti, sententias, censuras & pęnas dudum à Romanis pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, & illos qui cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiam si Cardinalatus, patriarchali, episcopali, regali, reginali, vel alia quauis ecclesiastica seu mundana dignitatibus præfulgeant, & eorum quemlibet tam manifestum quàm occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes & innouantes Apostolica auctoritate declaramus, quòd omnes illi qui simoniace † ordinati fuerint, à suorum sint ordinum executione suspensi.

[margin: † vidẽ c. d simonia. ... & ibi ... ene per ... canoni... ias, extra de simo. ... vide om ... ino B. Tho. 2. 2. q. 100. art. ... ad quar... tum argu... mentum.]

¶ Per electiones vero, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs ecclesiasticis, & quibusuis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit adstrictus.

[margin: † Vide oĩ... no Cassa... torum de ... tione 5. sub titu... lo de con... stitutioni... bus,]

¶ Statuentes † præterea, quòd vniuersi & singuli etiam præmissis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quòd illa fiat mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolui, præterquam in mortis articulo constituti.

¶ Et vt huiusmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus & singulis ecclesiasticis, sæcularibusque personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ districtius iniungimus, vt eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per se vel alios reuelare quan tocitius non omittant. Pro reuelatione huiusmodi etiam si complices † fuerint, non solum veniam à nobis, sed etiam gratiam consecuturi, si eorum iudicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod si non fecerint, absolui non valeant donec prædicta reuelent, & complices huiusmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, & cætera: nostræ confirmationis, innouationis, declarationis, & voluntatis infringere, & cætera. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M. cccclxiij. ix. Calend. Decembris, Pontificatus nostri anno primo. publicata die xxiiij. Nouembris, Anno. prædicto.

[margin: † Complices criminis qñq; præmiantur. C. ad leg. Iu. maie. l. quisquis. in fine.]

De Iudæis.

¶ Clemens quintus.

¶ Christiani arma portantes ad infideles Christianos impugnantes ipso facto sunt excommunicati, capientium serui, infames & intestabiles tam actiue quàm passiue, & eorum bona confiscata. vide cap. ita quorundam. & c. ad liberandam. extra eod. tit.

CAP. I.

[margin: † Pręter c. ita quorũdam. & c. ad liberãdã. extra d Iudæis. vide Cle. 1. eo. ti. & processũ Bullæ in cœna Domini. § 7.]

MVlta mentis † amaritudine concitamur, grauisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes quòd renati fonte baptismatis, in deuium oberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis suæ totis viribus vindicare, potius iniuriatoribus suis fauent, Sarracenorum videlicet horribili & perfidiæ nationi: & degenerantes miserabiliter à statu fidelium, famæ propriæ immemores, & salutis obliti, inimicis crucis Christi contra ipsius negotium, ferrum, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre præsumunt. Ex quo manifeste apparet quòd Christianos, qui ad defensionem hæreditatis Domini ibidem pro fide remanserunt, talibus adiuti subsidijs irreuerenter impugnant, propter quòd fidei negotium ibidem quodammodo noscitur deperire.

[margin: Hæreditatem Dñi defendũt qui infideles impugnant.]

¶ Nos igitur, qui ad liberandam terram ipsam operam dare intendimus (cum Dei adiutorio) efficacem, tam graues transgressus vlterius sustinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papæ iij. prædecessoris nostri vestigijs

inhærentes, præsentium tenore statuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre, mittere, vel portare, seu de portubus eorum, vt eisdem deferantur, extrahere vel extrahi permittere, aut eis aliàs auxilium vel fauorem præstare quoquo modo præsumat. Nos vero illos, qui contra huiusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire præsumpserint, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, a qua absolui nequeant, nisi tantum de bonis proprijs in dictæ terræ subsidium conuertendum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint, vel miserint, aut deferre, vel de ipsorum portubus extrahi permiserint deferendum: nec tunc etiam ab eadem (præterquam in mortis articulo) absoluantur sententia, absque mandato sedis Apostolicæ speciali. Et nihilominus si personas eorum capi contingat, in seruitutem & capturam illorum esse volumus, in quorum ceciderint captionem. Auctoritate insuper Apostolica statuentes, vt illi qui contra huiusmodi statutum nostrum quomodolibet venire præsumpserint, præter pœnas prædictas, quas ipso facto incurrant, perpetuo sint infames, & intestabiles habeantur, ita quòd nec testari, nec legata eis seu relicta percipere valeant; & insuper ad successiones tam ex testamento, quàm ab intestato sint prorsus & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, sintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti: & tamquam excommunicati, hostesque catholicæ fidei (postquam de ipsorum huiusmodi temeritate constiterit) diebus Dominicis & festiuis publice nūtientur, & in fiscum bona eorum omnia deuoluantur.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Iudæi ad fidem conuersi non sunt in bonis molestandi, ne sint deterioris conditionis post baptismum, quàm essent ante.*

† Vide osino extrauagantē Pauli Papę iij. incip. Cupiētes Iudæos ... hac materia plenius cauetur.

CAP. II.

Dignum † arbitrantes & iuri consonum, fonte renatos baptismatis Iudaica cæcitate dimissa amplioribus fauoribus aut gratijs, quàm antea abundare: indecens & absurdum, vt qui in perfidia abundarent, cogantur mēdicare fideles: vniuersis & singulis rectoribus, & alijs officialibus comitatus Venesini, aliorumque comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apostolicam sedem districte præcipimus & mandamus, quatenus conuersis huiusmodi, & qui in posterum conuertentur, in possessionibus & bonis alijs quocunque nomine censeantur, quæ in comitatibus & terris prædictis cōuersionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione prædicta nullam molestiam inferant, nec ab alijs inferri permittant, sed ipsis in his & alijs se fauorabiles exhibentes, ipsos ab iniurijs & molestijs protegant & defendant, vt sic de seruitute ad libertatem se transisse percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimissam perfidiam compellantur. Nulli ergo, & cætera: nostrorum præceptionis & mandati infringere. Datum Auin. x. Calend. Augusti, anno iiij.

E eo.] ¶ Hæc decre. interpretatur constitutionem extra 6. lib. de hære. cap. per hoc. Et in quatuor partes diuiditur. Primo, dictam constitutionem eius 2. respon. recitat. Secundo versic. [Nos consulere] iuxta ipsum responsum quæstionem formans dicti responsi interpretationem dat. Tertio §. [Verum.] Et quarto §. [Rationem.] circa præmissa duos casus: q emerserunt, determinat. a ¶ Processus.] Vsque

De hæreticis.

¶ Benedictus vndecimus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ *Decretalem, Per hoc. eod. titu. lib. 6. declarat, bona hæreticorum per diœcesanos vsurpari vetans.*

† Præter notata in c. per hoc. de hæret. li. 6. vide Nicolaū Eymericū i Directorio inquisitorum, part. 3. q. 50. 51. & 52. Repertorium in quisitorū verbo, communicare. & ... chinum tract. de hæretic ...

CAP. I.

Ex eo † quòd quædam nouella constitutio super negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octauo prædecessore nostro edita continet, quòd in ipso negotio per diœcesanos episcopos & Inquisitores super eodem facto inquiri valeat cōmuniter vel diuisim, & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem cōicare processus a. Nos consulere voluistis, quando & quotiens sit ista processuum communicatio facienda.

¶ Nos

huc mens dictæ constitutionis recitatur: sed postmodum quæstio formatur:& solutio eiusdem & iuris noui editio subijcitur.

a ¶ Nos autem.] ad quæsita per ordinem respondet.

b ¶ Procedunt, &c.] non est diuisio, nec in facto, nec in iure, sed potestatis datæ persecuti, argumen ff de offic. proconsul. l vna. extra, lib. 6. de offic. deleg. cum plures.

c ¶ Per legem.] vide authen. ad hæc. C. de iudi.

Vas electionis.] d ¶ Generali.] extra de peniten. & remiss c. omnis.

¶ Nos [a] autem de fratrum nostrorum consilio intelligendo diœcesanos & Inquisitores tūc demum diuisim procedere, cum hi & illi separatim, non quando episcopi tantum, vel inquisitores tantum procedunt, consultationi vestræ breuiter respondemus, quòd quando vtrisque procedunt [b] seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nil restat agendum, nisi quod solum sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset videri per legem [c] ciuilem, quòd sicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre sententiam, vt puta quando administrator delegat causam sibi sententia reseruata: saltem in principio, idest, cōtestatione, rursus in medio, & semel in fine, quæ sunt examinata audire debet, ita & in casu præsenti, vbi ex actis coram alio habitis alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recenseat, quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamē id æquitas canonum non admisit. Vnum sane casum excipimus, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actis visis: Ex hac .n. causa semel tantum (vt fraudi locus non fia) in toto negotio copia tribuatur. ¶ Verum quia † nonnulli diœcesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatæ propter expensas, quas dum inquirunt in sæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iuri absonum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus. Rationem autem ijdem diœcesani prouentuum, obuentionum ex inquisitionis officio à vobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine, vel mandato contrarijs non exposcant: sed eam cameræ nostræ vel alij, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis: quæ generaliter obseruari iubemus.

† Vide Eymericū in Directorio inquisitorū par. 3. q. 104. & q. 105. & sequen.

Ordinarij inquisitionis officium proprijs expensis explere debent.

Ioan. xxij.

¶ *Tres errores magistri Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis hic damnantur.*

CAP. II.

Vas electionis † doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuersum, præsumptuosam illorum audaciam refrænare sollicitus, qui prudentiæ proprię innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere, salubri doctrina suggessit: & iuxta Sapientis † eloquium: Quisque suæ prudentiæ modum ponat. Sane dudum cum dilectum filium magistrum Ioannem de Poliaco sacræ theologiæ doctorē certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocauissemus: fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quòd ipse in quibusdam articulis tangentibus pænitētiæ sacramentum non sobrie, sed perperam sapiebat, infrascriptos articulos periculosos cōtinentes errores docens publice in suis prædicationibus & in scholis. Primo siquidem astruens, quòd confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quòd stante omnis vtriusque sexus, edicto in concilio generali † [d], Romanus Pontifex non potest facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum: immo nec Deus posset hoc facere: quia (vt dicebat) implicat cōtradictionem. Tertio, quòd Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse (vt præmittitur) proprium curatum.

¶ Nos igitur scire volentes si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum præmissorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignari, & ad sui defensionem plenam audientiam sibi præbuimus, tam in nostra & fratrum nostrorum præsentia in consistorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad huiusmodi officium deputatis. Verum licet præfatus magister

† De materia vide B. Tho. & alios li. 4. sent. dist. 17. & canonistas in c. oīs, de pæniten. & remis.

Roma. 12.

† Prouer. c. 23.

† Scilicet Lateranen. sub Inno. iij. cap. 21.

gister dictos articulos & contenta in ipsis defendere niteretur, asserebat tamen se paratum credere & tenere in præmissis & alijs, quæ tenenda & credenda esse sedes Apostolica definire. Nos igitur attendentes, quòd prædictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum ipsos per prælatos magistros in theologia examinari fecimus diligenter. Nosipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem & examinationem super his habitas comperimus, præmissos articulos doctrinam non sanam, sed periculosam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos, idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suæ habitæ contrarijs demonstratis, in consistorio reuocauit, asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, & dicens se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, prædicationem, & doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit) animæ simplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tanquam falsos & erroneos, & à doctrina sacra deuios auctoritate Apostolica condemnamus & reprobamus de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam contrariam, veram, & contrarium esse catholicum asserentes: scilicet, quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale †. Optantesque veritatis vias notas esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs innitendo, vniuersis & singulis districtius inhibemus, ne quisquã præmissos articulos per nos (vt præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipsorum, vtpote à catholicis mentibus respuenda, tenere audeat seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis & singulis vestrum in ciuitatibus & diœcesibus vestris conuocato clero & populo communiter omnia præmissa & singula per vos seu alios solemniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Ioanni mandamus, quòd in scholis & sermone Parisiis prædictos articulos & contenta in eis tamquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, asseueratione constanti publice debeat reuocare: Quòd se facturum dictus magister Ioannes efficiter repromisit. Datum Auin. viij. Calen. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

† Id est cõcíliũ generale Lateran. sub Innocentio iij. ca. 21. & refertur in c. omnis, de pæni. & remiss.

¶ Idem.

¶ *Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales & nuntios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali, sed de eorum excessibus informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.*

CAP. III.

Cum Mattheus † de Pontinian. ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apostolica deputatus, friuola occasione quæsita, ac nostra & Apostolicæ sedis reuerentia & honore postpositis, in dilectum filium G. de Baleto, archidiaconum Foroliuien. capellanum nostrum, Campaniæ, maritimæq; rectorem excommunicationis sententiam incõsultis motibus, non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes decætero talium præsumptoribus obuiare, vniuersis & singulis tam ordinarijs, quàm delegatis iudicib. & inquisitoribus prauitatis eiusdẽ, & alijs vniuersis & singulis, quacunq; auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales vel nuntios, aut ipsorum aliquem quauis occasione vel causa, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras concedenda, plenam faciente de tenore præsentium mẽtionem, procedere quoquo modo præsumãt: aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspẽsionis, seu quasuis alias sentẽtias promulgare. Nos. n. exnunc decernimus irritũ & inane quicquid contra inhibitionẽ & mãdatum hmõi contigerit attentari. ¶ Volumus tamen, qđ diœcesani & inquisitores prędicti super ijs, quæ negotium tangunt fidei: alij vero

† Super hac cõstitutione vide omnino cõsiliũ Lapi incip. Factũ super quo. id cõsiliũ nũc circunfertur post cõsilia Oldradi. ad. de Eymericum in Directorio inquisit. par. 3. q. 26.

super

super iis, quæ rem tangunt vel publicam vel priuatam, siue ordinarii, siue delegati quacunque auctoritate fuerint, prout posset ad eorum officiū pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, se plenius informare: idque nobis significare studeant, vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auiñ. xij. Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno undecimo.

De schismaticis,

¶ Benedictus xj.

¶ Processus & sententias latas per Benefaciū octauum contra Iacobū & Petrum de Columna tanquam scismaticos, & eorum posteros, reuocat hic Benedictus vnde cimus, exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat, & sic (vt clare patet) hæc extrauagans corrigit, & prorsus reuocat capitulum vnicum. eodem titu. lil. 6.

CAP. VNIC.

Dudum bonæ memoriæ a Bonifacius Papa octauus prædecessor noster contra Iacobum, Petrum & Ioannem de sancto Vito, Ottonem quondā Agapitum, Stephanum & Iacobum Scyarram nepotes memorati Iacobi & filios olim Ioannis de Columna, & posteritatem eorum, necnon contra Richardum, Petrum & Ioannem de Monte nigro, ac adiutores, fautores, & receptatores eorum, cuiuscumque status, etiam si imperiali vel regali dignitate fulgerent: contra ipsam insuper Prænestē dum vixit varios fecit processus: sententias graues pœnas habentes & multas b, prout in eisdem processibus continetur, ex quibus sic paucas ex multis c & prolixis breues exprimimus, quòd intelligi volumus specialiter singulas numeratas, & nominatim expressas. d Inter cætera siquidem deposuit dictos Iacobum, atque Petrum à Cardinalatibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, reddens eos & filios dicti Iacobi, & posteritatem eorum inhabiles ad Apostolicæ dignitatis apicem & Cardinalatus honorem: ipsos, eosdemque Iacobum & Ottonem, & Richardum beneficijs ecclesiasticis & ecclesijs cunctis priuauit, eosque & Agapitum, Stephanum, & Scyarram prædictos banniuit ab vrbe, & ita Ecclesiæ supradictæ ipsorum confiscauit bona

Dvdum.] ¶ Hæc epistola plures processus narratos extra 6 lib. de schism. c. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes: nam processus contra Columnēses, & adhærentes eisdem primo in genere, & postmodū specialius recitat. Secundo §. Nos itaq;. paucos de dictis ꝓcessib. excipiēs, cæteros alios viribus euacuat, quādam inhibitionē annectens. Tertio versi. Non obstantibus. euacuationem huiusmodi per non obstantia corroborat.

Bonæ memoriæ post mortem dicuntur aliqui.

a ¶ Bonæ memoriæ] Papa post obitū dicit̄ bonæ memoriæ. ext. de æta. & quali bonę, Idem in ep̄is & superioribu ext. de elect bonæ memoriæ 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri & diaconi sic nominabuntur? Dic ꝙ sic: q̄a pars corporis Papæ sunt, & de eius latere & patricij merito appellantur. C. ad leg. Iul. maiest. quisquis. extra. 6. lib. de offic. lega. c. 1. insti quibus mod ius par. pot. sol. §. filiusfamilias. ex quo enim viciniores sunt summi Pontificis, maiori ꝑrogatiua gaudere debent, arg. ff. si tabu. testa. nullæ extabunt. l. 1. 1. respō. Cardinales enim sūt liberi primi gradus & sunt membra capitis: cæteri prælati sunt mēbra corporis: alij autem sunt liberi nō primi gradus. Si aūt sint premissis inferiores, improprie bonæ memoriæ dicūtur. extra de appel. bonæ. extra de cōfir. vti. bonę. vtrum reges dicuntur claræ vel inclytę memoriæ. & olim imperatores dicebantur diuę memoriæ C. mād. l. fi. 16. q. 3 placuit Sed quæro, quidam Papa exactionibus improbis, simonijs & turpiloquijs ecclesiam fœdauit, vt hic, nūquid ꝑ dictos actus posset dici malę memoriæ? Dic ꝙ non: quia respici debet non ad id qd̄ fecit, sed ad id qd̄ ipsum facere decuit ff de offi. pręsi. sed licet ff. de iust. & iure, l. pen. §. prætor. extra de elect. cum causam. vnde malus prælatus, & si non habeat diadema sanctitatis, hēt tñ diadema dignitatis quæ ex se, nec de se peccauit, licet suppositū cui dignitas inerat male egerit, ꝑ quod dignitas sibi coniuncta infecta fuit. 7. q 1. scire. & not simile C. de sum tri. inter claras 2. iñ. Itē prælatus etsi non sit bonus, pro bono tamē ponitur, vnde Pro. uerb. 26. Sicut q̄ mittit lapidem in aceruū Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. certum est, ꝙ in computādo denarios paruulus pro mille ponitur, sic prælatus quia præsidēs est toti cōitati virtute secundum Philosophū: & ob hoc debet honorari, quia patres sunt ꝑlati auth de incestis nup. §. sancimus coll. 2. ff. de obseq. l. liberto. & dij vocantur ꝑ ordinis excellētiam, & officij dignitatem. extra de hæret. cū ex iniuncto. Item ꝑlatus non dr̄ bonę memoriæ ratione suppositi, sed dignitatis, quę de se, nec à se deliquit. & delictū ꝑsonæ nō redundat in damnū ecclesiæ. extra 6 li. de reg. iur delictū. & hoc casu, vbi de his ponerem, sicut vilē ponerem. ext. de in integr. resti. tum ex litteris, in princip & extra de verb sig. venerabili. & extra de accus. licet. extra 6. lib. de hæret. cum secundum in fi. extra, 6. lib. de sen. ex cō. statutum. ext. eod. lib de verb. signi. veniens extra eod. lib. de cōces. præb auctoritate. ext. de rescript. constitutus. extra, de frigid. & malefic. c. fi.

Cardinales respectu Papæ sunt liberi primi gradus

b ¶ Multas.] quæ sit differentia inter multam & pęnam, habetur. ff. de verb. sign. si qua. & notat. C. de modo mult.

c ¶ Ex multis.] in proœ. ff. §. 3.

d e Expressas.] similis modus loquendi habetur. C. de ꝑscrip. xxx. vel xl. ann. oēs & no. de hoc extra 6. li. de procur. qui ad agēdū. Et ratio huius dicti est, quia hic agitur de liberādo, quod est promptius q̄ ligare. ff. de action. & oblig.

Iura facilius soluunt, q̄ ligent.

Arianus.

& iura, plurium excommunicationum sententijs innodauit, addixit infamiæ, capiendos exposuit, iudicauit schismaticos, & tamquam hæreticos puniendos, ab administrationibus & officijs, iurisdictionibus exercitio & dignitatibus in vrbe & circa, in Romana Ecclesia & curia, ac ipsorum posteros perpetuo, & in terris Romanę Ecclesiæ vsque in quartam generationem per masculinum & femininum sexum coercuit, eis incolatum, ciuilitatem & habitationem vrbis, circumpositæ regionis & terrarum subiectarum Ecclesiæ interdixit, & intestabiles fecit. ¶ Nos itaque qui eius vices in terris gerimus, cuius est propriũ misereri & parcere, eorum miserijs & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commouemur, ipsis pietatis nostræ aperimus viscera, & mansuetudinem non negamus, misericordes ab eis non auertimus oculos, illisque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas depositionis à Cardinalatibus, priuationis à beneficijs & ecclesijs, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum & iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus, & alijs concessa sunt (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præsens) sententias, pœnas, & multas, & aliàs [a] quæ in processibus memoratis siue alibi continentur, verbo etiam in vita ipsius vel in morte in eos latas & inflictas seu confirmatas & innouatas per prædecessorem eundem, sicut si (vt prædicitur) essent per nos specialiter numeratæ & nominatim expressæ tam ad prædictos Iacob. & fil dicti Ioannis de Col. masculinam & fęmininam prolem eorundem Ioannis & filiorum per vtrumque sexum posteritatem descendentem ab eis Pet. & Richardo, & Ioan de Monte nigro præfatos, quàm ad coadiutores, fautores, receptatores, susceptores & sequaces eorum quoslibet alios, penitus tollimus & viribus vacuamus: Ita quòd nec etiam pro præterito tempore possint super eis aliquæ personæ impeti, quæ incurrissent eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Eisque [b] quod quæuis alia quàm præfatarum depositionis à Cardinalatibus, priuationis beneficiorum & ecclesiarum, confiscationis bonorum & iurium, quæ (vt præmittitur) dictis ciuibus seu alijs sunt concessa, & inhabilitatis ad Papatum sententia siue pœna abstulit reddimus [c]. Et irre ulari tatem [d], quam quoquo modo cõtraxerint, remouemus: & notam abolemus [e] ipsius: Inhibentes ne iam dicta Pręneste cum monte suo reędificetur vel muniatur, aut ciuitatis nomen siue episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis, per quæ præsentibus non expressa

Arianus. extra de proba. ex litteris. præsertim ab ijs, quæ surgunt ex delicto. ff. de pactis, l. si tibi decem. §. quædam.

a ¶ Et aliàs.] hæc dictio, aliàs, aliqñ est ad uerbiũ tpis, vt cũ dicitur, aliàs hoc faciam. & aliquando loci, vt cũ dicitur, aliàs venit ad me. sed hic accipitur pro aduerbio qualitatis, vt sit sensus, ꝙ nedum pęnas & multas prædictas, sed etiam aliàs id est aliter omnia illa q̃ in & cessibus, &c. Alij dicunt ꝙ debet esse dictio, alia: Sed hoc nihil est propter adiectiua, quæ sequũtur, s. latas, & inflictas, &c. quia tunc secundum stylum curiæ diceretur in neutro genere, non in femino, nec hic seruatur grammatica Prisciani dicentis ꝙ masculinum & femininum genera concipiunt neutrum. & Priscianus melius dicit, inspiciendo dignitatem generũ. Sed stylus curię omnia superiora per neutrum sententiosius comprehendit, nam neutrũ adiectiuum de omni genere secundũ philosophum prędicatur vt vir est album, mulier est album, & mancipium est album

Adiectiuum neutrũ de oĩ generẽ p̃dicatur.

b ¶ Eisque.] scilicet reddimus illud, quòd sententia siue pęna abstulit, quod est infra.

Beneficiũ in irregularitate acq̃situm an si illa purgata retineri possit.

c ¶ Reddimus.] quęro, vnus de prędictis est excommunicatus occasione dictorum processuum, & se immiscens postmodum diuinis, factus est irregularis, postmodũ recipit beneficium, nunquid post hanc relaxationem poterit illud retinere? Videtur quòd sic, q a verbum reddendi, significat retro dare. ff. de verb. sign. verbũ reddendi. hoc idẽ innuit textus pcedens ibi, nec & pro præterito, &c. Dic vbi ius non esset alij acquisitum in re vel ad rem, crederem istum ius habere in beneficio. vitio expresse purgato per dominum qui potest. arg ff. de vsuc. si fur. & notatur simile. extra de renuntia. post translationem. in fin. Sed vitio non expresse purgato, opus est noua electione, vel collatione. argu. extra de æta. & quali. cum bonæ. extra de exces. prę la. tanta. nota simile de exces. prę la. tanta nota simile de elect. dudum. i. secus si alter haberet ius in re, vel ad rem. C de emanc. libe. nec auus & extra, 6. lib. de rescrip. quamuis. Sed dices dicta decret. excipit hunc casum. Sed dic quòd hic non est expresse dictum, sed in genere, non loquendo de iure alterius, non de præiudicio alterius faciendo, vnde exceptionem, quæ cõpetebat ex fact. Papæ Papa non tollit, nisi hoc expresse agatur extra de consuetu. cũ olim in fi & d. c. quãuis & ideo quod hic dicitur, intelligo, ꝙ pro tunc non possit impeti in iure nouiter acquisito.

d ¶ Irregularitatem.] occasione pręmissorum incursam, nam ad pręcedentia faciẽda est relatio ff. de postula. l. 1. § deinde cũ adiecit. secus de irregularitate aliũde causata.

Relatio fit ad pcedentia.

e ¶ Abolemus.] idest delemus vnde abolere est, quod olet velmecular, tollore seu auferre. Et q d sit abolitio, & eiusdem diuisio, not. Azo. C. de abolit.

Abolere quid est.

pressa vel totaliter non inserta, earum effectus possit quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in nostris litteris fieri mentio specialis.

De furtis.

¶ Ioannes xxij.

¶ Publicatio excommunicationis latę in eos qui furati sunt thesaurum ecclesiæ, quem iubẽte Clemente Papa de Perusio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerant. & hic habetur optima practica monẽdi malefactores, vt intra certum terminum satisfaciant, aliàs excommunicationem incurrant, & modum ipsius excommunicationis publicandæ hæc extrauagans clare manifestat.

CAP. VNICVM.

IN fideles & stolidæ prædicationis alumni se per culpæ vitium indignos efficiunt, vt matris Ecclesiæ filij noncupentur, dum ad ipsius matris iniuriam se conuertunt (quod graui nos commotione perturbat) matris eiusdem pietatem offendunt: & his in pernicem miserabili cæcitate delapsis, respergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis. ¶ Dudum siquidem nonnulli degeneres filij, qui ad quæque nefaria currere sunt ausi, peruersis auibus in matris eiusdem prosilientes iniuriã & offensam, illam thesauri sui maximam partem, quæ de Perusio ad ciuitatem Lucanam de mandato felicis recordationis domini Clementis Papæ quinti prædecessoris nostri, dum adhuc viueret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate, clericum Burdegalen. diœcesis, & Guliel. de Luna seruientem prædecessoris eiusdem, vnà cum dilecto filio Iacobo de Casalibus decano ecclesiæ sancti Seuerini Burdegalensis diœcesis capellano nostro, extiterat deportata. & quæ in sacristia monasterij sancti Fedriani Lucanen. tunc temporis seruabatur, deinde ad camerã prædecessoris eiusdem fideliter deferendam, tempore inuasionis ciuitatis Lucanen. direpserunt in prædam, & de præfata sacristia per violentiam asportarunt. ¶ Nos igitur ad recuperationem thesauri prædicti sollicitis studijs prætendentes, omnes & singulos asportantes thesaurum prædictum, & alios penes quos aliqua de thesauro fuerunt, vel adhuc existunt, auctoritate Apostolica coram hac fidelium multitudine copiosa monemus, vt ea nobis, aut ei quem ad id duximus deputandum intra quattuor mensium spatium à die datæ publicationis præsentium numerandum, cum integritate restituant & assignent: ac omnes & singulos scientes vbi vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint vel existant, ut intra terminum supradictum nobis aut ipsi deputato nostro indicare studeant: alioquin in omnes & singulos monitionis huiusmodi contemptores, cuiuscunque dignitatis, status, uel conditionis extiterint, etiam si patriarchali uel superiori, aut alia quacunque præeminẽant dignitate, exnunc auctoritate prædicta excommunicationis sententiam promulgamus: Mandantes illos per diœcesanos locorum & rectores parochialium ecclesiarum, ciuitatum & diœcesum earundem, singulis diebus Dominicis & festiuis pulsatis campanis & candelis extinctis excommunicatos publice nuntiari, processuri ad grauiora nihilominus contra eos, necnon & contra ciuitates, communitates, uniuersitates, & singulares personas quascunque, quæ fuissent in præmissis culpabiles, sicut proteruia ipsorum exegerit, & uiderimus expedire. Non obstante si eis aut eorum aliquibus uel alicui sub quacunque forma uel conceptione uerborum, à sede apostolica sit indultum, quòd excommunicari non possint, per litteras sedis eiusdem non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam effectus præsentium impediri possit, uel quomodolibet retardari.

¶ Vt autem huiusmodi nostra monitio uerius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas monitionem continentes eandem, in ecclesia Auinionen. appendi uel affigi ostijs seu superliminaribus eiusdem ecclesiæ faciemus, quæ monitionem ipsam suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt: ita quòd omnes & singuli, quos monitio ipsa contingit uel contingere potest, nullam postea possint excusationem præ-

prætendere, quòd ad eos talis monitio non peruenerit, vel quòd ignorauerint eandẽ: Cũ non sit verisimile remanere quo ad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione ij. Calen. Aprilis, Pontificatus nostri anno I.

De crimine falsis.

Ioan. xxij.

¶ *Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantũ de falso & adulterino posuerunt. Et si eorum facultates non sufficiant, pœna per iudicis discretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et si sint clerici beneficijs habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiũtur. Vide extrauagantem Io. quæ incipit: Prodiens, & est sub eo. tit. collocata.*

CAP VNICVM.

† Vide B. Th. 2.2. q. 77. art. 2. ad 1. arg. & ibidẽ Caiet. Oldrad. cõs. 74. incip. An Alchimista peccet. & late Cassaneum in catalogo gloriæ mũdi par. 11. consideratione 40.

SPondent †, quas non exhibẽt diuitias pauperes Alchimistæ: pariter qui se sapientes existimant, in foueam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchimiæ alterutrum se professores ludificant, cum suæ ignorantiæ cõscij, eos qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint, admirantur: quibus cum veritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: ijdemque verbis dissimulant falsitatem, vt tandem quod non est in rerũ natura, esse verum aurum vel argentum sophistica transmutatione confingant: eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non aliàs alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. ¶ Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali constitutione sancimus, vt quicunque huiusmodi aurum vel argentũ fecerint vel fieri secuto facto mandauerint, vel ad hoc scienter dum id fieret facientibus ministrauerint, aut scienter vel auro vel argento vsi fuerint vendendo vel dando in solutum, verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti alchimitum existat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitime constiterit deliquisse: facientibus nihilominus nihilominus aurum vel argentum alchimitũ, aut ipso (vt præmittitur) scienter vtentibus perpetuæ infamiæ nota respersis. ¶ Quòd si ad præfatam pœnam pecuniariam exoluendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio iudicis pœnam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotij, personarum differentiam, aliasque attendendo circunstantias) commutare. Illos vero qui in tantæ ignorantiam infęlicitatis proruperint, vt nedum nummos vendant, sed naturalia iuris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumque violent interdicta, scienter videlicet adulterinam ex auro & argento alchimito cudendo seu fundendo, cudi seu fundi faciendo monetam: hac animaduersione percelli iubemus, vt ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si clerici fuerint delinquens, ipsi vltra prædictas pœnas priuentur beneficijs habitis, & prorsus reddantur inhabiles ad habenda.

Moneta falsa ab oculis fidis facile discernit.

INter cunctas.] ¶ Hæc constitutio habet sex partes. In qua-

Alchimistæ sunt infames.

Qui non habet in ære, luat in corpore. ff. de iniur. l. fin. C. de ser fug. l. quicunq; & inst. de pœ. te. li. ti. §. fina.

De priuilegijs.

¶ **Benedictus xj.**

¶ *Hæc extrauagans dat Prædicatoribus & Minoribus priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confessionum auditiones, & sepulturas. De secundo in §. Sed quia multotiens. De tertio in §. Porro. Et licet sit reuocata per Clem. 2. de sepult. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non sunt retractata. Et potuisset non inepte poni sub tit. de sepult. Sed non est inconueniens idem cap. diuersis respectibus sub varijs collocari titulis, vt patet in c. significantibus. extra de libel. obla. & de appell.*

CAP. I.

INNTER cunctas † sollicitudines nostras, quibus nos pastorale premit officium, & debitum Apostolicæ seruitutis adstringit, illa debet esse præcipua, vt gregi

† Vide extrauagantẽ Sixti iiij. incip. V ces illius tit. d. treg. & pace. iter cões.

gregi [a] Dominico nobis superna dispositione commisso [b], animarum cura non desit [c], ne illum lupus [d] rapax antiquus serpens humani generis inimicus inuadat, eiusque sanguis de nostris (quod absit) clamante propheta [e] manibus requiratur. Debemus insuper quantum ex alto permittitur, pacem [f] inserere, remouere [g] scandala, iurgiorum [h] amputare materiam, & intelligere super egenum & pauperem: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem.

¶ Sane [k] dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa octauus prædecessor noster, quandam specialem inter prælatos, rectores, seu sacerdotes & clericos parochialiũ ecclesiarum ex parte vna & Prædicatorum ac Minorum ordinum fratres ex altera, super faciendarum prædicationum, audiendarum confessionum per eosdem fratres, ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis constitutionem [l] edidit, certum his modum imponens, prout in eadem cõstitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete turbatio nata est, pro concordia sunt suborta dissidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noscuntur: sicque dum ansam soluisse se credidit, nodum [m] ligasse videtur, & septem, vno hydræ [n] amputato capite, suscitasse. Nec mirum, quia plerunque pariunt [o] nouitates discordiam, præsertim dum ab eo quod diu æquum visum est, per nouam constitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens vel alia causa subest.

¶ Ideoque cupientes, vt ipsi gregi cura nostra eo plenior impendatur, quò amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, super egenũ intendentes & pauperem, ac nouitatem per eandem constitutionem inductam: Statuimus de fratrum nostrorum consilio, vt priorum ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in ecclesijs ac locis ipsorum, quæ impræsentiarum habent & in posterum obtinebunt, ac in plateis communibus seu publicis, libere absque diœcesanorum & aliorum prælatorum petita licentia valeant clero & populo prędicare, eique proponere verbum Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœcesani prædicti prædicarent, vel coram se facerent prædicari, prædicẽt ijdem fratres: putamus etenim dignum, vt maiori [p] minor, & superiori [q] inferior deferat in hac parte: nisi forsan aliud circa hoc facerent de voluntate diœcesanorum ipsorum, aut in studijs generalibus prędicarent diebus illis dumtaxat, quibus sermones ad clerum fieri solent & solemniter prædicari, seu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum festis specialibus seu peculiaribus: quia in his casibus

rum prima prooemiũ ad dicenda generale, & postmodum speciale præmittitur. Secundo § ideoque. articulus de prædicationibus faciendis. Tertio §. Sed quia. articulus de confessionibus audiendis. Quarto. §. Porro. articulus de lucris sepulturarum deciditur. Quinto §. ad hoc. Papa clerum alloquitur. Sexto §. Hæc autem. hic statuta per multa non obstantia firmantur.

a ¶ Gregi Dominico.] in quo debet esse aliquid speciale. C. de grege Dominico. l. vna. lib. 11. & cuius præcipuus est director extra 6. lib. de electio. vbi. §. cæterorũ.

Psal. 10.

b ¶ Commisso.] in persona Petri, per hęc verba, Pasce oues meas. extra de elect. significasti.

c ¶ Nõ desit.] ne Papa faciat vt pastores mali, quorum defectus ponuntur Ezechiel. 33. cap.

d ¶ Lupus rapax.] hæc verba dicta sunt primo de Beniamin, Gen. 49.

e ¶ Propheta.] ex Ezechie. 3. sanguinem eius, scilicet impij, de manu tua requirã. extra de offi. ord. irrefragabili. 1. respõ. & dic sanguinem idest peccatum, quod est sanguine piandũ vt Leuit. 4. & Hæbræ. 9.

Sanguis impij de manu p̃[...]i req[...]tur.

f ¶ Pacem inserere.] cum sit vicarius regis pacifici, idest Christi, in prooe. decret. sic econtra inimicus homo, idest demon zizaniã seminat. extra de elect. licet de vitanda.

g ¶ Remouere scandala.] extra 6. lib. de offi. lega. officij.

h ¶ Iurgiorum amputare materiam.] quæ ex cupiditate procedit. extra in prooe. decre.

i ¶ Egenum.] in Psal. 40.

k ¶ Sane.] hic prosequitur prooemium speciale, recitans constitutionem, Super cathedram, quæ nominatur infra. §. fi.

l ¶ Constitutionem.] quæ incipiebat: Super cathedram. & illa per istam reuocata, vt infra eod. in fin. est hodie approbata per Clementem quintum. patet in cap. 2. de sepul. in Cle. Ista autem quæ est Benedicti xj. ibidem reuocatur.

m ¶ Nodum ligasse videtur.] extra de verborum signific. cũ olim.

n ¶ Hydræ.] hydra est serpens aquaticus dictus ab hydro quod est aqua, cui secundum fabulas vno capite abscisso plura nascebantur eidem. secundum sensum autem moralem vnum male gestum plura mala generat: quia vno principio illicito dato multa mala sequuntur. authent. vt iudi. sine quoquo suffr. §. 1. coll. 2. aqua cuius cursus obturatur, multos meatus facit.

Hydra quid sit.

Psal. 40.

Vitium vnũ plura generat.

o ¶ Pariunt nouitates discordiam.] ext. de consue. cum consuetudinis.

p ¶ Maiori] nota statum prælatorum maiorem statu religiosorum, at religiosi ad prælaturam ascendere non debent, argu. 93. dist. legimus. in fi. extra 6. lib. de electio. nullus. in fin.

q ¶ Superiori.] not. quod exempti vt prædicatores & minores iure communi superiores [1] episcoporum esse censetur & si ijdem exempti in pluribus casibus prælatis subsunt. extra de hæret. ad abolendam. extra 6. lib. de præb. cap. 1. in fin. & aliquando sunt sedis Apostolicæ delegati legatione generali extra 6. lib. de sta. regul. cap. vnico. §. & quoniam. ff. de constitu. princip l 2.

1 Intellige sano modo quoniam in his, in q̃bus sũt exempti ep̃is non obtemperant, & ita possũt dici superiores.

a ¶ Inuitis

† Inuitus est q. non probatur consensisse.

a ¶ Inuitis.] dic inuitum qui non probatur consensisse. ff. de fur. qui uas. § uetare. ff. de procur. filiusfamilias. §. inuitus & ff. de seru. urba. præd. inuitum. argu. contra. ff. de mand. qui patitur.

b ¶ Superioribus.] superiorem uoco diœcesanum seu illum, qui habet ius diœceseos. & concurrere potest cum rectore. ext. 6. lib. de tempo. ordi eos. & c. cum nullus. ut ē metropolitanus. cui non est superior in prouincia sua, nisi in certis casibus not. extra de offic. ordin. pastoralis.

† Prædicatio nō sēper retrahit audiētē a peccato.

c ¶ Ad salutem.] Roma. 10.

d ¶ Concilij.] extra de pœnitē. & remissio. omnis.

e ¶ In morte.] extra de off. ordi. pastoralis. §. 1 extra 6. lib. de pœnit. capit. final. §. præsenti.

cum diœcesanis in prædicatione concurrere poterunt. Vbi uero ijdem diœcesani uocarent generaliter ad se clerum aliqua ratione, vel urrente causa illumducent congregandum; ea hora in studijs memoratis diebus sæpedicti fratres ab huiusmodi prædicatione cessabunt. In ecclesijs autem parochialibus fratres ipsi inuitis [a] eorum rectoribus seu sacerdotibus (nisi iussi à superioribus [b] eorundem) non audeant prædicare.

¶ Sed † quia multotiés propositum uerbum Dei audientem a peccato nō retrahit, idcirco post prædicationem necessarium est pœnitentiæ sacramentum, circa quod (nisi articulus necessitatis occurrat) sacerdoti facienda oris confessio (prout scriptum est: Corde ad iustitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutem [c]) exigitur: aliàs frustra esset in sacramento eodem sacerdotis (qui inter lepram & lepram debet discernere) ministerium institutum. Electi igitur ab eisdem fratribus ad audiendas confessiones & pœnitentias iniungendas, libere auctoritate Apostolica absque licentia diœcesanorum & aliorum prælatorum inferiorum exemptorum, & non exemptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri uolentes: Non religiosos, qui secundum statutia suorum ordinum proprijs prælatis confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur alijs prohibentur, absoluant: ipsisque pœnitentias salutares iniungant, intra sibi designatos terminos ad huiusmodi exercendum officium constitutos. Excommunicationis uero uel alias sententias per prælatos latas contra hoc uel in eius fraudem, denuntiamus irritas & inanes, nec confessi ipsis fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis & absoluti pœnitentes, de illis sacerdotibus proprijs teneantur (sicut etiam non tenentur) iterum

Rom. 8.

confiteri non obstante constitutione generalis concilij [d] †, quæ sano intellectu (ne sequatur absurdum, quòd per pœnitentiam dimissa peccata quis confiteri debeat, & quòd liberatus debitor adhuc ad soluendum remaneat obligatus) intelligenda est (ut ex ea patet) de illis, qui peccata sua confiteri alijs neglexerunt. Sed sacerdotes ipsis taliter confessis & absolutis adstricti sint ministrare Eucharistiæ, & extremæ unctionis etiam sacramentum.

† Scilicet Lateran. sub Innocētio iij. c. 21.

¶ Super confessione autem facta fratribus memoratis, cum de confitentis solius præiudicio (si falsum dicat) agatur in iudicio animæ seu pœnitētiæ foro, stabitur simplici uerbo illius, qui sacramenta petit prædicta, & dicit fratribus se confessum. Duos † tamen casus excipimus, scilicet si sacerdos afferat eum excommunicatum, aut notorie peccatorem. Sed uideat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum uel in fraudem: quia si hoc egerit, à delicto tali nisi plene satisfecerit (præterquā in [e] morte) absolui nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter admittatur.

† Vide doctrinā cōcilij Trid. sess. 14. ca. 7. de casuum reseruatione.

¶ Vt autem diœcesanis honor debitus reseruetur, præcipimus, ut Prouinciales Priores Prædicatorum, & Ministri Minorum ordinum præfatorum, per se uel alios uerbo uel scripto eis significent, se fratres ad huiusmodi confessionum audiendarum & pœnitentiarum iniungendarum officium elegisse, & non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec ilorum numerum exprimendo, petant humiliter à diœcesanis eisdem, quòd ijdem electi fratres de ipsorum beneplacito & licentia, dictum possint in eorum ciuitatibus & diœcesibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod si denegent, uel intratriduum non concedant, extunc ijdem fratres nihilominus auctoritate eadem huiusmodi officium exequantur. Datam uero licentiam per diœcesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quòd sæpedicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confessionibus, & pœnitentijs iniungendis, quam parochiales sacerdotes noscuntur habere. Sicque de casibus episcopis & superioribus quos, inferius adnotamus, ac sedi Apostolicæ reseruatis, se nullatenus intromittant.

¶ Obseruent ergo sollicite dicti fratres, ne ad confessiones recipiant criminosos crimi-

nibus

a ¶ Pænitentia.] indicenda. 50. diſt in capite. 26 q. 6. c. 1.
b ¶ Incurrerūt] quia idem factum eſt peccatum, & ipſum eſt pœna peccati, vt eſt clericidium, uel ablatio membri. 55. diſt. ſi Euangelica. ſecus ſi ex diuerſis factis emergerent, ut excommunicatio, q̄ eſt pœna peccati, & irregularitas, quæ ɔtraheretur ꝓpter immiſſionem excommunicatione ſeu ſuſpēſione durāte: & tūc pt̄ fieri abſolutio à primo ꝑ prælatum, non diſpēſatio. exemplū pone ex 6. lib. de ſent. & re iudic cum æterni. extra 6. lib. de ſenten. excōmunicationis, cum medicinalis.
c ¶ Inconueniēs.] declarat quod præmiſerat dicens, exiſtimamus incōueniens, vt ſcilicet ille abſoluat à peccato, qui nō pt̄ imponere debitā pænitentiam ei, ſcilicet peccatori, & qui non pōt remouere irregularitatem, ſequelam peccati, &c.
d ¶ Imponere.] ſcilicet non poteſt, quod eſt infra; nam cum pęnitere ſit pœnam pro peccato tenere & pœna ſit mēſura culpæ. no. extra 6. lib. de pœ. c. fi. §. illud & § ſeq. vbi debita pœna non poteſt infligi per aliquem: ergo nec pœnitentia ſalutaris.
e ¶ Sequelam.] vt dicto c. ſi Euangelica.
f ¶ A iure.] 17. q. 4. ſi quis ſuadente.
g ¶ Quem.] ideſt aliquem.
h ¶ Excludit] de iſtis excōmunicationib. maiori & minori habet extra de ſent. excōmunicationis. nuper. & c. penul.
i ¶ Mandatis] extra de ſent. excommunicationis de cætero. & cap. ea noſcitur. & c. quamuis.
k ¶ Acrimonia.] hoc verbū expoſui extra 6. lib. de ſtatu regu. c. vnico. § finali.
l ¶ Prouocent.] hic accipitur in bona parte, vt aliàs. ff de ædil. edic. quod ſi nolit. §. qui mancipia.
m ¶ Scriptum] Oſæ 4. extra de renunt. ca. niſi cum pridem. §. pro defectu.
n ¶ Labia.] Malac. 2. & extra de hæret. cū ex iniūcto. ver. licet.

Pęnitere eſt pœnā ꝓ peccato tenere.

nibus pro quibus ſolemnis eſt pęnitentia [a] indicenda: Modo eodem excommunicatos reſpuāt, & clericos, qui propter delictum irregularitatē aliquam iucurrerunt [b]. Inconueniēs [c] enim exiſtimamus, ut a peccato abſoluat, qui pęnitētiam ei debitam imponere [d] aut irregularitatis pœnā peccati ſequelam [e], vel excommunicationē, quę infligitur maxime à iure [f] quandoque pro crimine, quæve quem [g] ab eccleſia, & per cōſequēs à participatione eccleſiaſticorum ſacramentorum excludit [h], remouere non poteſt.

¶ Incendiarios, eoſq; qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis conſuetudo præſcripta canonice in epiſcopatibus aliquibus reſeruauit epiſcopis, ſimiliter non admittant. quam conſuetudinem (ex cauſa, quæ iuſte ad id animum noſtrum mouit) ſolūmodo circa uoluntarios homicidas, falſarios, eccleſiarum immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ violatores, & ſortilegos approbamus. Quòd ſi forſan antequam ab eo qui poteſtatem habet, abſolui poſſint, mors talium confiteri uolentium uerisimiliter timeatur, etiam in prædictis caſibus ſæpefati fratres eos confiteri uolentes audiant, ipſiſque beneficium abſolutionis impendāt, ſed ſubeant iuramentū, quod liberati ſe ſuis epiſcopis & excommunicatoribus præſentabunt: excommunicantium ſuper his pro quibus ab eis excommunicati erant, & epiſcoporum pro peccato huiuſmodi parituri mandatis [i].

¶ Verum quia poſt baptiſmum inter cætera magis ad ſalutem neceſſaria † eſt propoſitio verbi Dei, quo audientes illud, quod eſt victoria noſtra, inſtruuntur in fide, docentur fugiēda fugere, & ſectanda ſectari, a quo per peccatum lapſi reſurgunt, pænitentiæ ſacramentum perficiunt: Grandis nobis ſollicitudo incūbit, ut tales ad hæc promoueantur fratres, qui oleo dulcedinis verbi eiuſdem noſtros foueant ſubditos, a peccatis prohibeant: increpationis uino peccatorum ſuorum mordeant vulnera, eoſque ad illa pęnitentiæ acrimonia [k] purgandum & tergendum prouocent [l] & inducant. Ad id uero exequendum ſententia† diuinę legis expoſcitur, deſideratur ordo, & uitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum [m] eſt enim: Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi: quia labia [n] ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius: aliàs prout ad eum pertinet inter peccatum & peccatum non poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens, Dei deberet narrare iuſtitias, & teſtamentum illius aſſumere per os ſuum. Nam cuius uita deſpicitur, conſequens eſt ut eius prædicatio contemnatur. Quare decernimus, ut Priores & Miniſtri Generales, & Prouinciales Prædicatorum & Minorum ordinum præfatorum, uel eorum uicarij, de diſcretorum conſilio ad tam ſalubre officium fratres diuina ſcientia doctos, diſcretione uigentes, uita probatos, & expertos moribus (alioquin diſtrictam reddent in futuro examine rationem) eligant & aſſumant: ſic enim quod prædicabunt, facient: quæ arguent, operari ceſſabunt: & in eis ædificabitur populus uerbo pariter & exemplo. Cæterum, licet (ſicut prædicitur) de neceſſitate non ſit iterum eadem confiteri peccata: tamen quia propter erubeſcentiam, quæ magna eſt pænitentiæ pars; ut eorundem peccatoum iteretur confeſſio, reputa-

† Verbi Dei ꝓpoſitio ē ad ſalutē valde neceſſaria.

† forte, ſcientia.

Oſeæ c. 4.

Malach. 2

Pſal. 49.

a ¶ Episcopalis quarta.] de qua habet 12. q. 2. concessa. & trib. c. sequentibus.
b ¶ Rustica prædia.] prædium rusticũ ab vrbano non loco, sed qualitate secernit. C. de præd mino. l. si prę dium.
c ¶ Non misereatur.] arg. C. ne fil. pro pat. authent. habita.
d ¶ Voluntatem.] argu. extra de excel. pl. nimis. 1. responso.
e ¶ Triturãtis. Deut. 26. extra de præb. extirpandæ. 1. resp on & 1. Timoth. 5.
f ¶ Necare.] ff. de a lie & exhib. li necare.
g ¶ Inopes.] auth. de coll. §. nullus aũt molestetur coll 9.
h ¶ Immunes.] C. de sacrosan. eccle. sancimus 2. auth. de eccle. tit. § si quis vero res. coll. 9.
i ¶ Falcidiam.] C. ad leg. Fal. authen. similiter quæ sumitur ex auth de eccl titu. §. si autem hæres.
k ¶ Portionis.] extra de testa. c. fin.
l ¶ Non desint.] C. de sacrosan. eccl. priuilegia, in fine.

mus salubre : districte iniungimus, vt fratres ipsi confitentes attente moneant, & in suis prędicationibus exhortentur, quòd suis sacerdotibus saltem semel confiteãtur in anno : asserendo id ad animarum profectũ proculdubio pertinere.

¶ Porro vt circa sepulturam apud loca eorundem fratrum eligentium sepeliri, & portionem canonicam de relictis eisdem fratribus minime detrahendam, nequeat in posterum dubitari: iubemus, ut corpora defunctorum, qui apud eorundem fratrum loca elegerint, dum uiuerent, sepulturam, processionaliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta cantando seu legendo officium mortuorum, uel psalmos, & alienas ingredientes parochias, possint assumere, & ad suas deferre ecclesias tumulanda. De quibuscumque uero relictis præfatis fratribus in communi, uel singulis ultimis decedentium uoluntatibus, siue apud eos sepeliendi sint, siue alibi: nulla per parochiales sacerdotes moriẽtium, à qua fratres ipsos liberos esse uolumus, canonica portio, uel multominus per episcopos episcopalis a quarta omnino, cum eis tamquam exempti non subsint, nec etiam debita iure parochiæ, si forsan cathedralis defunctorum esset parochialis ecclesia, detrahatur. De funeralibus autem medietatem, si commode diuisionem recipiant: aliàs eiusdem medietatis æstimationem oluant parochiali ecclesiæ, & sacerdotibus antedictis. Funeralia uero intelliguntur hoc casu, quæ cũm funere deferuntur. De candelis uero, quas fratres portant, portio non petatur. Moneant autem ijdem fratres, & pro posse inducant confitentes sibi ut de proprijs bonis suis parochialibus ecclesiis, eorumque sacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent parochialia iura reddant. Ad hoc non murmuret quæsumus sæcularis clerus, non gerant moleste prælati, quòd circa præmissa sic duximus prouidendum. Attendant quanta ex ijs, quæ in primis duobus articulis statuta sunt, salus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter considerent, quod eorum onera cum aliis nostro beneficio salubriter & quasi necessario patiuntur.

Funeraliũ noĩe qd intelligatur.

¶ Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quòd fratres ipsi hoc per priuilegia Romanorum Pontificum eis benigne concessa, ante constitutionem eandem hactenus habuerunt. Quòdque sunt pauperes, nil habentes singuli in communi rustica b prædia, immo nec urbana, uel mobilia, eorum alteri uel etiam uniuersi mendicant uictum, quærunt uestitum, & eatenus sustinere possunt, quatenus uel uiuorum pietas, aut morientium charitas eis necessaria subministrat. Quis ergo non misereatur c eorum qui omnia, uoluntatem d habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eisdem operantibus tam utiliter in agro prædicto? Certe nullus, nisi qui triturantis e bouis os impie alligare uelit, aut eos subtractis alimentis necare f. Inopes g patrimonii onera ipsa non habendi necessitate non sustinent, & a curialibus res ecclesiis uel pijs locis donatas, a quartæ præstatione, seu lucratiuorum inscriptionibus lex facit immunes h. Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam i. Et legata ad fabricam, uel pro ornamentis ecclesiæ, aut ad diuinum cultum perpetuum, solutioni nõ subiacent canonicæ portionis k. Pauperes autem (ut dictum est) sunt fratres: & quod eis relinquitur, aut in sua alimenta erogant, aut in fabricam, siue in cultum diuinum, & ecclesiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere super egenum & pauperem, & non obliuisci eorũ, cum humanitatis sit etiam sæcularis principis prospicere egenis, & dare operam ut pauperibus alimenta non desint l, non tam pie quã quodammodo iuste in eodem articulo egimus, egenos eosdem (ut præmittitur) reddendo ab onere canonicæ portionis exemptos. Hæc autem (dicta constitutione, quę incipit, Super cathedram. quam penitus reuocamus, aliisque quibuscumque constitutionibus specialibus, & generalibus statutis, priui-

Falcidia nõ debet d relictis pauperib.

Psal. 40.

Pauperib. subueniẽdum est.

a ¶ Nequaquam obstantibus.] de viribus istorum non obstantium notatur in Extrauaganti, rem non nouã. in fi. Ioã. Mon.

priuilegijs, indulgentijs, sub quacumque forma verborum cõcessis, etiam si de ipsis de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in nostris litteris oporteret fieri mentionem, conuentionibus, pactis, iuramentis, sententijs, consuetudinibus contrarijs, nequaquam obstantibus a) inuiolabiliter obseruari sancimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, denuntiationis, exemptionis, præceptorum, approbationis, iussionis, voluntatis, reuocationis, & sanctionis infringere. Si quis autem, & cætera.

¶ Clemens quintus.

¶ Rex Franciæ & regnicolæ per extrauagantem, vnam sanctam. supra de maio. & obed. non amplius subijciuntur Ecclesiæ Romanæ, quàm prius erant.

CAP. II.

Meruit charissimi filii nostri Philippi regis Francorum illustris syncerae affectionis ad nos & Ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt: Meruit insuper regnicolarum puritas ac deuotionis syceritas, vt tam regem, quàm regnum fauore beneuolo prosequamur. Hinc est quòd nos regi & regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, quæ incipit, Vnam sanctam. nullum volumus vel intendimus pręiudicium generari. Nec quòd per illam rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius Ecclesiæ sint subiecti Romanę, quàm antea existebant: Sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam: tam quantum ad Ecclesiam, quàm etiam ad regem, regnum, & regnicolas superius nominatos.

Regnum Fráciç Papa fauore prosequitur.

¶ Eugenius quartus.

¶ Ordinarij non possunt ferre censuras in suos subditos pro suis negotijs Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficijs, quod si fecerint, irritum est. Et si beneficia illorum alijs sint collata, tam dantes quàm recipientes ipso facto sunt excommunicati, & à solo Papa absoluendi.

CAP. III.

Diuina † in eminenti sedis Apostolicæ speculo disponente clementia constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ officiales prædictæ sedis obsequijs eius (ad quam veluti fidelium omnium matrem, pro animarum salute quærenda & iustitia prosequenda, de diuersis mundi partibus confluit multitudo) tutius & quietius se promptiores valeant exhibire: Hinc est quòd nos ex certis rationabilibus causis, morti, etiam non nullorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, districtius inhibemus locorum ordinarijs, necnon commissarijs, & delegatis eorum, cæterisque vniuersis & singulis quacumque potestate & auctoritate præfulgeant, cuiuscunque dignitatis, gradus vel præeminẽtiæ fuerint, ne contra officiales præfatos quocumque nomine nuncupentur, in nostris & dictæ sedis obsæquijs nunc & pro tempore existentes, necnon quoscumque alios pro suis & eorum causis vel negotijs prosequendis ad sedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum & causarum huiusmodi prosecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, seu quamuis aliam sententiam promulgare præsumant. ¶ Nos enim omnes & singulos processus & sententias contra tenorem & mentẽ nostræ inhibitionis huiusmodi latas & habitas, & in posterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcumque inde secuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliusque extitisse vel existere roboris vel momenti. Necnõ quicquid in contrarium à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatũ forsan est hactenus, vel in posterũ cõtigerit attentari; etiã decernimus irritum & inane. Et nihilominus in omnes & singulos ordinarios, & officiales commissarios & delegatos eorum, qui se de dignitatibus ac beneficijs ecclesiasti-

† Vide cõcil. Trid. sessio. 23. de refor. c. 1. circa finem. & sessio. 24. de refor. ma. c. 11. §. quę vero priuilegia.

Exhibitã.] a ¶ Constitutionem.] quę incipit, Suscepti. & est vna de xx. glossatis per Zenzelinum, & posita sub tit. de elect. Et inter has repetitur cum gl. Gulielmi de Monte Lauduno in titul. ne sede Vacante.

Dãtes & recipientes quandoque ę qualiter puniunt.

cis quibuscunque officialium, aut negotia huiusmodi apud dictam sedem prosequentium prædictorum, eos illis forsan priuando atque priuatos decernendo seu declarando, vel cuiuscumque priuationis prætextu illa personis alijs conferendo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittẽdo, tã in dantes quàm in recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excommunicationis sententia absolui nequeant, nisi à nobis, vel per nos deputandis, præterquàm in mortis articulo constituti.

¶ Præmissa autem à die affixionis præsentium ad valuas basilicę principis Apostolorum de Vrbe, ex certa scientia quoscumque ligare volumus & arctare. Non obstantibus Apostolicis & quibuscumque generalibus, aut prouincialibus, aut synodalibus concilijs, edictis, constitutionibus, ordinationibus, & Apostolicis priuilegijs, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodolibet vel differri, etiam si de illis eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis: & quæ præsentibus volumus habere pro sufficienter expressis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis [c] declarationis, constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M. cccc. xxxii. octauo idus Martij, Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Ioannes xxij. Magistro & Fratribus hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani.

¶ Præmisso tenore duarum constitutionum, dicit quòd hospitalarij sancti Ioannis ex statuto, consuetudine, uel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, si in illis essent residentes.

C A P. IIII.

Exhibita nobis ex parte vestra petitio continebat, quòd dudum post constitutionem [a] per nos editam, qua specialiter & expresse cauetur, quòd habentes annalia 10 in ecclesijs de consuetudine, priuilegio vel statuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi vel secundi, vel alterius cuiuscumque sequentis anni beneficiorum vacantium sibi hactenus in totum vendicauerant, nihil exinde vltra summam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in decimæ solutione taxari, prætextu cuiusuis priui 12 legij, consuetudinis, vel statuti, quouis modo perciperent: sed ipsius summæ perceptione dumtaxat deberent esse contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus illos soliti essent cum integritate percipere, mallent ipsum habere residuum, & obtinentibus beneficia 13 dimittere summam memoratam, quo casu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam constitionem fecimus, in qua specialiter cauebatur, quòd si huiusmodi beneficium obtinentes in ecclesia, in qua specialiter illud beneficium existeret, minime residerent, ad debitum seruitium impendendum capitulo eiusdem ecclesiæ nihil deberet accrescere, cum 14 cessante cã † cessare debeat pariter quod vigebat. Quodque ex verbis declarationis huius satis innui videbatur: quòd fructus beneficiorum non residentium accrescere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo quod in declaratione dicta non continetur expresse de perceptione annalium beneficiorum 15 vacantium vobis debitorum de prædictis consuetudine, priuilegio, vel statuto, quo ad fructus non residentium in eisdem, qui vobis accrescere debent, nullum adhuc commodum assequi potuistis, licet (vt præmittitur) dicti fructus capitulo non accrescant. Quare nobis humiliter supplicastis, 16 vt quod in huiusmodi declaratione nostra tacite innuitur, declarare expressius dignaremur. Nos itaque petitionem vestram iuri consonam æstimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati vestræ prouidere volentes, præsenti oraculo declaramus, quòd fructus prædictæ ecclesiæ vel beneficij vacantis, cuius annalia in quibus consistunt,

† l. adigere. §. quã uis. ff. de iure pat. c cũ cessãte de app.

Annaliũ perceptio multiplici iure potest competere.

Petitio iuri cõsona exaudiri meretur.

ſtunt, debentur vobis ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium huiuſmodi (ſi in eccleſia vbi illa conſiſtunt perſonalẽ reſidentiam facerent) deberetur, ſi non reſideāt ibidem vere vel interpretatiue, vtpote per ſpeciale priuilegium Apoſtolicum, vel aliàs ex cā rationabili ab huiuſmodi reſidentia legitime excuſentur, cum dicta pars (vt præmittitur) capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet ſecundum intentionem & mentem declaratoriæ memoratę. Nulli ergo, & cætera, vt ſupra. Datum Auinione Calen. Martij, Pontifi. noſtri anno quinto.

Beneficia tus à reſidentia facięda qñ que excuſatur.

De pœnis.

¶ Ioannes xxii.

¶ Epiſcopus Caturcen. propter varios exceſſus per ipſum perpetratos, præſertim quia ſedi Apoſtolicæ, ſuis ſubditis & ſibiipſi iniurioſus fuerat, varias pœnas incurrit, quoniam perpetuæ depoſitionis ſententiam meruit, priuatusque fuit pontificali, ſacerdotali & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerẽ condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt ſcilicet cognoſcamus crimina & exceſſus, quibus prælatus deponi poſſit. Facit ad hoc cap. veritatis. extra de dolo & contu. & cap. ex litteris. & cap. tanta eſt clauis Petri. de exceſ. præl. Et niſi antiqui libri hoc capitulum ſub titulo, De pœnis, annotauiſſent; ſub titulo, De exceſſibus prælatorum, poſitum fuiſſet.

CAP. VNICVM.

Diuinis exemplis, quæ noſtrorum debent eſſe actuum regula, patenter inſtruimur, aures noſtras ſubditorũ à ſuis præpoſitis oppreſſorum indebite, & aggrauatorũ iniuſte, non obturare clamoribus, ſed ipſis ipſas potius compaſſiuis affectibus inclinare, vt ſi per ſolertis inquiſitionis indaginem clamores huiuſmodi opere † completos eſſe viderimus liberationis opportunæ remedium ſollicitis ſtudijs apponamus, pœna nihilominus debita puniturі in hanc patratorum qualitatem exceſſuum illicitos oppreſſores. Omnipotens etenim Dominus audito † clamore populi ſui propter duritiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum deſcendit: Et ſummi templi præpoſito, qui iuxta nominis interpretationem in vias prauas inique diuerterat, comminando, ſic ait: † Expellam te de ſtatione tua, & de tuo miniſterio te deponam. Dudum ſiquidem fama graui, clamore frequenti, & querela flebili ſubditorum deferentibus nobis, Hugonem Geraldi olim Caturcenſem epiſcopum, de multiplicatis exceſſibus, oppreſſionibus grauibus, enormibuſque criminibus eſſe reũ: nos mala huiuſmodi nolentes ante credere, quàm probare, ſuper illis inquiſitionem per nos & alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquiſitionis ipſius viſo, & examinato proceſſu, luculenter inuenimus, quod eius fuerat vitioſus ingreſſus, cum per ambitionem nimiam, & per abrupta ſimoniacæ prauitatis ad pontificalem aſcendiſſet honorem. Progreſſus autem eius (vt execrando conueniret initio) iniurioſus extiterat quo ad tria: Primo videlicet quo ad Apoſtolicam ſedem, cui (licet ipſum honoraſſet in multis, & tandem ad epiſcopalis dignitatis apicem promouiſſet) terga vertens, non faciem, contẽptum pro gratia, maleficiũ pro beneficio, & vituperium retulit pro honore: Appellationibus interdum ad ſedem ipſam ab eo vel officialibus eius per ſubditos oppreſſos emiſſis, nedum deferre contemptibiliter renuens, ſed eas verbo vilipendens, & facto ſuis præcipiẽdo miniſtris, quòd de appellationibus huiuſmodi non curarent, ac nihilominus appellantes (quibus contra oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa remedium) nunc per captionis iniuriam, nunc per ſpoliationem beneficiorum, & aliàs indebite affligendo multipliciter, non abſque vitio ingratitudinis violans iuramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum dictæ ſedi: nec veritus matris Eccleſiæ tranſgreſſionem apertam, nonnullis quãdoque per ſuas patentes litteras de vacaturis mandauit beneficijs prouideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas & ſuſpectas: pernicioſus etiam fuit & frequens litterarum Apoſtolicarum abuſor. Secundo vero quantum ad ſubditos, erga quos non pij prælati vel paſtoris peregit officium, quinimmo tamquam fur improbus, crudeliſque tyrannus ſub pallio charitatiui ſubſidij incuſſis

† Gen. 18.

† Exodi cap. 3.

† Eſa. 22

Prælati nõ debẽt eſſe creduli.

Appellatio eſt remediũ cõtra oppreſſiones.

Prælatus erga ſubditos paſtoris officiũ peragere dẽt.

terroribus, violentijs, & iniurijs illatis, dolosis inductionibus & fraudibus exquisitis veluti recursor iniquus, extorsionibus eos intolerabilibus prægrauando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc aliàs nimium excessiuas & ecclesiis importabiles, vtpote multiplicato euictionum numero canonibus †diffinito, interdum per se, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito visitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, sed ad saturandæ cupiditatis affectum, impenso, ad alios quæstus illicitos & damnatos suum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de causa curauit. Et cum inuenit subditos suis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec aliàs ab eis exigere potuit concupita, calumniosas delationes fieri, contra eos lites moueri, & diuersa eis grauamina subdole procurauit pluries inferri. Præterea non citatos legitime, nec conuictos etiam aut confessos suis priuauit beneficijs, occasionem pro causa confingens, non rationem his, sed tyrannidem potius prosequens personalem.

† Vide cōciliū Lateranen. sub Alexādro iij. cap. 4. Conciliū. Lateranē. sub Innocen. iij. ca. 33. Conciliū Oxoniense ca. ut singula. & Conciliū Tridē. sessio. 24. de reformat. cap. 3.

Multa falsa scienter instrumenta dictauit, per suos illa faciens notarios publicari: & vt illis qualem ipse habuerat ad ecclesias præberet ingressum, instituere ei præsentatos, seu institutionis suæ eis concedere litteras sæpius renuit, nisi primitus certa sibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa ecclesiastica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc vero simpliciter in suis manibus resignata modo iure, (vt prætendebat) ordinario, modo super hoc (ut dicebat) Apostolico munimine indulto, de facto scienter contulit interuenientibus fraude, pacto, & simoniaca prauitate: subiectas sibi ecclesias occupans earum redditus vsurpauit: & sic in suis fuit corruptus iudiciis processum eorum & finem in pecuniarium commodum ordinando, quandoque iustificans impium, innoxium iniuste condemnans. sic & alios corrumpere iudices pro obtinenda super oppressionibus inchoatis iniusta victoria nisus fuit.

Tertio, quantum ad se, vt qui sibi nequam existeret, nulli alij bonus esset: suæ namque famæ prodigus se periuriis patenter inuoluit, irregularitatisque laqueis irretiuit, & (quod referre pudet) in corpus suum fornicando peccans per continuatum incontinentiæ vitium, quo se dudum fœdauerat, pontificali postea decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, & fœmora sua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius sic reprehendendi ingressus, sic scandalosus, perniciosus exemplo progressus, vt vitio huiusmodi siue culpis nescius finem imponere & periculosus egressus, cum adeo foret in ipso habituata malitia quòd, remanente sibi ad solita facultate) in iniquitatis opere voluntas sibi deficere minimè speraretur. Propter quod ne prioribus peius committeret, illud solum æstimamus salubre remediū, vt quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel posse. Nos itaque super præmissis & pluribus aliis eius nefandis excessibus cum fratribus nostris ex sano consilio deliberatione cohabita diligenti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quippe ob suas iniquitates ne præsit, est abiectus à Deo, suis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali iam priuatum à Domino, de consilio omnium, & singulorum fratrum ipsorum perpetuæ depositionis sententiam duximus promulgandam: pontificali eum & sacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes: vt ibi committendis cessantibus, agat pœnitentiam de commissis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ promulgationis & condemnationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione xv. Calen. Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

De pœnitentijs, & remissionibus.

¶Bonifacius Octauus.

¶ *Centesimo quoque anno visitantibus basilicas Petri & Pauli Apostolorum plenissima peccatorum venia conceditur.*

CAP.

Antiquorum.] ¶ Hæc epistola satis grosse fuit cōposita. Et habet sex partes. Primo, super remissionibus & indulgentijs concessis accedentibus ad Ecclesiā principis Apostolorum de Vrbe fidam antiquorum relationem commemorat. Secundo, §. Nos igitur. remissiones & indulgentias hmōi confirmat, approbat & innouat. Tertio, §. Vt autem. accedentibus ad ecclesias beatorum Apostolorū Petri & Pauli de Vrbe, vere præmitē tibus & confessis plenissimam indulgentiam peccatorum dat. Quarto, §. Statuentes. & quid pro indulgentia p̄dicta dictis vere pænitentibus & confessis fieri oporteat statuēdo taxat. Quinto, §. vnusquisq; e tamen. antipophorizar. Sexto, §. Nulli. inhibens præmissa non infringi, vult, vt sec' facientes maledictionem incurrant.

Vide doctores scholasticos lib. 4. sent. dist. 19. 20. & 21. ind. n. fiet aper. ta quę tradunt in textu & glossis. ad de Roffen sem ꝯ Lutherū, ar. 17. & aliquot sequētibus.

a ¶ Relatio] ad quā recurrendū est in antiquis. ff. de lega. 3. si chorus. §. 1. extra de prob. c. cum causam.

b ¶ Basilicam.] idest ecclesiā. ext. de relig. dom. c. 1. 16. q. 7. omnes basilicæ. Et proprie est domus regia, vel palatium regis: sed modo per translationem dicitur ecclesia, quia est palatium summi regis.

Basilica quid est.

c ¶ Apostolorum.] idest beati Petri, qui primatum habuit, & successores sui in Ecclesia Dei. 21. distin. in nouo.

d ¶ De Vrbe] loquitur vulgariter: nam loquendum est vt plures arg. extra de transla. episc. inter corporalia. §. sed neque. nam re vera ecclesia sancti Petri non est in Vrbe, sed in ciuitate Leonina. & minus ecclesia sancti Pauli, de qua etiam dicitur, quòd non est in continentibus ædificijs. Quid autem importet hoc nomen, Vrbs, villa, ciuitas. not. extra. lib. 6. de senten. excommu. si ciuitas.

e ¶ Peccatorum] idest pœnarum pro peccatis debitarum, sic ponitur 2. Machab. 12. in fi. ibi, sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

f ¶ Habentes.] per hāc ratificationē & confirmationē non ratificantur nisi legitime concessa. extra lib. 6. de rescrip. si gratiose. §. fi. extra de elect. dudum 2. §. pen.

g ¶ Refertos.] non refectos, quia refectio proprie est corporis, sed refertio est proprie mentis; vnde dic, refertos, idest plenos, bene fartos, obesos seu crassos. Et descendit refertus de refercio, cis, quod componitur de re & farcio, cis. Ioan. Monachus.

h ¶ Et confessis.] qui est vere pęnitens & cōfessus, hēt veniā culpę, quam solus Deus in contritione remittit q̄ non datur nisi correcto. extra li. 5. de reg. iur. peccati venia. & pœna æterna debita pro culpa mortali commutatur à Deo in pœnam temporalē. Nam sicut culpa respectu illius in quem commissa est, fuit infinita, sic & pœna debet esse infinita, cuius infinitas tollitur p̄ remissionem culpæ. Sed quanta remaneat, ignorat minister Dei, qui in pęnitentiæ sacramento aliquam portionē illi' pœnæ remittit. vnde minister Dei post præmissa arbitratur de pœna, quā credit superesse ad arbitriū suum, & sic intelligit, ꝙ omnes pænitentiæ sunt arbitrariæ. 16. q. 7. tempora. extra de pænit. & remis. quæsitum. & c. seq. Tanta tamē posset esse contritio cōfitentis, ꝙ nedum culpa, sed pœna prorsus tolleretur: verū quia hoc est dubium apud homines, minister Dei præsertim vicari' Christi & successor Petri istam pœnam certis de causis vt hic, & in voto vltramarino, & quibusdam alijs commutat in certos actus satisfactorios. Sed pone: iste minister minus discrete, seu sine cā legitima taxat: nunqd confessus ad plus tenebitur? Dic ꝙ sic, vt suppleatur quod de iure deficit. ff. de re iud. l. 4. §. si quis condemnatur, & hoc requirit virtus diuinæ iustitiæ, manet ergo Petri iudiciū, vbicunq; ex ipsius æquitate fertur iudiciū. 24. q. 1. manet. 11. q. 3. tunc vera. est. n. sibi cōmissum dispensare 1, id est discrete pensare, non dissipare. ff. de offi. procu. Cæsa. l. 1. nec nego, quin sit absolutus, ita ꝙ pœna æterna commutata est in temporalem: quia hoc video in eo qui non est minister. extra de ele. dudū 2. Et ibi est absolutus non p̄p sacrūm fidei, sed p̄p fidē sacramenti: sed indiscretio ministri in hoc se onerantis vel mei confitentis à debita pœna t̄pali me non releuat cōfitentem. Et dic, confessis proposito & facto.

Peccati pœna dēt esse īfinita.

Qualiter intelligatur, ꝙ pænitentiæ sunt arbitrariæ.

1 Dispēsare vnde dicitur.

i ¶ Confitebuntur.] facto, sunt t̄n confessi proposito, aliàs non sunt filij Dei, sed inimici. Tu dic: confitebūtur & proposito & facto. Sed cum opera viua ad vitam æternam valeant, & mortificata viuificari possint, dic qualiter opera mortua vt labor itinerationis hic expressus in mortali peccato factus possit prodesse ad remissionē pęnarū p̄ peccatis debitarū, licet post laborē hmōi sit vere pænitens & confessus. Et notandum 2, quod ad hoc quod indulgētiæ valeant, quattuor principaliter requirunt, & quintum ēt huic proposito potest addi ratione materiæ. Requiritur enim auctoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintum quod addi potest, cōgruitas in tēpore. Primo ergo requiritur auctoritas in concedente, q̄ typica est, & principaliter residet in summo Pontifice; sicut. n. videmus quòd in corpore natu-

2 Indulgētiæ vt valeāt, quot requisita exigant, vide beatum Th. in q̄onib. additis ad 2. par. q. 25. ar. 2.

CAP. I.

Antiquorum † habet fida relatio a, quòd accedentibus ad honorabilem basilicam b principis Apostolorum c de Vrbe d, concessæ sunt magnæ remissiones & indulgentiæ peccatorum, e. ¶ Nos igitur, qui iuxta officij nostri debitum salutem appetimus & procuramus libentius singulorum, huiusmodi remissiones & indulgentias omnes & singulas ratas, & gratas habentes f, ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præsentis scripti patrocino communimus.

¶ Vt autem beatissimi Petrus & Paulus Apostoli eo amplius honorentur quo ipsorum basilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis senserint se refertos g: Nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Apostolorum eius meritis & auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno millesimo trecentesimo à festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi præterito proxime inchoato, & in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter vere pænitentibus & confessis h: vel qui vere pænitebunt & confitebuntur i in huiusmodi præsenti & quoli-

naturali vnicũ est caput, in quo positi sunt oẽs sensus, sic in corpore mystico quod est Ecclesiæ, est ponere caput vnum habens plenitudinẽ potestatis. Hoc.n. sic esse voluit ordinario diuina. Et huic concordat rõ recta, voluit namq; diuina ordinatio, ꝙ ecclesia militãs repræsentaret Ecclesiã triumphantẽ. de quib. not. sup. 6. lib. de ele. fundamenta. Vnde Io. in Apocaly. Vidi, inquit, Hierusalẽ descendentẽ de cælo: quia Hierusalẽ terrestris, hoc est Ecclesia militãs, exemplificata est & formata ad instar cælestis Hierusalẽ, q̃ sursum est, quę est mater nostra: videlicet Ecclesiæ triũphantis. Ibi autem ſm beatum Dionysium nouẽ sunt ordines angelorum sub triplici hierarchia dispositi. Et est ordo sub ordine, & tandem oẽs sub vno capite qđ est vnus Deus. & si ibi velimus amplius ascẽdere, inueniemus ꝙ pluralitas diuinarũ personarũ reducit̃ ad vnitatem essentiæ, rõnem illius ordinis diuina sapientia in Ecclesia militante voluit exemplari. Vñ in Iob dr̃: Numquid nosti ordinẽ cæli & ponis rõnem eius in terra? Si aũt in Ecclesia militãte esset ponere duo capita de pari se habentia, quorum vnum alteri minime subderet̃, non esset rõ cælestis ordinis congruenter in ea posita. Sed tũc rõ cælestis ordinis proprie & ꝑfecte in terra ponitur, si cuncti gradus p̃latorum & principatuũ sub vno capite collocent̃, & ei obediant & subdãtur: hmõi aũt est solus Romanus Põtifex vicarius Christi & successor Petri: cui in hmõi designationem dictũ est à Dño, Tu vocaberis Cephas qđ interpretat̃ caput: huic ẽt veritati cõcordat rõ recta. Nã ſm Proculũ. oĩs multitudo reducitur ad vnitatem. Et ſm Philosophum, in vnoquoque genere est reperire vnum primum & supremum, quod est mensura & regula omnium aliorũ in illo genere contentorum. Et alibi, Monadem sequit̃ dyas. Oportet igit̃ ꝙ multitudo hoĩum reducatur ad vnum, & in genere hoĩum sit reperire vnũ hoĩem primum, qui sit supremus in illo genere, qui sit mẽsura & regula oĩum aliorũ hoĩum: hmõi aũt est Romanus Pontifex, qui est inter oẽs homines supremus, existẽs mensura & regula directiua oĩum aliorum, cui plene oẽs catholici simpliciter sunt subiecti. Ad vltimũ aũt intantum se extendit ista subiectio, ꝙ qñ plenitudo gentium intrauerit, ut oĩs Israel saluus fiat, sicut dicit Apostolus ad Romanos 11. c. Tunc oẽs nationes orbis terrarum huic vnico capiti subijcientur, & obedient. Et tunc implebitur illud quod ait Saluator in Io. Erit vnum ouile, & vnus pastor. Sicut ergo in corpore materiali est ponere caput vnum, in quo sunt oẽs sensus, seu plenitudo sentiendi; sic in Ecclesia militante (ne sit tamquam corpus monstruosum si duo haberet capita) est tantum ponere vnum caput, videlicet Romanum Pontificẽ, in quo est plenitudo ptãtis, & auctoritatis, q̃ siquidem ptãtem contulit ei Dominus qñ beato Petro dixit, Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatũ &c. & quodcunq; solueris, &c. Ipse aũt Romanus Pontifex est, qui concessit istam indulgentiam, & in ipso (vt iam ostensum est) plenitudo residet ptãtis. Et sic patet primum, videlicet ꝙ est auctoritas in concedente. Scđm est idoneitas in recipiente. Nam ſm Philosophum. actus actiuorum sunt in patiente dispositio. Nam thesaurus Ecclesiæ non applicatur nisi ei q̃ est membrum Ecclesiæ. 11. q. 3. nihil sic debet. 23. q. 4. si quis à catholica. Et certum est ꝙ remanẽte culpa non remittitur pœna, quia ſm Augu. non dimittit Deus dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Si aũt manẽte culpa remitteretur pœna, esset dedecus culpæ sine decore [1] iustitiæ, & sic esset aliquid inordinatum in vniuerso: quod diuina sapientia non permittit. arg. in auth. de hæred. & falc. § inordinatũ. coll. 1. Oportet ergo ꝙ capax indulgentiæ sit purgatus à culpa, quod fit in contritione, ille ergo est habilis indulgentiam recipere, qui est vere pænitens & confessus. Et hoc tangit̃ in forma indulgentiæ, cum dr̃ ꝙ vere pęnitentibus & cõfessis hæc indulgentia sit concessa, non alijs. arg. C. de re milit. cum allegatis. li. 12. extra de appel. pastoralis.

Hierusalem est & terrestris & cælestis.

Cephas dicitur caput.

Indulgẽtia solis idoneis concedit̃.

[1] Al. pudore.

in fine. Tertio requiritur pietas in fine, hoc est honor Dei & Exaltatio fidei: in omni. n. concessione indulgentiarum ecclesiasticarum finaliter dẽt attendi, vt ꝑ hoc Deus honoretur, & fides exalteť catholica. Quartum est vtilitas in opere, hoc est, ꝙ opus quod pro indulgentia obtinenda imponitur, sit vtile & ordinabile ad finem prædictum, s. ad honorẽ Dei, & exaltationem fidei. Circa quod aduertendum est, ꝙ in cõcessione indulgentiæ non attenditur quantitas operis, sed genus operis: indulgentia. n. principaliter respicit gratiam, non meritum, aliàs non diceretur indulgentia. Si. n. quis offendisset regem vel principem, ita ꝙ ꝑꝑ offensam hmõi mereretur ſm legem patriæ manu vel pede truncari, & vt liberaretur à tali pœna, quam meruit, offerret principi duo vel tria millia florenorum, talis liberatio remissio dici nõ mereretur, sed potius redemptio & quædam commutatio. arg. ff. de contrahen. empt. l. 1. Si aũt rex condonaret ei pœnam hmõi liberaliter, vel ei pro pœna vitanda aliquid leue imponeret; tunc talis liberatio remissio vocaretur: ergo indulgentiæ ecclesiasticæ principaliter respiciũt gratiam, non meritum; meritum dico proprium, respiciunt tñ meritum alienum, s. meritum Christi, immo super illud fundantur, & ex illo sumuntur. Passio nãque Christi excessiua fuit, vnde & excessus vocatur in Luca: vbi dr̃ quod in transfiguratione Christi apparuerunt Moyses & Helias cum eo, & dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem, vnica enim gutta sanguinis tam pretiosi suffecisset pro redemptione totius mundi. Nam ꝑꝑ coniunctionem humanitatis cum diuinitate, quantulacunq; passio Christi, perpessa pro redemptione nostra, habebat pretium infinitum. Noluit aũt Christus quod excessus iste frustra fuisset, & ꝙ de nihilo nobis seruiret: sed voluit ꝙ esset thesaurus ecclesiæ per suum vicarium Romanũ Pontificem pro fidelibus loco & tempore dispensandus, dispensatur aũt cum eis, cum indulgentiæ conceduntur. Nam ꝑꝑ vnionem capitis & membrorum, meritum capitis attribuitur & applicatur membris, & quia sic per alienum meritum, non per proprium meritum liberantur à pœna, ideo quantum ad ipsos liberatio dr̃ remissio, seu indulgentia, licet quo ad Christum qui hoc nobis meruit, vocetur redemptio copiosa. vnde in Psal. Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eũ redemptio. Nec est timendum seu phantastice optandum, ꝙ per talem dispensationem thesauri, q̃ fit in collatione indulgentiarum, præfatus thesaurus in aliquo minuatur: Nã si oẽs catholici vtriusque sexus per vniuersum orbem dispersi, in hoc anno centesimo pro hac indulgentia obtinenda venirent ad vrbẽ, & perfecte præfatã indulgentiã obtinerent, tota oĩum indulgentia in minori portione se haberẽt ad thesaurũ, ex quo sumit̃, quàm sit proportio vnius guttæ aquę ad totum oceanum, vel vnius grani milij ad montem sancti Bernardi: quia finiti ad finitum est proportio aliqua: finiti vero ad infinitum nulla: ꝑꝑ infinitatem. n. suam præfatus thesaurus ex dispensatione sua non diminuitur, nec decrescit. Versus.

Mille licet sumant, deperit inde nihil.

Quia ergo indulgẽtię respiciũt principaliter grãm, non meritum proprium: ideo in indulgentijs conferẽdis non attenditur principaliter quantitas operis, vñ in præsenti indulgentia, Romanis, qui visitando Apostolorũ basilicas satis parum laborant, plenissima conceditur indulgẽtia, sicut eis qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Hispaniarumque finibus accedunt cum magnis laboribus & expensis. ꝙ ttenditur ergo in istis indulgentijs conferẽdis principaliter nõ quãtitas operis, sed genus operis: hoc est dictu, ꝙ op⁹, ꝙ pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, sit opus tale, quod ordinetur ad finem pręfatum in collatione indulgentiarũ intẽtum, qui est videlicet honor Dei, & exaltatio fidei, & primatus Ecclesiæ ĩ vrbe existens. Peregrinatio vero ad præfatas beatorum Apostolorum

Indulgẽtia est cõcedẽda in honorem Dei & exaltationẽ fidei.

Remissio differt à redẽptione.

Indulgẽtia super Christi meritum fundatur

Thesaurus Ecclesiæ per dispensationem eius nõ minuitur.

Indulgẽtia tanta conceditur Romanis, quãta venientibus à remotis.

stolorũ basilicas, ad honorẽ Dei, & exaltationẽ fidei, vt plurimum ordinat: per hoc enim ꝙ ex tali peregrinatione sãcti Apostoli honorãtur, Deus in ipsis se reputat honorari. ipsi enim pro Christi honore conseruando & dilatando, seipsos exposuerunt supplicijs in vita pariter & in morte: ipse autem Dominus se honorãtes honorare decreuit: vnde dicit in 1. li. Regum 2. c. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: q autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ex hac enim peregrinatione fides catholica nõ modicum exaltat, eo ꝙ ex omnibus Christianitatis finibus fideles confluunt ad ortum fidei, ad basilicam videlicet sãcti Petri. Nũc cernit apertissime beatus Petrus orationem illam exauditam, quam Christus ad patrẽ suum fudit pro eo dicens: Ecce rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. videt enim ꝙ vndiq cateruatim ruunt fideles populi ad ipsius basilicam, fidem catholicã ꝓfitentes, vnde fit videlicet ꝙ eius fides secũdum Christi rogationẽ nõ deficit, sed magis ꝓficit manifestissimis incremẽtis. Olim verũ esse poterat ꝙ Bernardus dicit, An nõ limina Apostolorum magis ambitio q̃ deuotio terit? sed nũc econtrario poten dici, ꝙ deuotio, non ambitio limina Apostolorum terit, & eorũ basilicas frequẽtat, seu frequentare facit. O quantũ credẽdum est beatissimos Apostolos exultare, cernẽtes suas basilicas à populo Christiano cũ intẽso feruore fidei populosius & frequẽtius quã solerẽt, & vrgẽte deuotione populi accedentium ordine non seruato, impetuosius frequẽtari, non fuit a diebus antiquis tãta deuotio, nec tantus fidei feruor in populo Christiano, ex quo gaudent non soli Apostoli, sed totus etiam cælestis exercitus, & cõfundit diabolus & angeli eius. Sic igit patet ueritas & soliditas huiusmodi indulgẽtiæ, in q̃ sic excellẽtissime cõfluunt quattuor causę prædictæ: quæ ad hoc ꝙ indulgẽtiæ ualeant principaliter requirũtur. Quintum quod potest adijci, est congruitas ex tempore: cõcessa est enim hæc indulgentia in tempore congruo, videlicet in anno Iubileo. In Leuitico siquidẽ legit, ꝙ annus quinquagesimus erat Iubileus, in quo secũdũ legis pceptum clãgebãt tũc tubis, & remittebãtur peccata: hic legalis Iubileus typicus erat, & uerũ Iubileum, qui in aduentu Christi sumpsit initium, figurabat. Ad hoc enim Christus venit, vt remissionẽ & indulgentiã pdicaret spiritualiũ debitorũ, videlicet peccatorũ. unde ipse per Esaiam dicit, Esa. 61. c. Spiritus Dñi super me: eo ꝙ unxerit me: ad Euangelizãdum pauperibus misit me. Et sequitur: ut prædicarem captiuis indulgẽtiam. Ecce tuba prędicationis, Ecce indulgentia sine remissio debitorum Et in exordio prædicationis suæ sic orsus est: Pęnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum, in quo uerbo, forma & efficacia pſentis indulgẽtiæ continetur. hæc enim indulgentia solis pænitentibus & confessis conceditur: & eis regnum cælorum propinquissimum esse facit. Et qa Christus in ortu suo secundum communem cursum humanę naturę fari nõ poterat: ideo in Iubileo isto clãgentes præmisit, ut dicitur in Luca secundo c. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantiũ Deũ & dicentium, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. &c. Quãdiu enim est in peccato aliqs, nõ est ei pax cũ Deo: qa secundũ Esaiam c. 48. Non est pax impijs, dicit Dominus: remissa culpa, remanente pænæ debito nondum est pax pfecta: sed utroque remisso plenissima pax hominibus habetur cum Deo: quod per istam indulgentiam obtinetur. A natiuitate igit Domini nostri Iesu Christi, in qua verus Iubileus incepit, quilibet sequens annus quinquagesimus vocari pt rectissime Iubileus. Quõd aũt summus Põtifex nõ in anno quinquagesimo, sed in cẽtesimo indulgentiã istã concederet (sicut ego ex ore ipsius audiui) duplex ratio mouit eum. Primo, qa vulgatum est, ꝙ talis indulgentia in annis cẽtesimis a natiuitate Christi olim cõcedi solebat. Et qa, vt dicit cõmẽtator, Sermo q famatur ab omnibus, non est omnino falsus. Et quia istud sic publice famatũ, erat & vulgatũ, noluit summus Põtifex ꝙ hoc anno cẽtesimo in tpe sui regiminis secũdũ cursum temporis accedente, populus Christianus hoc munere frustraret. Alia causa fuit, qa ob fauorẽ indulgẽtię trãsmarinæ, q̃ similis huic extitit, hãc indulgentiã, nõ in anno qnquagesimo, qa frequẽter euenit: sed in hoc cẽtesimo concedere voluit: & deinceps in quolibet anno cẽtesimo secuturo, eo ꝙ periodus humanæ uitæ annũ centesimũ (nisi in paucissimis) non transcendit. Ad hoc etiã adduci possunt aliç cõgruentiæ, ex quibus sequẽtes assumo. Prima est, qa per istam indulgentiam, quæ vere pęnitentibus & confessis conceditur, duplex indulgentia, culpæ uidelicet & pęnæ habetur: & ideo congrue non in quinquagesimo, q simplicem remissionem denotat, sed in cẽtesimo conceditur, qui duplicẽ cõtinet Iubileũ. Secunda congruentia est, qa secundum Bedam & Hieronymum numerus cẽtesimus transit a leua ad dexteram, sicut etiam dicit gl. super illud de parabola seminis: Aliud cecidit in terram bonam, & attulit fructum: aliud quidem tricesimum, aliud sexagesimum, aliud cẽtesimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc sæculo purgatus a culpa, sed nõ liberatus a pæna, non trãsit a leua ad dexteram, sed a pæna præsenti transit ad pęnam purgatorij, sed quãdo migrat liberatus a culpa & pæna, transit a leua ad dexterã. Et qa pſens indulgentia sic disponit hominẽ, ut si pæna adempta decedat, transeat absque medio a leua præsentis aduersitatis ad dexteram æternæ fælicitatis: & idcirco in anno cẽtesimo cõgrue cõceditur: q quidem cẽtesimus est numerus transiẽs a leua ad dexteram, sicut dixi. Tertia, quoniam ille Iubileꝰ de quo agitur Leuit. 25. redire faciebat tẽporalia, sed iste spiritualia: & ideo non est mirum si duplicetur tempus. Quarta, hęc indulgẽtia plenissima per numerum magis ꝑfectum, ut est cẽtenarius, debuit designari: ꝓ tãto, quia usque ad ipsũ fit ascẽsus per continuam adiectionẽ unitatis ad pcedẽtem numerum: & vltra ipsum tali modo nõ procedit, sed fit egressus ad principium numeri, scilicet ad unitatẽ. Et ulterius tali modo usque ad aliũ cẽtenariũ fit processus, quod non est in aliquo alio numero. Quinta, quadragesima est numerus abũdãs, reddẽs in sua abũdãtia quinquagesimam. Et est duplex quadragesima: vna deletiua mali, vt vulgaris: alia operatiua boni, ut illa q̃ est inter Pascha & Ascẽsionẽ Dñi: & per has duas quadragesimas homo habẽs gratiam in duabus quinquagesimis abundat. Et per hãc in centesimo abundanter in gloria crescit. Et dic arg. quòd iste textus non dat liberationem purã, sed sub cõditione. & quãdo aliquid est concessum sub cõditione, nõ respicit tempus ipsius concessionis, sed cõditionis existentis. ff. de condi. & demonst. l. eũ qui. & ibi no. ff. de leg. 2. l. nõ oportet. & ideo in hac cõcessione respiciã nõ tẽpus concessionis ipsius, sed cõditionis existẽtis. Et ꝙ hic sit cõditio, liquet sic: quia hæc dictio, qui, iũcta cũ uerbo futuri tẽporis, cõditionem importat. ff. de leg. 1. l. Stichũ. ff. de auro & ar. leg. Quintus. Et tũc ad arg hic nõ consequitur quis indulgẽtiã ex operibus mortuis, vt cõcludit arg. sed ex existẽtia cõditionis, ut est ostẽsum vnde cõsiderato opere, quod est uirtuosum de genere, & ab agente fit pia, & recta intẽtione secũdũ dictamẽ rectæ rationis, quo ad bonũ homo naturaliter inclinatur: tale opus pt dici aliquo modo viuũ & meritoriũ, licet non perfecte, saltem merito cõgrui, lidet non merito cõdigni Et ꝓ tali opere dari potest indulgẽtia, cũ fuerit dispositus per pænitẽtiã subsequentem. Sed ponamus ꝙ Papa alicui existenti in gratia concedat indulgentiã sine causa rationabili nec facienti opus bonum, pro quo est indulgentia merito cõcẽdenda, quæritur, vtrum valeat. Videt ꝙ sic: quia Papa habet plenitudinem potestatis, nec hẽt superiorem, quem sequi debeat, & a quo debeat regulari: ergo si det sibi indulgẽtiam, tenet: & ualet ei cui dat, quia capax est: sed Papa qui omnia & præcipue

Fides Petri nõ deficiet.

Annus Iubileus typicus uerũ Iubileũ figurauit.

Pax non est impijs

Annus Iubileus non sine causa fuit cẽtesimo quoq; anno.

Vitæ humanæ periodus cẽtũ annos nõ trãscẽdit, nisi in paucissimis.

Numerus centenarius ẽ perfectus.

Quadragesima ẽ duplex.

Indulgẽtia alicui concessa sine causa an ualeat.

præcipue maiora agere debet cum discretione & secũdum iudicium rectæ rationis, peccat in sic concedendo. Sed dicendũ ꝙ licet Papa habeat plenitudinẽ potestatis quantum ad omnia bona ecclesiastica, temporalia & spiritualia, non habet tamen illã ut dominus sed ut minister & dispensator domini principalis: vñ licet non habeat superiorem in terris, eum tamen habet in cęlis. Et ideo dispẽsatio taliũ bonorũ ab eo nõ debet fieri, nisi in illis casibus, in quibus verisimiliter apparet, ꝙ dominus, cuius sunt huiusmodi bona, consensum adhiberet, ut potestas super ratione restringatur. 11. q. 3. illa. Constat autem ꝙ Deo nõ placet, ꝙ tãta bona sua sine causa rationabili cõcedantur: & ideo talis concessio non ualet. Quamuis ergo ille, q. est verus dñs alicuius rei, si illam det alicui sine causa rationabili, potest tenere talis donatio, quia fit de cõsensu dñi: nõ meretur tamen donans, nec agit fructuose, sed potius peccat: quia cum quilibet ea quæ agit, teneatꝰ agere secũdum iudicium rectę rationis: & q. sic agit, fructuose agit & meretꝰ, oportet ꝙ quicunque agit cõtra iudiciũ rectæ rõnis, peccet. Item quęritur, q. dam in bono statu fecit partem istorum dierum: & ante ꝫpletionem labitur in mortale peccatum: & tandẽ illis diebus completis ante annum cõfitetur, an habeat indulgentiam? Dic ꝙ non, q. a dicta uerba respiciũt peccata commissa, nõ committẽda. Nam indulgentia ista completa dat remissionẽ pœnæ, si adsit uera confessio & pænitẽtia intra hũc annum, q. bus remittitur culpa effectiue per solum Deum, sacramentaliter ꝑ sacramẽtum pænitẽtiæ: & ministerialiter per ministerium debitum Ecclesiæ, & indultum non respicit futuras pœnas, sed præteritas. arg. extra de consue. c. ex parte. Itẽ hæc tota indulgẽtia per xv. dies facta commutat pœnas omnium peccatorum aliàs debitas in hunc laborẽ, & sic hæc indulgẽtia nõ respicit culpas cõmissas post iter peregrinationis arreptum, sed ante. Secus dicerẽ in tali casu: Cõfiteor in speciali quæcũque scio, & in generali de alijs: dolens suꝑ eo, ꝙ alia quæ commisi nescio reminisci. tãdem sum memor unius peccati grauis: iste (ut habetur 4 sententiarum) de isto peccato potest habere purgationẽ post mortem: quod non esset, si non esset vere confessus: & sic uera confessio hoc casu tollit pœnam. Nec obstat ꝙ sciens & memorans de peccato illud tenetur cõfiteri: ergo nõ est plene cõfessus. Dic ꝙ peccatum est remissum: sed fit iterato cõfessio specialis, ne uideatur cõtemptus: nam postquam scit, nec confitetur: ex suo cõtemptu nouo ligatur. extra de sent. excom. per tuas. §. nos igitur vnde sicut vere cõtritus hẽt remissionẽ culpæ, habẽs propositum confitendi postea: & si non confiteatur cum potest, peccat: sic cõfitens in genere de neglectis, & postmodum reminiscens, tenetur ad confessionem: primo tñ erat remissio culpæ: & ꝑ consequens pœnæ ꝑ hanc indulgentiam. Item quęro: Aliq. s fuit vere pęnitẽs & confessus ante istam indulgentiam & multa fuerunt sibi iniuncta nec loquor de iniũctis tangentibus partẽ, ut in furto: q. a hoc hac indulgentia nõ remittitur. Nã licet Deus ꝑ verã cõtritionẽ & confessionẽ dimittat peccatum: damnum tñ vel iniuriã illatũ seu illatã homini non dimittit. Sic enim Deus & quilibet alius gratiam dẽt facere, ut ius alterius non absorbeat. arg. C. de emãci. li. nec auus. ff. ne q d in lo. pu. l. 2. §. si q s a principe) nunquid ista iniuncta tollentur ꝑ istam indulgentiam? Et vr̃ ꝙ sic: Ponamus ꝙ iste nõ fuisset cõfessus ante istam indulgẽtiã: constat ꝙ per istã indulgẽtiam omnia fuissent ablata: & constat ꝙ iste tãtum expectãdo fuit fatuus, sed in alio casu cõfitendo fuit sapiẽs: & fatuus non debet esse melioris cõditionis q̃ peritus. ff. quod vi aut clam. l. seruus. extra li. 6. de pb. eum qui. Cum igitur secundo casu pœna tollatꝰ, multo magis & primo. Item hic remanet pœna pro peccato: ergo illa tollitur ꝑ indulgẽtiã, quæ est plenissima, vt hic dicit: quę plenissima non potest dici quo ad cordis contritionem, nec oris confessionem, q. hic supponuntur: ergo erit plenissima quo ad satisfactionẽ. Itẽ in particularibꝰ indulgẽtijs fit in tãto: ergo in plena, vt est hic, fiet remissio in toto. arg. ff. de rei vend. l. quæ de tota. Sed ꝯ: specialis obligatio per generalem absolutionem non tollitur, cum ligatio & solutio sibi inuicem respõdere debeant. extra de pænit. & remis. c. 1. ergo iste confessus specialiter se ligans, non soluetur eius obligatio ꝑ solutionẽ generalẽ non faciẽtẽ mentionem de speciali obligatione. extra. 6. li. de const. c. 1. extra de deci. c. ex multiplici. ff. de uerb. oblig. l. doli clausula. ff. de pœnis. l. sanctio. & est ratio. ex quo eñ iste confitẽs specialiter sibi prouidet: generalis prouisio prouidetur, & prouiso non prouidetur. C. de pact. conuen. tam super dote quàm dona, propter nup. l. vl. vnde Papa hoc hic non exprimens pęnitentiam iam iniunctã & acceptam non sustulit. nec dico quin Papa remittere potuerit: sed nõ sustulit quod nõ expressit. Item ut apparet ex hoc textu, q. sunt, vel qui erunt intra cẽtesimũ annum vere pænitentes & cõfessi: habẽt hanc indulgentiã, facientes quod infra sequitur: & sic non claudũtur confessi ante hanc indulgentiam, aliàs bene fuit dispẽsatum. Itẽ dato ꝙ non essent verba illa: oĩbus in ꝑsenti anno, &c. adhuc idem vr̃ ꝙ verbũ, uere pænitẽtes & confessi, non importat qui fuerant, sed qui sunt dumtaxat: nisi forte ex admisso 1, ut in hoc sophismate, albũ fuit disputandũ, disputet artistę. Sed ad hoc ultimũ pt̃ responderi, ista non habere locũ ubi adiectiuũ nõ respicit certum tps, ut cum dr̃ homo albus. Nã inter adiectiuũ tale & substãtiuũ, intelligitur qui est, secundum Priscianum. sed secus in adiectiuo tps discernẽte, ut in uerbo, cõfessus. quod est præteriti tẽporis, & actus in eo designatus est pręteritus: sed terminus adhuc potest esse præsens uel iam præteritus. Et ideo in suppletione ꝑteriti, deponẽtis, uel passiui, ponitur, qui est, vel q. fuit. vnde si fui confessus ante hanc indulgentiam, si remansi in gratia, est ueritas quòd sum confessus, idest remaneo in illa uera cõtritione. & dato ꝙ labar in peccatũ, & postea uere cõfitear, adhuc illa cõfessio prima uere remanet, & opera prima reuiuiscũt. Item datur particularis indulgentia vere pænitentibus & confesis, pone vnius anni: si nõ daretur nisi illis, q. sunt actu in confitendo, ridiculũ esset: ergo extẽdetur ad illos qui confesi sunt. Et Papa declarauit cõsistorialiter, ꝙ pænitẽtiæ antea iniunctę ẽt tolluntur ꝑ commutationem operis satisfactorij hic positi. Dixit ẽt ꝙ vota (excepto Hierosolymitano, & ingressu religionis) tollũtur per hãc indulgentiam. Et ego dixi hoc uerũ de uotis, quæ essent ꝓpter commutationẽ pænitẽtiæ, vel essent imposita in satisfactionem peccatorum. Secus uidebatur de uotis hoc non respicientibus: verbi gratia Aliq. s existens in periculo maris, vouit ire ad sãctum Iacobum, vel existẽs infirmus: vnde tale uotum cum non sit ꝓpter pœnã peccati, quam tollit hæc indulgẽtia, qualiter tollitur per hanc indulgentiam satisfactoriam de pęnis peccatorum? Respõdit tamen mihi Papa, ꝙ etiam vult hoc votum tolli per hãc indulgentiam: quod potest Papa, licet uerba indulgẽtiæ hoc non patiantur. & est secus qñ peccatum uel uotum tãgit tertium: quia hoc non tollitur per hanc indulgẽtiam, sed quãdo proponitur sancto, hoc est ordinatũ in Deum: vnde tale votum ꝑ hanc indulgẽtiam tollitur. Declarauit etiam ꝙ sui pęnitẽtiarij nihil debent iniungere ultra iniunctionem hic positã: aliàs (ut dicebat) indulgentia frustraretur: nisi confitens volẽs facere opera supererogationis, voluntarie pænitẽtiã satisfactoriã aliã ab hac taxata reciperet: nisi ad aliũ finẽ iniũgeretur: verbi gratia, Penitẽtia nedũ est ad remissionem pænarũ ꝓ commissis & omissis debitarũ, sed ẽt ad cautelã futurorum: & quo ad istud forsan pt̃ pęnitẽtia iniungi. Item q̃ro, monachus ab abbate humiliter req̃rir, ut ueniat licentiatus ab abbate pro dicta indulgentia acquirẽda. Quæritur an abbas iuste possit hãc licẽtiam sibi cõcedere? Et vr̃ ꝙ sic. nam monachus ꝓ utilitate monasterij recedere

Indulgẽtia anni iubilei ꝑ culpã sequẽtẽ impeditur.

Pęnitẽtia pro peccatis iniuncta ante indulgentiã per illã an tollatur.

Stultus nõ dẽt esse melioris ꝯditionis quam sapiens.

1. Al. adiũcto.

Vota an tollantur per indulgentiã anni iubilei.

Monachꝰ an possit ab abbate licẽtiari, ut eat ad annũ Iubileum.

bet centesimo secuturo annis, non solum plenam & largiorem, immo plenissimam [a] omnium suorum concedemus & cōcedimus veniam [b] peccatorum [c]. Statuentes [d], vt qui voluerint huiusmodi indulgentiæ à nobis concessæ fieri participes, si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis [e] seu interpolatis [f], & saltem semel in die [g]: Si vero peregrini [h] fuerint, aut forenses [i], simili [k] modo diebus xv. ad basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequētur [l], qui basilicas ipsas amplius & deuotius fre-

cedere pōt abbate imperāte, extra de post.c.ex parte. 16. q. 1.monachi.2. Cōtra vouens votū peregrinationis celeberrimæ, & tandē religionē intrās, nō vr̄ fractor voti: quia illud in melius cōmutat.extra de vo. & vo.red.scripturæ. extra de iureiur. peruenit 2.ergo meli⁹ est vouere religionē & ꝓsequi, q̄ ꝓsequi dictam indulgentiam: ergo cū abbas de meliori debet prospicere monacho suo, dictam licētiam propter maius bonū admittendum concedere nō debet. Respondeo ꝙ potest, vt cōcludit prima ratio. & eo efficacius recipit indulgentiā, quo magis est disposit⁹ interi⁹ ꝑ virtuosa exercitia religionis. Ad argu. in oppositum dicendum est, ꝙ actus peregrinandi compatitur secum omnia illa q̄ sunt essentialia religionis: & ideo cum vtrumq; religio & peregrinatio sit q̄d bonū, necesse est, ꝙ ambo simul sint maius bonum quàm alterum tantum: s. obseruantiā religionis tantum: quia omne totum est maius sua parte: & ideo ambo simul tamquam maius bonum, magis disponunt ad gratiam suscipiendam & bonum indulgentiarum. Ratio autem in oppositum procedit, ac si obseruantia religionis & peregrinationis essent inuicem incompatibiles: quod non est verū. & facit 20.q.4.monachum.§.si. Sed cōtra, monachatus omnē maculam abstergit: authēt.de mo .in prin.coll.1.& ab stersum facit crescere in opera virtuosa: sed ꝑ indulgentiā prędictā nō habetur nisi primū: ergo monachatus melior. Sol. cū per tramites cōes procedirur, bene arguis: sed in hac indulgentia proceditur per semitā cōpēdij, vt est præmissum. Sed quæro, aliquis vere pęnitens & confessus inchoauerat huiusmodi indulgentiā, & firmiter proponebat eam perficere: sed infirmitate superueniente mortuus est. nūquid dēt hmōi indulgentia gaudere, ac si eam perfecissent? Vr̄ ꝙ non: quia hæc concessio non est pura, sed conditionalis, vt superius est probatum in glo. super ver. confitebunt. q̄ conditio vr̄ defecisse, vt arg.ff. de condi.& demon. l.qui hæredi.§.si. Contra vr̄ fauore indulgentiæ, quæ animam liberat à pœna: sicut seruus cui legata est libertas, si per certum tempus seruieret, libertatem cōsequitur, licet per aduersam fortunam fuerit impeditus seruire.ff.de statu li.l.cū hæres.§.Stich⁹ 1.C.de cō. inser.l.fi. Dic, aut infirmus viuit vsq; ad tēpus ꝙ peregrinari debuit, & sic vr̄ liberatus, vt dicto §. Stichus, aut nō, & tūc nō est liberatus. Et est rō: quia concessio indulgentiarū nedum est sub cōditione (vt est dictū) concepta, sed in diem. vnde oportet vtrumq; subesse. quia per infirmitatem non dēt plus consequi, quā si in veritate dictā indulgentiam perfecisset, vt dicta l. cum hæres.§.seruire.& §.Stichus. & eo.ti.l.si hæreditas.1.respon.ff. de verb. obl.l.in illa stipulatione. & l. insulā.extra de elect.6.lib.cōmissa. 1. rn̄. Quicquid sit de iure, Papa declarauit quòd illi qui inceperunt venire, licet non peruenerint: morte vel alio legitimo impedimēto detenti, vel si venerint, nec cōpleuerint, habeant hanc indulgētiā: Itē q̄ro. cui sufficit hoc casu cōfiteri ēt in ijs q̄ sedis Apostolicę vel epīs reseruant? Et vr̄ ꝙ simplici sacerdoti: quia lōge maiorē iniūctionē simplex sacerdos pōt facere, quàm sit pœna contenta. Contra dic, quia confitens eget discreto cōfessore, nedum propter pænitentiā sibi iniungendā, vt arguis: sed ēt ꝑꝑ confitentis directionē, q̄ melius fiet per maiorem quā per minorē. Nā sicut in foro iudicij maiores causæ requirunt maiores iudices: extra de appel.vt debitus.in fine.extra de bap.maiores. in princ. sic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirūt, nec est verisimile: ꝙ Papa vno verbo gradus cōfitētiū voluerit absorbore.extra de elec.eccl'a vestra 2.§ deniq;.C.de inof. test. l. si quando. in princ. Est enim ordo ecclesiastic⁹ iste: quia est summus sacerdos, vt Papa, & magnus sacerdos, vt episcop⁹. & est sacerdos, vt curatus. & isti in republica clericorum fundant intentionē suā de iure communi. summus sacerdos in omnibus: magnus sacerdos, & sacerdos in suis territorijs. 21. dist. in nouo.extra de ꝓba. cū causam. extra de paro. & alie.parochia.c.significauit.& c.super eo. Nec prosequor q̄d cuique istorum competat, & de hoc not.c.suꝑ cathedram.edito post publicationem Sexti lib. Nec dico cōfitendum discretiori ex præcepto seu necessitate, sed ex consilio seu congruitate.

Indulgē tia plenaria an cōcedatur illi q peregrinationē requisitam morte ꝑfectus implere nō potuit.

Rn̄sio verum ad quęstionem.

Cōfessor discretus est valde vtilis.

a ¶ Plenissimam.] sed quomodo ista se compatiunt, plenam, largiorem, & plenissimā? Dico Papam interpretatum fuisse in consistorio me pręsente hāc indulgentiam adeo plenam, prout clauium potestas se extēdit, quod intelligo prout verba patiuntur.

b ¶ Veniam.] quot modis dicitur venia, not. extra lib.6.de reg.iur.peccati.

c ¶ Peccatorum.] idest, pœnarum pro peccatis debitarum, vt s̄.eo.c.1.respon.

d ¶ Statuentes.[concessit.s̄.eo. §.proxi.nunc statuit qui & quādo erunt participes huiusmodi indulgētię.

e ¶ Continuis.] vt quia successiue triginta dies cōplent sine interruptionc. vnde continuū est vicinum sine interpositione: qua simul teneatur.

f ¶ Interpolatis.] per vnum, l.ab inter, & polus: vnde interpolare est obscurare & interrumpere, vt hic, vbi quis quia fuit prima feria, & interpolate iuit, idest interrupit: quia secunda feria non iuit, sed tertia.

Interpolo q̄d sit

g ¶ Et saltem semel in die.] hæc verba Papa in consistorio sic est interpretatus cum præcedentibus: vt continuatio sed interpolatio etiā prosit, si sit semel facta in die in vna dictarum basilicarum verbi gratia, Semel in die vado ad vtrāq; basilicā, & sic est cōtinuatio quo ad illam diem, siue sit cōtinuatio siue interpolatio quo ad dies præcedentes posset etiā esse interpolatio vt semel in die vadam ad sanctā Petrum dūtaxat & alia die continue seu interpolate ad sanctū Paulū dūtaxat, & tūc istæ duæ itinerationes erūt ꝑ vna die.

h ¶ Peregrini.] de quibus habetur extra de peregrin. ca.vno.& extra de cleri.pere.per totum.

i ¶ Forenses.] idest, qui venientes de foris nō venerūt causa peregrinationis. uidentes tn̄ hanc indulgentiā cōsequuntur eandem. Quid de curialibus existētibus in curia Papali? Rn̄det Sixtus Papa, illos facere debere xxx. dies. Et est ratio, quia isti nec vere peregrinātur, nec uere sunt forēses, sed ut moraturi in curia accedūt, vt Cardinales, officiales curiæ, aduocati, ꝓcuratores, & in curia manētes, q̄ terminū sui recessus ignorāt cū legē Papæ imponere nequeant, vt causæ eorum finem accipiant.extra de appel.ex insinuatione.

Curiales cū nō sint peregrinātes, an possint īdulgentias mereri.

K ¶ Simili.] scilicet diebus continuis seu interpolatis & saltē semel i die, vnde similis modus ē utrobiq; licet terminus ex vna parte sit recisior.

l ¶ Consequet.] aliàs assequet. Sed quomodo hoc pōt esse cū isti habeāt plenissimā indulgētiā. s̄.e.§.vt aūt. in

Indulgẽtia an possit obtineri maior ꝑ vnũ, q̃ per aliũ.

in fi. cũ superlatiuus dicat qualitatẽ intensã in termino, vltra quẽ nõ cõtingit ꝓgredi, & cõparatiuus eãdẽ qualitatẽ dicat extẽsam, tñ circa terminũ, & positiuˢ eãdẽ significat absolute. Sol. ingredi aulã gloriæ recipit plus & minus. Nã si quis est in gratia ꝑ verã cõfessionẽ & verã pænitẽtiã, & est sine obligatione ad pœnã, ꝑ hãc indulgentiam eo sic mortuo statim euolat, & sic habet statim plenissimam indulgẽtiã quantũ ad ingressum domus cælestis. verũ si iste idem cum prædictis se ornasset, credo deuotius & efficacius tunc ingrederetur domũ regni cęlestis melius intensiue, qa vt, habetur in Ioan. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. vnde dicit gl. il lic. patris, dispositi ꝓ dignitate meriti. unde dic ꝙ cõsequi efficacius põt referri ad fructũ, quem quis ex indulgẽtia cõsequit̃, sic videlicet ꝙ maioris pœnæ remissionẽ obtineat. Et sic verba ꝑdcta non possunt habere veritatem, qa superlatiuus gradus, qui per superabundãtiã dr̃, oĩum graduum consummationem includit. Item ista indulgentia per quam fit totalis culpę remissio & totius pœnę, in quadã priuatione seu negatione cõsistit, in priuatione aũt & negatione non inuenit̃ magis & minus. Vnde qa ingredi in regnũ cęlorũ inquãtum includit adeptionem gloriæ est quid positiuum, & in quo inuenitur magis & minˢ, põt dici ꝙ aliquis efficaciˢ & ꝑfectius põt ingredi regnum cęlorũ. Itẽ hoc aduerbiũ, efficacius, põt referri ad mediũ per quod aliquis meretur illud ꝑꝑ ꝙ hmõi indulgentiã cõsequatur, quod est opus operatũ & deuotio operantis, sic videlicet intelligendo, ꝙ agens ad hoc ꝙ indulgentiæ fructũ determinatũ inde cõsequat̃ efficacius, agit ad hoc ꝙ illũ valeat obtinere, quia si ageret pauciora opera, & cũ minori deuotione, nihilominus verũ fructũ indulgẽtię consequeretur. Cum aũt plura opera, & ex maiori deuotione facta, quantum est de se, sint efficaciora ad aliquid promerendũ, quãto aliquis deuotius & frequentius agit opus dictæ peregrinationis, tanto efficacius fructum dictæ peregrinationis consequitur.

a Nostræ cõfirmationis.] approbatę. s̃. eo. §. nos igit̃.
b ¶ Concessionis.] s̃. eo. §. vt autem.
c ¶ Constitutioni.] s̃. eo. §. statuentes.
d ¶ Infringere.] vel ei ausu temerario cõtraire. Et hoc

quentabit. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrę [a] confirmationis, approbationis, innouationis, cõcessionis [b], & constitutionis [c] infringere [d], &c. Datũ Romę apud sanctum Petrũ viij. Calen. Martij, Pontific. nostri anno sexto.

¶ Clemens sextus archiepõ Tarracoñ. eiusq; suffraganeis.

¶ *Annus Iubileus siue plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet cẽtesimo anno omnibus veræ penitentibus & cõfessis visitantibus basilicas beatorũ Petri & Pauli, per istam extrauagantẽ ad annum quinquagesimum reducitur.*

CAP. II.

Vnigenitus Dei filius de sinu patris in vterum dignatus est descendere matris, in qua & ex qua nostræ mortalitatis substantiã diuinitati suæ, in suppositi vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat assumens: vt haberet vnde

10 hominẽ lapsum redimeret, & pro eo satisfaceret Deo patri. Vbi enim venit plenitudo temporis †, misit Deus filiũ suũ factum sub lege, natũ ex muliere, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem reciperent filiorum. Ipse namque fa
20 ctus † nobis à Deo sapiẽtia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, nõ per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per propriũ † sanguinem introiuit semel in sancta, ęterna re-
30 demptione inuenta. Non enim † corruptibilibus auro & argento, sed sui ipsius agni incõtaminati & immaculati pretioso sanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus, non guttam
40 sanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redẽptione totius humani generis suffecisset, sed copiose velut quoddã profluuium noscitur effudisse: ita vt à planta † pedis
50 vsque ad verticem capitis, nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantũ ergo exinde, vt nec superuacua, inanis, aut superflua,

† Ad Galat. 4.
† 1. Cor. 1.
† Ad Hebreos. 9.
† 1. Pet. 1.
† Esaiæ, cap. 1.

anno. M. ccc. qui incipit à Natiuitate Dñi s̃m vsum Ecclesię Romanę, Papa fecit indulgentiã plenam ter in anno: primo die Iouis sancta his qui principaliter venerãt ꝑꝑ hãc indulgẽtiã, ẽt si nõ fuissent ad basilicas dictorũ Apostolorũ nisi semel. Et die dedicationis basilicarũ dictorũ Apostolorũ, q̃ ẽ die octaua post festũ beati Martini hyemalis. Et die Natiuitatis sequẽtis, Io. Mon. Cardin.

ADDITIO. Adde q̃dã notanda in simili indulgentia plenaria cõcessa crucem assumentibus contra infideles: examinata ꝑ Io. And. in nouella, in c. ad liberandã. de Iudæis. Adde etiam quædã pulchra decisa ad propositum per Hostien in sum. de remissionibus. post titulũ, de pænitentijs. in §. quibus prosint. & in §. ad quid valẽt, & inquantũ. & alijs §§. & seq. Adde ẽt nõnulla pulchra in simili per Card. Flor. in clem. si dñm. de reli. & vene. san. in fi. Et an verba. tertia vel quarta pars pænitentiæ, quæ ponunt̃ in cle. 2. de pænit. & remiss. ponãtur exẽplificatiue tm̃, vide Old. in consi. 10. ꝙ incipit: Factũ tale est, dñs Clemẽs, &c. in vl. tit. dicti cõsilij. Et adde ꝙ dñs Clemẽs vj. de anno. M. cccl. reducit Iubileũ ad annum quinquagesimum in perpetuũ, per bullam suã & decretalẽ, q̃ incipit: Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiã ecclesiã visitandam, videlicet sancti Ioannis Lateranensis vbi etiam inter alia declarauit, ꝙ accedentes ad indulgentiam huiusmodi, post iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non co
60 pleto in vrbe decesserint, eandẽ indulgentiã cõsequãtur: & insuper nihilominus omnes & singulas indulgentias, tam per eum quàm per prædecessores suos Romanos Pontifices, tã ꝑfatis tribus ecclesijs, quàm alijs de dicta vrbe concessas cõfirmauit & innouauit Pontificatus sui anno. 1. in auinioñ. Quomodo deinde Martinus v. magis abbreuiauerit. Et Paulus ij. ẽt reduxit ad vicesimũquintũ. Et deinde Sixtus iiij. confirmauit cũ reuocatione oĩum aliarũ plenariarũ ĩdulgentiarũ, & plura alia examinaui super glossis, quas feci ad dictã decre. vnigenitus, scilicet Clemẽtis 6. Et ibi poteris videre. vide etiam aliqua ꝑ Iac. de Zochis, in repetitione capituli , omnis vtriusque sextus. de pænitent, & remiss. in vlt. parte 1. Ioan. Fran.

Tantæ

tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſiuit, volens ſuis theſaurizare filijs pius pa er, vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti. Quem quidem theſaurum non in ſudario † repoſitum, uon in argo † abſconditum, ſed per beatum Petrum cæli clauigerum, eiuſque ſucceſſores ſuos in terris vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & proprijs & rationabilibus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quàm ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent) vere pænitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum. Ad cuius quidem theſauri cumulum, beatæ Dei genitricis, omnium electorum à primo iuſto vſque ad vltimum merita, adminiculum præſtare noſcuntur: de cuius conſumptione ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti (vt prædictum eſt) merita, quàm pro eo quòd quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iuſtitiam, tanto magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum. Quod felicis recordationis Bonifacius Papa viij. prodeceſſor noſter pie (ſicut indubie credimus) conſiderans, & attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines glorioſi principes terræ Petrus & Paulus (per quos Euangelium Chriſti Romæ replenduit, & per quos Eccleſia religionis ſumpſit exordium, qui facti Chriſtiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici paſtores, fidei lucernæ, Eccleſiarum columnæ, præ cæteris Apoſtolis peculiari quadam prærogatiua in ipſo Saluatore fidei virtute præcellunt: Quorum vni, ſcilicet Apoſtolorum principi, ſicut bono diſpenſatori, claues regni cælorum commiſit: Alteri tamquam idoneo doctori, magiſterium Eccleſiaſticæ eruditionis iniunxit) in ſpeciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia venerari, pro ipſorum memoria recolenda crebrius, & reuerentia à cunctis Chriſti fidelibus eis deuotius adhibenda, ipſorumque patrocinio fauorabilius aſſequendo, inconſumptibilem theſaurum huiuſmodi pro excitanda & remuneranda deuotione fidelium uoluit aperire: decernens de fratrum ſuorum conſilio, vt omnes qui in anno à Natiuitate Domini M. ccc. & quolibet anno centeſimo extunc ſecuturo, ad dictorum Apoſtolorum baſilicas de urbe accederent reuerenter, ipſaſque ſi Romani, ad minus xxx. ſi uero peregrini aut forenſes fuerint, xv. diebus continuis uel interpolatis, ſaltem ſemel in die; dumtamen uere pænitentes & confeſſi exiſterent, perſonaliter uiſitarent: ſuorum omnium obtinerēt pleniſſimā ueniam peccatorum. ¶ Nos autem attēdentes, quòd annus quinquageſimus in lege Moſaica † (quam non uenit Dominus ſoluere, ſed ſpiritualiter adimplere) Iubileus remiſſionis & gaudij, ſacerque dierum numerus, quo lege fit remiſſio, cenſebatur: quodque ipſe quinquagenarius numerus in teſtamentis, ueteri quidem ex legis datione, nouo ex uiſibili Spiritus ſancti in diſcipulos miſſione, per quem datur peccatorum remiſſio, ſingulariter honoratur. Quòdque huic plura & grandia diuinarum adaptātur myſteria ſcripturarum, & clamorem peculiaris populi noſtri Romani, uidelicet hoc humiliter ſupplicantis, ac nos ad inſtar Moyſis & Aarō per proprios & ſolemnes nuntios ad hoc deſtinatos ſpecialiter orantis pro toto Chriſtiano populo, & dicentis: Domine aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ uiuæ, deſiderantes benignius exaudire, non quidem ut ſicut illius Iſraelitici populi indurati ceſſet murmuratio, ſed ut illius prædilecti populi & cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides ſplendeat, ſpes uigeat charitas uehementius incaleſcat: Volenteſque quamplurimos huiuſmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum reſpectu propter uitæ hominum breuitatem ualeant ad annum centeſimum peruenire, de fratrum noſtrorum conſilio prædictam conceſſionem indulgentiæ ex ſupraſcriptis & alijs iuſtis cauſis, ad annum quinquageſimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum conſilio prædictorum, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ut uniuerſi fideles, qui uere pænitentes & confeſſi in anno à Natiuitate eiuſdem M. ccc. quinquageſimo, proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Pauli Apoſtolorum baſilicas & Lateran. eccleſiam (quam † inclytæ recordationis Conſtantinus, poſtquam per beatum Silueſtrum, ſicut per eoſdem Apoſtolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptiſmatis fuerat, & a contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris conſtruxiſſe, quamque idem

† Lucæ 19.

† Matth. 25.

Theſaurus eccleſiæ ex ſanctorū meritis adiuuatur: nec conſumi poteſt.

Petri & Pauli laudes.

† Leuit. 25. c. vbi pleniſſime de anno quinquageſimo, ſiue Iubileo.

Vita hominū eſt breuis.

† Conſtātinus per beatū Silueſtrum baptizat⁹ eccleſiam Lateranē ſem conſtruxit, vide Nicephorum Calliſtū lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 49.

idem beatus Siluester nouo sanctificationis & chrismationis genere dedicasse legitur, & in cuius Ecclesiæ parietibus prefati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit deuotius veneranda, quam ex his & alijs certis & rationabilibus causis, vt ipsa Ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc censuimus venerandam,) causa deuotionis modo prædicto visitauerint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur: ita videlicet vt quicũque voluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani, ad minus triginta: si vero peregrini aut forenses, modo simili quindecim diebus ad prædictas basilicas, & ecclesias accedere teneantur: Adjicientes vt ij etiam qui pro ea consequenda ad easdem basilicas & ecclesias accedent, post iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in dicta vrbe decesserint, vere pęnitentes (vt præmittitur) & confessi, eandem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus & singulas indulgentias per nos vel prædecessores nostros Romanos Pontifices tam prænominatis, quàm alijs basilicis & ecclesijs de dicta vrbe concessas, ratas & gratas habentes: ipsas auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, constitutionis, & cætera: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apostolorum sese nouerit incursurum. Datum Auin. vj. Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno primo.

¶ Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris ciuitatibus & diœcesibus, prædictas nostras litteras subditis vobis clero & populo publiceris, & intelligibiliter exponatis, vt annuente Domino ad promerendam huiusmodi indulgentiam se disponant. Cæterum quia præsentes litteræ nequirent forsan propter viarum discrimina vel alia legitima impedimenta singulis vestrum commode præsentari: volumus quòd per te frater Archiepiscope dictarum litterarum transumptum manu publica scriptum, tuoque munitũ sigillo, vobis fratres suffraganei transmittatur: Cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, & cætera.

¶ Paulus Venetus Papa secundus.

¶ *Constitutio casus Papæ reseruatos comprehendens, certis ex causis hic ponitur: à quibus nullus potest absoluere sine speciali licentia sedis Apostolicę.*

CAP. III.

Et si Dominici † gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne cõcedere studeamus, per quæ (peccatorũ mole deposita) salus ipsa succedat, & ab hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne cuiusuis indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obuẽtu Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum commitenda reddantur, aut veniæ facilitas † eis peccandi tribuat incentiuum. Hac itaque cõsideratione habita, olim emanauit à nobis constitutio tenoris sub sequentis, videlicet: Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia Papa secundus, qui pridem super plenarijs remissionibus, quæ semel in vita, & semel in mortis articulo conceduntur, formã instituit, ne passim sine exceptione quorumcunque criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum: per regulam in cancellaria Apostolica publicatam statuit & ordinauit, quòd in quibuscunque cõcessionibus & facultatibus absoluendi, casus infrascripti tãquam speciales sedi Apostolicæ reseruati semper intelligerentur excepti: Videlicet offensæ ecclesiasticæ libertatis, Violationis interdicti ab eadẽ sede impositi, Criminum hęresis, Conspirationis in personam aut statutũ Romani Pontificis, seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ seu rebellionis eiusdem Pontificis vel sedis Apo-

† Præter casus hic Papę reseruatos, plures alios sibi reseruat Papa singulis annis in processu bullę in cœna Domini. Et vide concil. Trid. ses. 14. c. 7. de casuũ reserua tione.

† Venię facilitas incẽtiuũ tribuit delinquẽdi. c. vt cleri corum, extra de vit. & honestate cleri cor.

Casus Papales.

Apostolicæ, Presbytericidij, Offensæ personalis in episcopum seu alium prælatum, Inuasionis, Deprædationis, Occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium, Prohibitionis deuolutionis causarum ad dictam curiam, Delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, Impositionis nouorum onerum realium vel personalium ecclesijs vel ecclesiasticis personis, Simoniæ super ordinibus vel beneficijs assequendis in eadem curia vel extra cõtractę: Et generaliter in casibus contentis in bulla, quæ consueuit in die cœnæ Domini per prædecessores suos Romanos Pontifices publicari: Considerans quòd plerunque contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates & confessionalia tam præsentibus quàm absentibus, etiam oraculo viuæ vocis concedere (ne prætextu concessionis huiusmodi vel pænitentes, vel confessores in suprascriptis casibus fallantur & fallant) statuit & decreuit, suæ intentionis fuisse & esse per qualcunque concessiones & facultates per suam sanctitatem tam scripto, quàm verbo factas, & in posterum faciendas, nemini licere irretitos dictis casibus absoluere sine speciali suæ sanctitatis licentia: quinimmo concessiones & indulta prædicta quo ad casus exceptos huiusmodi nulli penitus suffragari.

¶ Vt autem ipsa constitutio (quæ dudum, scilicet quinto Calendas Aprilis, anni ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi M. cccclxvj. Pontificatus nostri anno secundo, publicata fuit) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullusque illius ignorantiam prætendere valeat in futurum, præsentibus inseri fecimus, vt ad maiorem omnium perueniat notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. cccc. lxviij. v. nonas Martij, Pont. nostri anno quinto.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Bulla confirmationis anni Iubilei, publicata apud sanctum Petrum in die Natiuitatis Domini, in qua continetur, quòd annus Iubileus est ad breuius tempus reductus, quàm olim esset, quoniam vigesimoquinto quoquo anno cunctis fidelibus basilicas vrbis Romanæ hic expressas visitantibus illius indulgentiæ conceduntur: Et illo durante aliæ indulgentiæ vbique cessant.*

CAP. IIII.

Qvemadmodum † operosi vigilisq; pastoris solertia oues suæ custodiæ deputatas curat à ferarum præseruare incursibus, & ad statum prosperum fœtu multiplicato producere: ita quoque & nos (quibus dispositione superna vniuersi gregis Dominici sollicitudo commissa est) & supremis desideramus affectibus, & studijs nitimur indefessis, cunctos Christi fideles, quos à iustitiæ semita hostis humani generis diabolica fraude auertit, deposita peccatorum sarcina, suo reconciliare auctori, vt ęternæ fęlicitatis præmijs nostri redemptoris inæstimabili charitate media potiantur, sintque nostræ operationis ministerio, utilitate publica suadente, etiã per gratiarum susceptionem quod eorum saluti conueniat, atque ad nostram & prædecessorum nostrorum ordinationes salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem felicis recordationis Paulus Papa ij. prædecessor noster, rationabilibus causis tũc expressis inductus, de uenerabilium fratrum nostrorum tunc suorum, (de quorum numero tunc eramus) consilio, annum Iubileum ad breuius tempus prouida moderatione reducens, illum ad annum uigesimum quintũ Apostolica auctoritate restrinxit: ac uoluit, statuit, & decreuit ex causis prędictis, quòd singulis xxv. annis Iubileus annus prædictus celebrari deberet: quoquo anno Dñi M. cccclxxiiij proxime futuro, videlicet à vigilia natiuitatis Dñi nostri Iesu Christi, idem annus Iubileus inciperet, & vt sequit̃ finiret: ac vniuersi & singuli vtriusq. sexus fideles, qui beatorũ Apostolorũ Petri & Pauli basilicas, Lateranẽsi quoq;, & sanctæ Mariæ maioris almę vrbis ecclesias statutis diebus deuote uisitarent, oẽs & singulas in-

† Vide extrauagantem Gregorii xiij. incip. Dominus ac redẽptor. qua indicitur sanctus Iubileus pro ann. 1575

indulgentias & peccatorum remissiones consequerentur, quas idem pontifex suique prædecessores anno iubileo huiusmodi basilicas & ecclesias prædictas visitantibus deuote concesserant, per quasdam primo, & deinde nos qui (dicto prædecessore sicut Domino placuit, sublato de medio) fuimus diuina disponente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti, & per nostras litteras eiusdem Pauli prædecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum, ac omnia & singula in eisdem suis litteris contenta, de fratrum eorundem cõsilio approbantes: Similiter statuimus, & ordinamus, quod annus Iubileus prædictus cum eisdem indulgentijs & remissionibus plenarijs peccatorum anno proxime futuro à vigilia Natiuitatis eiusdem incipere, & vt sequitur, continuari deberet, prout in singulis litteris prædictis (quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis) plenius continetur.

¶ Verum quia postmodum tam nos, quàm idem Paulus prædecessor noster dum in humanis ageret, animarum saluti fidelium intenti, multorum principum & aliorum Christi fidelium ac deuotarum personarum pulsati precibus, diuersas indulgentias & peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesijs monasteriis, & pijs locis duximus concedendas, propter quas populorum forsan concursus ad basilicas & ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Iubilei celebritas minui vel intermitti posset, cum animarum non modico detrimento: Nos qui vniuersorum credentium profectibus & saluti prospicere ex debito ministerij pastoralis adstringimur, (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus à nobis, seu eodem Paulo, vel alijs prædecessoribus nostris concessarum huiusmodi effusionem, hoc sanctum opus ac remissionis & gratiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipsi à tanto munere reddantur expertes) remedijs opportunis prouidere volentes, omnes & singulas plenarias, etiam ad instar Iubilei, ac etiam commutandi vota, aut super eis & male ablatis incertis, aut per vsurariam prauitatem & alium illicitum modum extortis, dispensandi & componendi, aut illa sub certis modo & forma remittendi & deputandi confessores cum potestate absoluendi, etiam in casibus sedis Apostolicæ reseruatis, facultates, concessiones, & indulta à nobis & eadem sede, vel illius auctoritate quibuscunq; ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & piis locis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quàm ad certum tempus, in vita seu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis causa quomodolibet concessas & concessa, & in posterum forsitan cõcedendas vel concedenda, auctoritate Apostolica tenore præsentium de Apostolicæ potestatis plenitudine, usque ad nostrum & eiusdem sedis beneplacitum suspendimus, illasque durante beneplacito nostro & sedis prędictę suspẽsas esse volumus, nec interim alicui suffragari: indulgentiis tamen basilicarum & ecclesiarum dictę urbis in suo plenario robore durãtibus: Districtius inhibentes alias indulgentias (præter illas dumtaxat) in locis publicis uel priuatis prædicari aut nunciari, earumque prętextu à quęstoribus † aliquid exigi quoquo modo. Quinimo quæstores & prædicatores quoscunque per locorum ordinarios a prædicationibus & quæstis huiusmodi faciendis, uolumus & mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris & pœnis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis, inhibitionis, mandati & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prçsumserit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Tybure, anno incarnationis Dominicę. M. cccclxxiij. iiij. Cal Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Papa cunctorũ credentium saluti prospicere adstringitur.

† Prędicatores quæstuarios omnino aboleuit concilium Trid. sess. 5. de ref. c. 2. §. vlt. & sess 21. de refor. c. 9.

¶ Idem.

¶ *Sixtus tempore suo multas concesserat indulgentias, quas certis ex causis hic reuocat.*

CAP. V.

Et si Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cũ humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus, per quæ (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, & hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio præcauendum esse censemus, ne cuiusuis in-

Humiliter poscẽtib. morigerendus est.

Animæ sũt a Deo papæ cõmissæ.

indulgentiæ, remissionis, uel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas ueniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cum itaque (sicut multorum fide dignorum testimonio accepimus) ob multitudinem facultatum per nos, uel auctoritate nostra concessarum, tam verbo, quàm in scriptis confectis exinde litteris uel non, prælatis & personis ecclesiasticis, etiam religiosis & sæcularibus vtriusque sexus, capitulis, collegijs, conuentibus, hospitalibus, confratrijs, & vniuersitatibus, tam in genere quàm in specie, sub electione uel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem vel pro indulgentijs per nos concessis consequendis, ad ecclesias & alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemque confratriarum confratres, & sorores, ac in hospitalibus prædictis decedentes, seu deseruientes, aut eis pie aliquid relinquentes, uel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, & in ordinibus profitentes, eorum confessione diligenter audita, in singulis etiam sedi Apostolicæ reseruatis casibus semel in uita, & in aliis totiens quotiens, ac in morte plenarie, uel alias etiam ad effectum consequendi quascumque indulgentias plenarias, uel non plenarias, absoluere & pænitentiam salutarem eis iniungere, emissa quoque vota per illos quęcumque in alia pietatis opera commutare libere & licite ualeant: fideles præfati ad peccandum & ad alia illicita committendum, nonnunquam procliuiores exittant, in non paruum periculum salutis animarum suarum: Nos qui Deo propitio eiusdem gregis Dominici (meritis licet insufficientibus) causam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem: ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, ipsique ad peccandum procliuiores (vt diximus) liberius prolabantur: Ex præmissis & alijs rationabilibus causis animum nostrum monentibus, motu proprio (non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate & deliberatione) auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus, quòd decætero prætextu facultatum huiusmodi concessarum a

Indulgẽtię ob pia opera sũt ꝯcedẽdæ.

Gregis Dominici cũm gerit Papa.

nobis, uel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in posterum verbo, litteris, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei & cruciatæ, nullus confessorum eorundem quempiam cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, & quacumque ecclesiastica, etiam episcopali uel maiori, aut mundana, etiam regali & maiori dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis, interdicti ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delati, seu publice diffamati; conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, uel occisionis cuiuscumque in sacris ordinibus constituti: offensæ personalis in episcopum seu alium prælatum: inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediate uel immediate subiectarum: ac etiam inuasionis Romipetarpm, seu quorumcumque aliorum ad Romanam curiam uenientium: prohibitionis deuolutionum causarum ad dictam curiam: delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impositionis nouorum onerum realium vel personalium ecclesijs uel ecclesiasticis personis: simoniæ super ordinibus uel beneficijs consequendis in dicta curia uel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in casibus contentis in litteris, quæ consueuerunt in die cœnæ Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, & per eos emissa peregrinationis ultra marinæ, & visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli, in Compostella, & castitatis ac religionis uota: Nisi ex speciali licentia & certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in litteris nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia & de speciali gratia id concedere cum derogatione præsentis constitutionis, illius de uerbo ad verbum inserto tenore: non autem per clausulas id importantes: uel in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, uel

Indulgẽtiæ uario modo cõcedũtur.

Excommunicamus.] Hæc pronuntiatio reperitur in prouinciali cancellariæ. Et cum quidam scriptor Papæ diceretur incidisse in eam, Bonifacius Papa octauus hanc pronuntiationem innouauit, & eam publicari in audiētia fecit. Et diuiditur in quinque partes. Nam primo Papa dantes & promittentes, acceptantes, & recipientes pro iustitia uel gratia sub quacūque forma verborum assequenda, excommunicat. Secundo §. [Illos] ad scientes hæc, & intra triduum non denuntiātes dictam excommunicationem prorogat. Tertio, §. [Decernimus.] absolutionem dictę excommunicationis sibi reseruat, statueus quid primitus sit agēdum pro huiusmodi absolutione assequenda. Quarto, §. [Iustitiā.] iustitiam obtētā post dictā excommunicationem incursam cassat & irritat. Quinto, §. [Sed & scienter.] vtētes scienter sic obtentis, post dictā excommunicationem præmissis pœnis alligat.

† Vide Concil. Trid. sessio. 14. de casuū reseruatione. c. 7.

a ¶ Excommunicamus 1.] nunquid per hoc verbum intelligitur excommunicatio maior uel minor? Et vř φ minor. extra lib. 6 de reg. iu in pœnis. & ibi no extra li. 6. de excep. pia. vbi ꝑponendo excommunicationem, requiriť expressio speciei excommunicationis. φ non esset necesse, si maior excommunicatio intelligereť. Dic contra, extra de sent. excom. c. si quē. & est ratio, quia uerbum, excommunicatio, de vi vocabuli importat maiorem, quæ excludit à fidelium communione, ut ibi. Item decre. pia. loqtur in proponendo, vbi impingitur parti, quę non declarat propositū: hic in pronuntiando seu statuendo, cuius interpretatio est intelligenda prout verba sonāt. extra de spon. ex litteris 1. Ioan Monachus.

1 Excōicatio qñ ꝓfertur de qua intelligitur.

b ¶ Anathematizamus. simile extra de hæret. excōmunicamus 1 & 2. Et anathema est solemnis excōmunicatio, de qua habeť 11. q. 3. cum aliquis. & c. debēt. & est idē quod superna perditio seu maledictio. 11. q. 3. nemo epōrum & 24. q. 3. cum sancti. & c. corripiant. Et dicitur ab ana, quod est sursum, & thema, quadam figura quasi rotunda, habente telum quasi ex transuerso, quæ cōsueuit poni in frontib. damnatorū. Sed numquid hęc pronuntiatio est constitutio, sententia, seu mādatū? Hæc enim diuersa dicuntur. extra lib. 6. eod. tit. c. quia. Et videtur esse constitutio extra eo. ti. c. a nobis. & inf. eo. §. decernimus. Nā decretū est cōstitutio, & ꝓprie pt dici sāctio: qa hęc constitutio pœnæ adiectione firmať. argu. inst. de rer. diui. §. sanctæ. & dist. 3. in sūma. Itē φ nullo addito dř, simpliciter & ꝑpetuo diciť. ff. de don. cau mor. l. Seia. in fin. C de pœn. l. si seruus. Item ad prohibitum perpetuo antea pœna hic adijcitur, quæ dēt naturam principalis sortiri. ff de pact. do l. inter socerum. §. cum inter. extra 6. lib. de reg. iur. accessoriū. argu C. de usu. l. eos. in princ. ff. si quis cau. l. 2. §. 1.

c ¶ Clericos.] Sed numquid comprehenduntur hic episcopi? Videtur φ non. extra 6 lib. de hæret. inquisitores. & ibi not Dic contra propter generalitatem verborum sequentium arg. 17. q 4. si quis suadente. extra li. 6. eod. titu. c. quia periculosum. Item pęnā hic inflictam omnes (nisi hic excipiantur expresse) incurrunt. argum. C ubi sen. vel cla. l 1. & ff. de ritu nu. pt. Senatoris. cum v. numquemque criminosum dignitas non debeat comitari. C. de decu. ne quis officialium. lib 10. C. de digni. l. iudices lib. 12. Et hoc argu dico Cardinales ligari hac constitutione. Nec obstat quod not. extra lib. 6. de schism. ca. 1. §. omnē quia in alio casu loquitur: & hoc nunquam fuit bonum exordium sed ibi secus. Et est ratio huius distinctionis, factum quod est malum in se, quanto committēs in illud est maior, tanto grauius peccat. 40. dist. homo. Sed forsan ibi non est mihi credendum, qui pro me dixi. Sed numquid mediatores huius maledictionis tenentur hac pœna? Dic quod sic, saltem ex §. j. eod. illos. & hos credo comprehendi. j. eo. ver. & hāc. & quia participat in criminoso. extra eod. nuper. & c. si concubinæ.

d ¶ Sub generalibus.] verbi gratia: nō intēdo uobis esse ingratus, vel dicēdo, decēs est ut laborās ꝓ alio, reco-

idonea præstita cautione commutare pręsumant.

¶ Et si aliqui confessorum prędictorum cōtra pręsentem constitutionē quēquam absoluere, aut excepta uota pdicta cōmutare attentauerint, absolutio & cōmutatio huiusmodi nullius sit roboris uel momenti. Et contrafacientes eoipso excōmunicationis sentētiam incurrāt, a qua (nisi i mortis articulo † cōstituti) ab alio quam a Romano Pontifice absolui nō possint: Non obstantibus litteris & cōstitutionib. huiusmodi, ac constitutionibus & ordinationibus, &c.

¶ Et ne aliquis de præsentibus ignorantiam ualeat allegare, mandamus eas in cancellaria Apostolica & audientia litterarum contradictarum legi & publicari, ac inter extrauagantes alias Apostolicas constitutiones in quaterno dictę cancellariæ describi, & c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis, inhibitionis, mandati & voluntatis, &c. Datū Spiræ, anno Dñi M.cccc lxxviij.

De sentētia excommunicationis.

¶ Bonifacius octauus.

§ *Excommunicati sunt qui pactis, aut promissionibus iustitiam uel gratiam a sede Apostolica obtinent, et qui tales nō reuelant, nec illis absolutio facile conceditur.*

CAP. I.

Excommunicamus a † & anathematizamus b ex parte Dei omnipotētis, patris, & filij, & spiritus sācti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, omnes clericos c, religiosos, & laicos vtriusq. sexus, siue sint familiares curiæ, siue alij vndecunque, qui aliquod pactū fecerint, seu aliquod paruum uel magnū promiserint, uel promissionem receperint, aut ex pacto siue promissione occulta, uel manifesta facta sub generalibus d, & plenarie nō ex-

pressis, siue sit sub specialibus & expressis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint magnum vel paruum, vel promissionem de quacunque re aut vtilitate propter hoc consequenda fecerint vel receperint pro aliqua iustitia siue gratia, pro se aut pro alio in causis vel iudicijs, seu aliàs per litteras Apostolicas, & quibuscunque modis apud sedem Apostolicam obtinenda.

¶ Et hanc sententiam[a] ad promittentes, & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendam. ¶ Illos quoque qui aliquem sciuerint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui per quem ad nos verbum fideliter perferatur[b], simili decernimus sententiæ subiacere. ¶ Decernimus etiam, vt nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum, absque speciali mandato, nostræ absolutionis beneficium valeat obtinere[c]: nisi forsan ad nos habere accessum non posset in mortis † articulo[d] constitutus: Nec etiã ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quãtum dedit vel recepit[e] integraliter pauperibus largiatur.[f]

¶ Iustitiam vero siue gratiam sic obtentam

---

recognoscatur. Multa enim tacita tenent quę expressa vitiãt. argu. ff. de hære. Insti. l. si quis Sempronium. Sed quid si verbo ñ exprimit, sed facto deponit: vel aliter rogat nõ solitus rogare, aliàs nisi sciat se muneraturũ? Dic, talis dicit, quia facta loquuntur, vt ait Grego. arg. 22. q. 5. cauere. & plus exprimitur facto, quã verbo. ff. de ædil. edi. l. si tamen. §. 1. Sed quæ est ratio, q̃d hic expressa seu generaliter dicta vitient? Dic, quia quod iustum est, iuste exequaris, vt Deut. 21. & est casus extra de simo. sicut tuis. 14. q. 4. non sane. 1. q. 7. non est putanda. ff. quod met. cau. l. extat. C. de act. & oblig. l. negantes. init. vi bo. rap. §. sed ne dum talia. C. de re milit. contra publicã. in fi. lib. 12. quia ponens finem bonum, habet illum attingere per bona media, vt dictis iuribus. & competenti tempore non agens, cum teneatur finem ponere & attingere illum: illud attingere, cum sit facti, debet intelligi arbitrio boni viri. ff. de verbo. obli. l. continuus. §. cũ ita. ff. de rei. vend. qui restituere. in fi. Sed numquid aduocatus, procurator, vel tabellio petens salaria, & conueniens de eisdẽ ligatur hac sanctione? Dic ꝙ nõ. 11. q. 3. non licet. secus in iudice, vt ead. cau. & quæst. qui recte. & hic. Et est ratio, hic damnata generaliter non referuntur ad personas iuste secundum ius salaria recipientes Notatur de hac materia extra de verb. signifi super quibusdam. & de vita & honest. cler. cum ab omni C. de iura. calu. auth. principales. Quid si tabellio plus debito acceperit, numquid hac constitutione tenetur; Dic ꝙ non, quia non recipit pro iustitia seu gratia assequenda, quod requirit hæc constitutio: vnde dato ꝙ iudici daretur, vel alius det pecuniam ꝓ iustitia differenda aut auferenda, hac cõstitutione nõ ligatur, quæ in alio casu loquitur. arg. ff. de lib. & posthu. l. commodissime. extra lib. 6. de rescri. susceptum. Item cum sit pœnalis, eam non extendam. de pę. dist. 2. pęnæ. Sed numquid sine parabola pręcedente potest dari aliquid promotori negotio completo? Videtur ꝙ sic. arg. ff. de orig. iur. l. 2. § fin. ff. de don. Aquilius Regulus & de va. & extraord. cog. l. 1. § proinde extra de simo. c. dilectus. 2. in fi. 1. q. 2. sicut episcopũ. Cõtra. 1. q. 1. eos. in fi. Sol. ibi speciale propter magnitudinem criminis. 1. q. 7. c. fi. Item hic ligantur scientes tantum. infra eod. in fi. sed ibi etiam ignorantes. extra de elect. c. penul. & 1. q. 5. præsentium. Item ibi quis ligatur ꝓ peccato alterius. quod non est in pœna hic inflicta 24. q. 3. §. 1. & c. 1. Sed pone: neuter aliquid facto vel verbo exprimit: & tamen mente vterque gerit, seu alter se daturum, numquid ligatũr hoc vinculo? Dic ꝙ nõ, quia hæc cõstitutio factum requirit, sicut ille canon. 17. q. 4. si quis suadente.

Aduocatis & procuratoribus licet quod est iudicibus vetitum.

a ¶ Et hanc sententiam.] sed nunquid hæc sunt dicta supra? Dic loquitur supra cum sunt dantes, recipientes, ꝓmittẽtes, & acceptãtes, ex verbis emissis, spẽaliter vel generaliter se obligant: sed hic loquitur quãdo parabola præcessit per proxenetam, & commodum ad alium deuenit, ita ꝙ cõtractus supra damnatus, sed hic sequela huius contractus proueniens ad alios sciẽter damnatur pœna consimili, nec mirum, quia sciẽtes & non denuntiantes eadem pœna ligantur. infra. §. proxi. vnde dic, ad promittentes, &c. ex sequela præcedentium iam superius damnatorum, & hoc innuunt verba sequentis. §. quæ copulant per verbũ, quoque, casum sequentẽ minus dubium præcedentibus in parilitate pęnæ, vt in 1. respon. huius cap. damnetur contractus: secundo ver. & hanc. sequela eiusdem commodum continens. tertio, §. illos. scientes & non denuntiantes, licet nõ habeant commodum directo vel indirecto. Ioan. Mon.

† Vide cõciliũ Tri. sessio. 14. c. 7. de casuum reseruatione.

b ¶ Perferatur.] Nota aliquem teneri ad indicandum vel denuntiandum. extra lib. 6. de reb. eccle. non alie. cap. 2. ver. clericos 2. q. 7. sicut. & cap. seq. arg. contra. ff. de condi. ob turp. cau. leg. idem & si. §. si tibi indicium. & forsan secundum canones secus not. extra de furt. qui cum fure. Sed quem uocas hic scire? videtur si ab alio audiuit. 22. q. 5. hoc uidetur. ff. de administ. tut. l. quidam. § ultim. ff. de pet. hære. l. item ueniunt. §. quicunque ergo. Dic illum scire, qui hoc potest probare 2. q. 7. plerique. & §. seq. & c. si quis episcopus. C. de prob. l. sciant

Denuntiare an quis teneatur.

c ¶ Obtinere.] aliàs Papa non reseruante sibi absolutionem, alij possunt absoluere, extra eod. nuper.

d ¶ Mortis articulo.] hoc est generale. extra lib. 6. de pęnis, c. final. §. præsenti. extra de offic. ordi. pastoralis. §. 1.

e ¶ Recepit.] quod si non habet, tunc luat in corpore. Nã in pœnis pecuniarijs, quæ surgunt ex delictis, q̃d non põt in bursa male agens, in corpore luat. ff. de in ius uoc. l. fi. ff. de pœn. l. 1. in fi. extra de do. & contu. finẽ. in fi. & not. extra de appel. reprehensibilis.

Corpore det pænas qui caret ęre malus

f ¶ Largiatur.] ut non fiat restitutio dãti propter eius turpitudinem: nec recipiens cõmodo retentionis utatur, licet utrobique uersetur turpitudo. & est ratio, q̃a vterque incidit in factum merito damnatum. ff. de cõdit. ob turp. cau. l. 1. in fi. extra, de uita & hone. cleri. c. cum ab omni. & quia quod gratis fieri debuit, in pactũ lucrosum nõ debet conuerti. ff. de cond. ob turp. cau. si uestimẽta. & extra de simo. c. nemo. & c. de hoc. not. simile. vnde dans hoc casu contra recipientem agens, repellitur. ff. de cond. ob turp. cau. ubi autẽ. §. 1. Iudex tamen qui habet purgare culpam, & illam in bonum pœnæ commutare arg. de offi. præsi. l. 2. & l. congruit. turpe lucrũ a possessore extorquebit, & dabit pauperib. ut hic. & ff. de iure fis. l. Lucius. Sed contra. C. de reli. & sump. fu. & al. lu. alearum. Sed ibi non erat malum secundum se, cum in certis casibus bene possit fieri ludus, ut ibi. & ff. de aleato. l. solens. §. 1. hoc secus,

Lucrum turpe est extorquẽdum, & pauperib. dandum.

nullius prorsus esse momenti [a] volumus, omnique statuimus carere effectu & robore firmitatis. ¶ Sed & scienter vtentes [b] ipsis, simili sententia excommunicationis [c] adstringimus: & reseruantes nobis absolutionem eorum cum in præmissis omnibus ad pœnas similes obligamus.

¶ Idem.

¶ Præmissis damnis ex interdicto prouenientibus, statuit, quod propter dominum debita non soluentem eius terra vel ciuitas sine speciali Papæ licentia non interdicatur.

CAP. II.

PRouide attendentes, quòd vt frequentius, quamuis non sine causa, sine culpa [d] tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur [e]: quòd que sunt nonnulli iudices nimis [f] prompti ad proferendas easdem, etiam in negotijs siue causis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quam charitatis radiceg perspicuis indicij [h] procedere arguuntur: quodque interdicti tempore diuina organa suspenduntur & laudes [i], nec ecclesiastica sacramenta ministrantur [k], ut solent: tollūtur mortuis seu minuuntur suffragia [l], præsertim per oblationem frequentem Hostiæ salutaris: adolescentes & paruuli participantes rarius sacramenta minus inflammantur & solidantur in fide: fidelium tepescit deuotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum: Præsentis constitutionis prouidemus edicto, ut nulla prouincia, ciuitas, castrum, uilla [m], locus [n], territo.

cus. Dico cum ludum prohibitum regulariter clericis. extra de vita & hone. cler. clerici 2. extra de exces. prælа. inter dilectos. auth. de sanctis. epis. §. interdicimus. col. 9. Item contra. ff. de colleg. illic. l. collegia. 1. respō. Sed ibi erat res illicita propter carentiam solemnitatis scilicet q̃a collegium non erat per principem approbatum: hic erat illicitum de se: & ideo hic maior pœna quàm ibi. Nec per remedium hic datum tolluntur antiqua, argum. ff. nau. cau. stab. l. & ita de facto. §. 1. ff de act. & oblig. l. quotiens. C. de sepul. viol. l. 3 extra lib 6. de pœn. cap. fi. §. per hoc quoque & extra lib. 6. de re iud cum æterni. de quorum aliquibus habetur 14 q 5. non sane. C. de pœn iud. qui ma iud. per totum.

Ludus est clericis prohibitus.

Remediū nouū nō dēt antiquum tollere.

a ¶ Momenti.] & sic nota, ꝙ vitium partis vel defectus facit gratiam vel iustitiam nullam, vt hic & extra de rescriptis, cum adeo. extra de æta. & quali. cum bonæ. extra 6. lib. de rescript. c. 1. extra de fil. presbyt. c. 2. lib. 6 & l. canonizata. 2. q. 6. venales. Firmatur hic pœnæ excommunicationis adiectione. Idem de gratia, quæ gratis debet dari, 1. q. 1. sunt nonnulli.

b ¶ Vtentes.] & sic not ꝙ nedum faciens malum: sed vtēs malefactis scienter consimili pœna irretitur. extra de immu. eccle. aduersus. extra de cri. fal. ad falsariorum. C. de cri. fal l. si falsas. & l. maiorem.

c ¶ Excommunicationis.] quæ est timenda, siue fuerit iusta, siue iniusta, vt patet 11. q. 3. sententia.

Excōicatio siue iusta siue iniusta timēda est.

PRouide attendentes.] ¶ Quod vnus nomine suo ꝑ sui interesse non posset ecclesiam subijcere interdicto, dudum prouisum est extra, de ijs quæ fi. à ma. par. c quæsiuit Sed hic prouidetur generalius, vt infra proxi. & præmissa intelligo vbi proceditur a parte, vt dicto c quæsiuit. aut à iudice cōuentione partis, vt hic. Sed quæro: archidiaconus qui ex cōsuetudine excōicare nō potest, sed bene eadem cōsuetudine, potest interdicere, ecclesiā interdicit: nūquid pōt? Dic ꝙ sic: quia cum excōicatio, interdictū, vel suspensio in potestate iudicis regulariter sumuntur paria, extra eo. tit. cum medicinalis § & hæc eadem, ideo illam pœnam infliget, de qua sibi videbitur, & quæ erit aptior negotio. extra vt lit. nō contest. tuæ. & c. ita quoniā. §. fin Itē potestas specialiter non prohibita, stat. arg. C. de app. ꝑcipimus. in fi. quia in tractatu prohibiti, vt est edictū de matrimonio, de procurationibus & similibus, ꝙ non est prohibitū expresse. est permissum. extra de spō cū apud. ff. de procur. l. mutus. 2. respon. Et hæc decre. habet quinq; dicta. Primo, proœmiū ad dicenda præmittit. Scđo, ver. Præsentis. iuxta præmissa statuit. Tertio, ver Nos enim. factum contra statutum huiusmodi irritum decernit. Quarto, ver. Non obstantibus. dicto statuto obuiantia tollit. Quinto, ver. Nisi à prædicto statuto excipit.

Edictū de matrimonio est ꝓhibitorium.

d ¶ Sine culpa.] de hoc not. extra de cōst. cognoscētes.

e ¶ Proferuntur.] extra de spon. non est. & not. 1. q. 4. in summa. Quid si hodie consimilis ferretur sententia sine scriptis: numquid ferēs esset suspēsus? Arg. pro & contra. extra lib. 6. de reg. iur. nō præstat. Dic ꝙ sic. extra lib. 6. eo. tit. cum medicinalis. §. hæc eadem. Sed dices illud cap. loquitur vbi sentētia est aliqua, vt dicto c. §. si quis. & §. superior. sed hic est nulla. Sol. dictum cap. punit temeritatem iudicum, vt dicto c. § si quis. quæ conuincitur siue sentētia sit nulla siue aliqua, iniusta tamen. Et quādo iudex peccans ista constitutione, & illa duplici maledictione dignus est, secundum Philosophum, & trangressor duarum constitutionū: nec pœna præstat sibi immunitatem. ff. de interd & releg. relegatorum. §. fi. & pone ꝙ excommunicans esset excommunicatus, sententia esset nulla. 24. q. 1. audiuimus. attamen pœna dicti §. locum haberet.

f ¶ Nimis prompti.] idest, nimis festiui, cōtra iura. C. de senten. ex breui. reci l. 2 C. de appe. ne causas. 50. dist. ponderet. 2. q. 1. in primis. Ioan. Monachus.

g ¶ Radice.] vt sunt contractus mercatorum, qui dederunt causam præsenti edicto.

h ¶ Indicijs.] C. de rei vendica. l. indicia. C. de dolo. l. dolum.

i ¶ Laudes.] extra de pœnit. & remis. quod in te. extra de consec. eccl. vel alta. cap. fin.

k ¶ Ministrantur. vt dicto c. quod in te. extra 6. lib. eo. tit. cap fi.

l ¶ Suffragia.] 13. q. 2. pro obeuntibus. & ca. sequenti. & sequen.

m ¶ Villa.] extra de verb. sig. c. cum in partibus. extra lib. 6. eod. tit. si ciuitas. notatur quid sit.

n ¶ Locus.] multipliciter accipitur locus: vno modo pro quātitate mensurante rē extra, vt sunt tēpus & locus, secūdum Philosophum. Et sic ponitur 13 q. 2. vbicumq; 1 & ff. de exerci. l. 1. Alio modo ꝓ parte fundi. ff. de verb. sig l locus. Tertio modo pro efficacia argumenti, vt est locus maxima vel differentia maxime, secundū ꝙ dicitur ab Artistis, locus est sedes argumenti vel illud à quo extrahitur argumentum. versus:

Est locus atque loci sunt artes, sunt loca terræ.

Versus.

Locus quinque modis accipitur.

Quarto modo pro cōuenienti statu, vt d. c cum in partibus, in fi. Et sic accipit Horatius: cum dicit:

Singula

rium [a] vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponatur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiusuis monetæ vel pecuniæ [b] quantitate, quacunque occasione vel causa, seu quouis quæsito colore: pro eo maxime quòd ipsorum domini, rectores seu officiales, quocumque nomine censeantur, aut incolæ seu habitatores aut singulares personæ ipsorum statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis huiusmodi debitum seu quantitatem non soluerunt hactenus, aut in antea non persoluēt: Nos enim exnunc decernimus irritum & inane, si secus hactenus extitit attentatum [c], vel contigerit attentari, illudque reuocamus omnino. Non obstantibus quibuscumque contractibus [d], obligationibus [e], pactis [f], conuētionibus [g] compositionibus [h], submissionibus [i], fideiussionibus [k], consensibus [l], processibus [m] & sententiis super hoc habitis, vel habendis iuramentorū [n] pœnarum spiritualium & temporalium seu multarum [o] ap-

Horatius. Singula quæque locum teneant sortita decenter. Quinto modo pro congregatione habitantium intra metas vnius loci, vt hic, & ex de cleri.excom. minist. c.postulastis extra 6.lib.eod.tit.alma.2.respon.

a ¶ Territorium.] quid sit habes ff.de verb. signi.l.pupillus ver.territoriū.

Pecunię appellatione oīs res continetur. b ¶ Pecuniæ.] appellatione pecuniæ omnis res continetur.1. q 3 c.totum.ff.de ver. sign l pecunię verbū. & l.pecunię nomine. & C.de cōst.pec.l.2.& hoc ait Philosophus dicens, appellatione pecuniæ omnis res cōtinetur, cuius dignitas, idest valor num mismate mēsuratur.

Cōstō ad præterita quādoq; extendit. c ¶ Attentatum.] & sic hæc cōstitutio trahitur ad præterita; nec mirum, quia hoc hic cauetur expresse. extra de consti.c. fin. 3 q.4.omnes.C. de sacrosf.eccl.l si in fi. Et de materia attentatorum ante pœnā incursam, verbi gratia, Ante istā conclusionem est ecclesia interdicta secundum vnum modum de hic reprobatis: aliqs celebrat in ea ecclesia, tādem fit hæc constitutio: non releuatur per hanc constitutionem.not.simile extra 6.lib.de reg.iur ca. ratihabitionē.arg ff de itin.actuque priua.l.1. in fi. & l.seq.C.de sen.pas l.fi.in prin ff. de capt.& postl. reue.l.in bello. §.factæ.auth vt cū de appella cogen. circa prin. coll. 8.vbi not.q̃ cōstō, quæ extenditur ad præterita, non comprehendit decisa per sentētiam, & extra lib.6. de reg.iur.c.factum.Ioan.Monachus.

Contractus sunt duplices. d ¶ Contractibus, &c.] & est rō, quia innoxij tunc ligarentur per ista, vt sup.in prin extra eod. Romana § fi. propter hoc illicitum hic retractat. Et dic cōtractibus, vel quasi, siue vltro citroque obligatorijs, vt emptio & venditio, & similes: vel ex parte vna, vt est donatio.C.de sacrosan. eccl. vt inter diuinum, institu. de de oblig.quæ ex quasi contrac.nas.per totum.

Interesse est ęstimatio pecuniaria. e ¶ Obligationibus.] quæ sunt iuris vinculū. inst. de oblig.in prin.Sed quid si agatur ex obligatione ad interesse: Dic idem, cū interesse sit æstimatio pecuniaria ff.de re iud l.si quis ab alio.

f ¶ Pactis.] quid sit pactum, & quæ conuentio, habetur ff.de pact.l.1.§.1.& §.adeo.

g ¶ Conuentionibus.] ab initio.

h ¶ Compositionibus.] ex postfacto.Ioan.Monachus.

i ¶ Submissionibus.] in iudices factis.

k ¶ Fideiussionibus.] hoc est obligationibus nō principalibus, sed accessoriis.inst.de fideius.per totum.

l ¶ Consensibus.] partium.Ioan.Monachus.

Interdictum qñque directe, qñq; indirecte fertur. m ¶ Processibus.] & sentētiis iudicū.Quid si nō sit lata snia interdicti directo, sed solum mandatur rectoribus locorum, in quibus morātur; vel veniunt excōicati ex causis prædictis, q̃ quandiu morantur ibidem cessent à diuinis, ēt trib diebus post recessum, prout frequenter fieri consueuit. Vr idem, cum eadem sit ratio ff ad leg. Aquil.illud, nam alias præsens constō imponeretur verbis, & non rebus, & debito fraudaret effectu.arg.extra lib.6.de elec. cōmissa.§ porro. C.cōmu de leg.l.2.in fin.Dic distinguendum, aut agit de delicto maiorū, propter quod terra posset directo interdici.extra eo.tit.lib.6.si sententia.§ cæterū.& sic p̄dicto mō posset directe poni interdictum.ex.de spon. nō est, aut non: & sic reditur ad interdictū hic prohibitū: sed primo modo reditur ad interdictū permissū. Sed quæro hoc casu permisso, nō interdicitur prouincia, vt dicto capitulo non est, sed interdicit̄ curato ne celebret tali præsente: celebrat: numquid est iste celebrans irregularis? Ar. quòd sic. extra lib.6. eo.tit ca. is qui extra de cler.excom. si celebrat.Sed dices ad hoc mitius agitur cum lege, q̃ cum ministro legis.ff.de arb.l. Celsus. Sol. hoc casu nedum requiro inhibitionē iuris vel hominis, sed pœnā à iure inflictā, vt d.c.is qui. & pœnalia non extendā ff.de pen. interpretatione, & de pæni.dist 1.pœnæ, & extra lib. 6. de reg.iur.odia. & extra eod lib. de fil.presby. cap 1.in fin.Sed quæro, ex delicto quis cō demnatur ad pœnam pecuniariam, nūquid huic constitutioni locus est? Et videtur q̄ non, quia hic loquitur in contractibus & sic ad delicta non extendam, & ēt ratio originis est consideranda. ff. de dona. qui id quòd, & initiū spectandū ff.ad Maced. si tamē.not.de ele.dudū 1.Dic cōtra ff.de pecul.l.3.§.idem scribit, & leuiter reuertor ad pœnē interdicti tollendā propter rationes supra eo.in principio tactas. Sed quid si oēs & singuli consentirēt. Vr conuentio tenere.ff. de reg. iur.l.aliud § refertur, & ad municip. l. quod maior. Dic contra, quia infantes se ad hoc obligare non possent, cum eorum ætas ignoret quid agat.C.de fal mo. l.1.idem in furioso.ff de rei vend.l.quod infans Item tunc ligarentur mortui, ne commoda ecclesiæ militātis ad eos venirent, vt supra eod.in princ. Sed contra per leg. quæ omnes adstringit, hoc pōt fieri. extra de constit.c.fi ergo & per pactum.ff.de pact.l. nō impossibile, & per consuetudinem: ergo & per pactum C.de fideius.l fin.Sol pacta hæc non valent, quibus detrahitur honori Dei, & publicæ vtilitati animarū, & vbi contra animam hæreses pullulant, vt sup.eo.in prin. arg extra de foro comp.si diligenti, & de fer. conquestus.ff.de pact.ius publicum, & male adinuēta, vtpote contra prædicta, tempore non firmantur, auth.vt nul. iud li.ha.lo.ser.q 1 coll.9.Item vbi agitur de electionibus, & similibus, quod maior pars facit oēs facere videntur, vt dicta l.quod maior. Item vbi factum omnium respiceret debitum vel publicam vtilitatem: quia tunc sufficeret maior pars. extra de ijs quæ fiūt à maio.par.cap c.fin.Sed vbi agitur tātum de commodo vel incommodo singulorum, consensus omnium est requirendus extra de offic archi.ad hæc in fi C.de aucto.pręst.l.fi.ff.de aqua plu.ar.l. in concedendo.extra lib.6 de reg.iur.quod omnes.

Pactū nō valet q̄ detrahit honori Dei.

Factum à maiori parte, an videatur factū ab omnib.

n ¶ Iuramentorū.] nā ex quo non tenet contractus, nec confirmatio cōtractus valet.ff.de fideius cum lex. not extra li.6.de regulis iur.non est obligatoriū.Arg. contra C.de prǫd.mino.l.& fi is.Sol.vt ibi.

o ¶ Multarum.] de quibus habes C. de mo.mul. & ff. de verb.sign.si qua.

a ¶ Speciali.]

a ¶ Speciali.] Sed qualiter sedes Apostolica illicitum, vt hic, faciet licitum: quæ ait, quod est licitum approbantes, & illicitum reprobantes. extra de præben. dilectus 1. Sol. illicitum quandoque ex certis circunstantijs toleratur, vt dicto tit. de præ. nisi essent.

Illicitũ quandoque toleratur.

b ¶ Apparente.] sunt & quidem alij casus. in quibus probare oportet per scripturã. not. extra lib. 6. de censib. Romana. §. postquam. Ioan. Mona.

positione, vel quacunque alia firmitate vallatis: Nisi talis suppositio interdicti hactenus forte facta vel in antea fieret de Apostolicæ sedis speciali a licentia, & expressa, per ipsius sedis patentes litteras apparente b.

¶ Clemens quintus.

¶ *Andronicum Palæologum se Imperatorẽ Græcorum nominantem, & hæresis ipsorum fautorem, excommunicatum denuntiat: omnesque cum eo sic manente societatem contrahentes, ipso facto dicit excommunicatos, & eorum terras ecclesiastico supponendas interdicto. Suntque priuandi bonis, quæ ab Ecclesia tenent, & talis societas seu confœderatio nulla est. Facit cap. ad Apostolicæ. de sent. & re iu. lib. 6.*

CAP. III.

† al. antiquatorũ.

† Quia nullum schisma est, quòd non sibi aliquam hæresim cõsignat, vt recte ab ecclesia recessisse videat. ita B. Tho. 2. 2 q. 39. articul. 1. adde Turrecremat. in summa d' Ecclesia. lib. 4. c. 1. & seq.

AD certitudinem præsentium, & memoriam futurorum, Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem se nominat, tamquam eorundem Græcorum antiquorum † schismaticorum, & in antiquato schismate constitutorum, & per † hoc hereticorum, & hæresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem, de fratrum nostrorum consilio denuntiamus excommunicationis sententiam latam à canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Cæterum vniuersis & singulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & cæteris omnibus cuiuscunque preeminentiæ, conditionis, status, necnon vniuersitatis, ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum districtius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palæologo in huiusmodi excommunicatione manente, societatem vel confœderationem aliquam contrahere suo quouis ingenio, vel machinatione præsumant: vel ei aliis in his, quibus excommunicatus est denuntiatus à nobis, præstare consilium, auxilium, vel fauorẽ publicum vel occultum. Et si secus præsumptũ fuerit, omnes singulares personas cõtrarium præsumentes (non obstante qualibet indulgẽtia sub quacumque forma verborum, vel expressione ipsis ab Apostolica sede concessa, vel in posterum cõcedenda, quam quo ad hoc viribus volumus omnino carere) sententiam excommunicationis, quam exnunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto. Terras ipsorum & vniuersitates prædictas, quæ secus attentare præsumpserint, prout expedire videbimus ecclesiastico curabimus subijcere interdicto. Ad priuationem omnium bonorum, quę à quibuslibet tenent ecclesijs, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout vtile putabimus, processuri. Et nihilominus societatẽ & confœderationem ipsas (etiam si pœnarũ & iuramenti additione, vel quacũque fuerint alia firmitate vallatæ) decernimus irritas & inanes. Datum Pictauis, iii. Nonas Iunii, anno ii.

¶ Idem †.

† Ioannes de Selua in tract. de benefi. par. 1. q. 2 dũ meminit huius extrauagãtis, eam tribuit Clementi sexto.

¶ *Excommunicati sunt, qui litteras à Papa ante suam coronationem concessas impugnant.*

CAP. IIII.

QVia † nonnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apostoli suæ prudẽtię, quin potius imprudentiæ innitentes, ac dissceptare super his de quibus eis non expedit, satagentes, asserere nõ verentur, quòd summus Pontifex ante suæ coronationis † insignia se non debet intromittere de prouisionibus, reseruationibus, dispensationibus, & aliis gratiis faciendis, nec se in litteris episcopum simpliciter, sed electum episcopum scribere: Nec etiam vti bulla, in qua nomen exprimatur ipsius: Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione huiusmodi aliquas litteras nostras super negotiis quibuscumque confectas †, quæ à nobis ante donationis nostrę insignia emanarunt, ausi fuerint impugnare, excommunicationis sententia innodamus. Datum apud Pescecum Burdegalen. diœcesis, anno ii.

† Prouerb c. 3. c. ne innitaris. ex. tr. de cõstitu.

† Vide textum in cap. in nomine Domini. 23. dist. ver. electus tñ, & ibi Gemin. & alios: & Ioannẽ de Selua tracta de benefi. par. 1. q. 2.

† al. concessas.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS
RERVM ET VERBORVM
QVAE IN SEXTO DECRETALIVM,
Clementinis, & Extrauagantibus habentur.

Primus numerus paginam, secundus columnam denotat.

ap

C

con-

D

Dispensa-

E

Ep̄s cum

Excom-

G

H

Institu-

L

spon-

Vocatio

Finis rerum & verborum, quæ in Sexto Decretalium, Clementinis, & Extrauagantibus habentur.

REGESTRVM

SEXTI.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo

Omnes Quaterniones † Duernio.

CLEMENTINARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q

Omnes Quaterniones P Sexto, Q Arboris consanguinitatis & affinitatis Duernio.

EXTRAVAGANTIVM.

a b c d e f g h i K l m n o p q r s ẽ

Omnes Quaterniones r Duernio.